IACOBI PIGNATELLI

E CRYPTALEIS IN SALENTINIS

Sacræ Theologiæ, ac I. V. Doctoris.

CONSVLTATIONVM CANONICARVM

Tomus Septimus.

IN QVO PRÆCIPVÆ CONTROVERSIÆ

De ijs, quæ ad Sanctorum Canonizationem, ac Sacros Ritus; ad Sac. Conc. Trid. ad Episcopos, & Regulares; ad immunitatem, libertatem, iurisdictionem Ecclesiasticam, ac huiusmodi alia, potissimùm pertinent; non solùm ex vtroque Iure scripto, sed etiam ex Sacrarum Congregationum decretis, rebus iudicatis, placitis, atque consultis, ex prudentum responsis ex moribus receptis, breuiter, ac perspicuè dirimuntur.

Opus omnibus vtriusque Fori Iudicibus, Iurisconsultis, ac politici studij mystis, in primisque Summorum Pontificum, & Rerumpublicarum Consiliarijs, & Aduocatis vtile planè, ac necessarium.

Cum duplici Indice, altero Consultationum, altero Rerum notabilium in fine Octaui Tomi apposito.



VENETIIS, M.DC.LXXXVIII.

Apud Paulum Balleonium,

SVPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIIS.

NVMERVS, ORDO, ET ARGVMENTA

Consultationum, quæ in hoc Septimo Tomo continentur.

Index Consultationum.

Quid

Index Consultationum.

CON-

Index Consultationum.

CONSULTATIO XLIII.

CONSULTATIO XLIV.

CONSULTATIO XLV.

CONSULTATIO XLVI.

CONSULTATIO XLVII.

CONSULTATIO XLVIII.

CONSULTATIO XLIX.

CONSULTATIO L.

CONSULTATIO LI.

CONSULTATIO LII.

CONSULTATIO LIII.

CONSULTATIO LIV.

CONSULTATIO LV.

An

Index Consultationum.

CONSVLTATIO LVI.

CONSVLTATIO LVII.

CONSVLTATIO LVIII.

spe

CON-

CONSVLTATIO LXXII.

CONSVLTATIO LXXIII.

CONSVLTATIO LXXIV.

CONSVLTATIO LXXV.

CONSVLTATIO LXXVI.

CONSVLTATIO LXXVII.

CONSVLTATIO LXXVIII.

CONSVLTATIO LXXIX.

CONSVLTATIO LXXX.

CONSVLTATIO LXXXI.

CONSVLTATIO LXXXII.

CONSVLTATIO LXXXIII.

CONSVLTATIO LXXXIV.

CONSVLTATIO LXXXV.

CONSVLTATIO LXXXVI.

CON-

FINIS.

AD LECTOREM.

QVibus rationibus, quibusque partium studijs huius Operis auctor ducatur, vbicunque de Fori competentia Ecclesiastici cum sæculari, seu de Ecclesiastica immunitate, & illuc spectantibus scribit, non fuit opus te admonere, Candide Lector. Facillimè etenim id & lectura animaduertes, & ni fallor tam scribentis genium, & statum, quàm temporum necessitatem, seu mauis corruptelam agnosces; Cæterùm ne imprimendi operis permissu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo existimares, permittendum fuit eò impressorum dumtaxat rationibus, & mercaturæ id datum fuisse, ac si id ageretur non deesse celeberrimos Doctores, solidasque doctrinas, quibus Principibus, & Magistratibus, contra nouarum opinionum sectatores, sua iura probè constent.

D. IA-

D. IACOBI PIGNATELLI
CONSVLTATIONVM CANONICARVM.
Tomus Septimus.

CONSVLTATIO I.

An quàndo ex constitutionibus Monialium habetur, quod puellæ exteræ soluant dotem duplicatam, vel maiorem; sub nomine exterarum comprehendantur ciues ex priuilegio?

1 CEnseo affirmatiuè respondendum; quia dum constitutiones huiusmodi intendunt, quod puellæ ciues soluant dotem ordinariam, & cæteræ duplicatam, vel maiorem, intelligunt de ciuibus originarijs. Dispositio enim censetur facta in fauorem illorum, qui sunt originarij de loco; appellatione autem Ciuium propriè, & strictè veniunt tantùm originarii, non autem creati ex priuilegio, vt notant Accurs. *in l. 1. in fin. ff. de tutor. & curat. & in l. Ciues C. de Incol.* Bald. *in auth. Sed omnino num. 3. C. Ne Vxor*, *& in l. Ciues num. 4. C. de appellat. & in cap. Significasti num. 5. de rescript.* Aretin. *cons. 77. vers. Circa primum*, Io. Bapt. Bouius *tr. de stat. Vrb. præscript. v. Ciuis Romanus num. 2.* Atque ita censuit Sac. Congregatio *Episcop. & Regul.* in Materana Ciuilitatis die 29. Nouembris 1668.

2 Nec obstat textus *in d. l. Ciues C. de Incol.* ibi: *Ciues quidem origo, manumissio, allectio &c. facit*; quod verbum allectio Glossa declarat, idest electio. Vndè Bald. *in l. In Vrbe ff. de stat. homin.* inquit, quod Ciues effecti ex Constitutione habent ius Ciuium ex origine; quia sunt veri ciues, subdens quod si statutum dicat, quod omnes Ciues habeant tale priuilegium, & forenses non; habebunt Ciues ex priuilegio ea, quæ habent Ciues originaliter. Idem Bald. *in l. Cum oratione ff. de excus. tut.* inquit, quod paria sunt qualitatem alicui naturaliter inesse, vel per priuilegium inferri, & eo ipso, quod accipiuntur ad Ciuilitatem, tractari debent vti Ciues, Rot. coram Card. Lancellotto in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 14. Nouembris 1603. Idque, etiam si Ciues ex priuilegio, sint etiam Ciues aliarum Ciuitatum; quia ciuilitas huiusmodi non potest stare exclusiuè ad ciuilitatem quæsitam, Rota coram Cardin. Lancellotto in dicta decisione, & in Perusina de Balleonibus 24. Nouemb. 1597. coram Gypsio & 10. Ianuarii 1601. coram Pegna. Ac etiamsi ciues ex priuilegio non habeant domum, vel vineam in Ciuitate, Rot. coram Comitolo in Romana Societatis Aromatariæ 1. Iunij 1590. & coram Card. Lancellotto citata. Rursus quod ciuis ex priuilegio sit verè ciuis, & non fictè, & impropriè, & fruatur iisdem priuilegijs cum originarijs, vt tradunt Bartol. *in l. Si maritus 2. §. legis ff. Ad leg. Iul. de adult.* Decian. *cons. 44. num. 53. lib. 4.* Cephal. *cons. 451. num. 16. 27. 30. & 60.* Barbat. *cons. 23. num. 9. vol. 1.* Ruin. *cons. 76. num. 14. lib. 3.* Boer. *q. 260. ad finem* cum alijs, quos adducit.

3 Ac proindè quando agitur de oneribus, & admissione ad ordines militares, & nobilitas necessaria est, non solùm locum habent nobiles à sanguine, sed etiam nobiles ex priuilegio, vt docent Menoch. *de success. lib. 3. §. 30. num. 256. & 290. cum seq.* Azeued. *lib. 1. num. 59. tit. 1. lib. 6. nou. Recopil.* Io. Garz. *de nobilit. glos. 1. §. 1. num. 30.* Girond. *de priuileg. seu exempt. explicat. num. 829.* quod præsertim verum est, quando in priuilegio continentur clausulæ exprimentes, quod in omnibus, & per omnia debeat haberi tanquam Ciuis. Nam tunc censetur habilitatus ad omnia, quæ ciuibus originariis tribuuntur, vt asserunt Ias. *in l. Si is, qui pro emptore, num. 303. ff. de vsucap.* Boer. *loco cit. & decis. 13. num. 21.* Alciat. *in l. Mercis, ff. de verb. signif. & cons. 4. & 11. num. 8. lib. 2.* Alex. *cons. 99. num. 6. vol. 6.* Curt. Iun. *cons. 349. num. 13.* dicens esse communem, Riminal. Iun. *cons. 468. num. 49. & 50. vol. 4.* Roman. *cons. 69. num. 9.* Bursat. *cons. 198. num. 52. vol. 2.* Corn. *cons. 180. num. 5. vol. 2.* Boss. *tit. de Principe num. 361.* Aretin. *cons. 67. num. 1. & 2.* Gallin. *de verb. signif. lib. 8. num. 24.* Menoch. *cons. 738. num. 6.* Socin. Sen. *cons. 129. num. 6. & 7. vol. 1.* Bald. *tr. de stat. verb. Ciuis, & in l. Omnes populi num. 23. ff. de iust. & iur.* vbi etiam Crot. & Ripa *in l. 1. num. 5. ff. de legat. 1.* Paris. *cons. 71. num. 3. & 4. vol. 1.* vbi dicit, quod ciuis efficitur, qui in ciuitatem aliquam recipitur, & assumptus perindè habetur, ac si originarius esset. Vndè beneficia concessa ciuibus competunt etiam illis, qui pro ciuibus habentur per textum *in l. Adoptiuum, §. patronum*, vbi Ias. *num. 2. cum duabus legibus sequentibus, ff. de in ius voc.* Bald. *in d. l. Cum ex oratione num. 1. per illum text. ff. de excus. tut.* plenè Bartol. *in d. l. Si is qui pro emptore, num. 34. cum seqq. ff. de vsucap. & in d. l. Si maritus 2. §. legis Iuliæ num. 1. ff. de adul.* Et, quod Ciuis ex priuilegio cum amplis clausulis assumi possit ad illa beneficia, quæ ciuibus solis orginariis destinata sunt, firmat Rota in Bononiensi Canonicatus 21. Iunii 1610. coram Pegna, & in eadem Bononiensi Canonicatus 28. Iunii eodem anno coram Coccino, & tradit Lotter. *lib. 1. de re benef. quæst. 25. num. 8.* Quamobrem pro omni ambiguitate tollenda solet in quibusdam priuilegijs apponi clausula capacitatis ad omnia beneficia ciuibus tantùm destinata.

Hæc, inquam, & huiusmodi alia non obstant. Nam intelligi debent quoad ea, quæ sunt propria Ciuitatis, quæ ciues creat, secùs autem quoad non propria, vt notant Dec. *conf.285. num.10. & conf.457. num.14.* Lancell. Corrad. *in Templ. omn. Iud. lib.1. cap.1. §.4. v. Ciuilitatem concedi num.1.* Curt. iun. *conf.349. num.15.* Rimin. iun. *conf.23. num.173. & conf.56. num.45.* Alban. *conf.141. num.8. lib.1.* alijque. Nam Ciuitas potest propria concedere, & habilitare, quem vult ad ea, quæ apud ipsam proprijs Ciuibus conceduntur, non autem quoad eà, quæ ab alijs suis ciuibus concessa sunt, cum non habeat ius ad aliena, nec de ipsis disponere possit.

5 Item intelligi debere, nisi aliter Constitutionibus Monialium receptum sit, puta, vt nulla puella admittatur pro dote ordinaria, nisi sit eius originaria. Quia tunc assumpta ad ciuilitatem non admittitur, nisi fiat assumptio cum clausula expressa, quod assumpta pro originaria habenda sit, per notata Baldi *in d. l. omnis populi num.25. in fin. ff. de iust. & iur. in l. Ingenui num.1. Cod. de ingen. manum. argum. illius text.* Ias. *in d. §. patronum*, facitque optimè textus *in l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig. & in d. l. Cum ex oratione ff. de excus. tut.* Et hoc modo ciues ex priuilegio in nullo distinguuntur ab originariis, sed participant etiam in ijs, pro quibus à statutis excluduntur ciues assumpti, quemadmodum aiunt Bertaz. *conf.61. num.8. vol.1. Caul.* Pallet. *conf.28. num.21. & seq.* & approbat Io. Baptista Costa apud Menoch. *conf.678. num.1.* Quoniam si non participarent etiam in ijs, ex quibus excluduntur ciues assumpti, non verificaretur clausula, quod in omnibus pro originarijs haberentur, sed quoad patilitatem, & corporis vnionem distinguerentur ab originarijs, contra id, quod docet, Bald. *conf.29. num.5.* & tradunt Doctores allegati.

CONSVLTATIO II.

An, & quando Capellanus instituendus debeat esse actu, vel potentia Sacerdos, ac teneatur per seipsum celebrare, & Capellania dicenda sit Sacerdotalis?

1 VAriæ sunt sententiæ. Sunt qui volunt, quod debeat esse actu Sacerdos. Ita Glossa *in cap. Nemo deinceps, v. Sacerdotio, de elect. in 6.* Abb. *in Clem. Vt ij, qui, num.18.* ibique Cardin. *§. Illa verò, num.4.* Vitalin. *num.16. de ætat. & qual.* Dec. *in cap. Cum in cunctis §. inferiora num.22. de iudic. & conf.29. num.5.* Rebuff. *in repet. cap. Exstirpandæ, §. qui verò not.2. de præb.* Rochus *de iurepatr. v. Honorificum quæst.4. num 26.* Parif. *conf.50. num.12. lib.4.* Gutier. *conf.1. num.11. & conf.2. per tot.* Mandos. *in tract. cas. annal. num.10.* Perez *lib.1. §. notabile est, tit.6. lib.1. ordinat. p.7. cap.1. num.58. & seq.* Campanil. *in diuers. iur. com. rubr.7. cap.6. num.10.* Zechius *de Republ. Eccles. tit. de beneficiarijs num.4. vers. vlt.* Tuschus *lit. B. concl.57.* Lotter. *de re benefic. lib.2. quæst.47. num.10.* Riccius *in prax. resol.339.* & firmauit sæpiùs Rota, præsertim in Lucana Capellaniæ 4. Decembris 1595. coram Gypsio, in Foroliuiensi Capellaniæ 10. Maij 1589. coram Seraphino, & in Romana Capellaniæ 19. Martij, & 14. Nouembris 1586. coram Pamphilio, & in Parmensi iurispatronatus 8. Iunij 1573. coram Blanchetto, *& dec.290. num.4.* apud Duranum, *& dec.216. n.1. p.2. rec.*

2 Alij inquiunt, quod non debeat necessariò esse actu Sacerdos, sed sufficiat, quod possit esse, & intra annum ordinari. Ita Roland. à Valle *conf.47. num.6. vol.1.* Spin. *in specul. testam. gloss.4. princip. num.68.* Lambert. *de iurep. p.1. lib.2. quæst.7. princip. ar.27. num.1. & seq.* Gonzal. *ad reg.8.* Cancel. *glos.5. init. num.74. & 104.* Cenal. *com. opin. quæst.693. num.9. & seq.* Flamin. *lib.3. de resignat. quæst.6. num.3.* Gratian. *cap.135. discept. for. num.1. & seq.* Perez de Lara *de Capellan. lib.2. cap.5. num.16.* Quaranta *in sum. Bullar. v. Seruitium Capellaniæ*, Girond. *de priuil. seu exempt. expl. cas. num.1172.* qui tamen addunt, hoc non habere locum, quando dispositio esset concepta verbis negatiuis, si nimirùm disponeret, quod non præsentetur, nisi Sacerdos. Eorum ratio est, quia beneficium habens annexum ministerium Sacerdotale potest impetrari à non Sacerdote, dummodò intra annum à die possessionis possit ordinari, *cap. Cum in cunctis de elect. Clem. Generalem de æt. & qual.* & Concilium Trident. *sess.22. cap.4. de reform. & sess.24. cap.12. de reform.* Cum ergo quilibet in sua dispositione videatur adhærere velle iuri communi, vt notant Bart. *in l. hæredes mei, §. Cum ita, num.4. ff. ad Trebel.* Dec. *conf.18. num.20.* Afflict. *decis.44. num.20.* Etiam testator censendus est, hoc pacto disposuisse.

Multi reponunt, quod quando est præsentandus Capellanus ad aliquam Capellaniam ex institutione fundatoris, poterit præsentari non Sacerdos, si habeat legitimam ætatem, vt possit ad Sacerdotium promoueri, secùs autem, si non habeat legitimam ætatem, idque per textum in cap. *Is, cui, de præbend. in 6.* vbi deciditur, quod si alicui mandetur à Pontifice prouideri de præbenda Sacerdotali, non poterit ipsi conferri, si nondum habeat ætatem sufficientem, vt promoueri possit ad Sacerdotium, sed debebit expectare vtque ad debitam ætatem pro Sacerdotio. 3

Alijs aliud. Mihi sic videtur. Si in fundatione beneficii, seu Capellaniæ simplicis non fuerit expressum, quod conferatur Sacerdoti, & quod obtinens celebret per se ipsum Missas, non dici Sacerdotalem, & posse conferri maiori quatuordecim annorum, licèt non sit Sacerdos. Et hanc sententiam perpetuò sequuta est Sac. Congregatio Concilij *ad cap.5. de reform. sess.25.* præsertim in Todertina anno 1572. in Parmensi, & alibi penes Garziam *p.7. de benef. cap.1. num.87. num.93.* tenoris sequentis. 4

Sacra &c. censuit, Episcopum non posse cogere obtinentem Capellaniam, vt ipsemet celebret, licèt in eius fundatione disponatur, quod Rectores celebrent. Nam ipsis oneribus Missarum posse per substitutum satisfit.

Sacra &c. censuit, quod habens Capellaniam non tenetur promoueri ad Sacerdotium, nisi in fundatione cautum sit, vt Capellanus per seipsum Missas celebret, sed debet curare, vt per alium Missæ in illa celebrentur.

Sacra &c. Potest conferri simplici Clerico Capellania, habens onus celebrandi Missas, nisi in fundatione cautum sit, vt per seipsum celebret.

Idque, etiamsi in fundatione dicatur, quod Capellanus celebret, interueniat, cantet, non idcircò Capellania est actu Sacerdotalis ita, vt Capellanus non possit per alium exequi onus iniunctum, vt notat Garz. *loc. cit. num.89.* & censuit S. Congregatio: *Stante fundatione Capellaniæ Cathedralis Pistoriensis sub his verbis testatoris, quod Capellanus debeat celebrare diuina officia die, noctuque, sicut cæteri Capellani faciunt, dubitatur, vtrum Capellanus iste debeat esse Presbyter. Sacra &c. censuit, ex istis verbis positis in fundatione huius capellæ non censeri necessario, quod Capellanus debeat esse presbyter.* Siquidem verba huiusmodi non requirunt ad sui verificationem seruitium personale, cum verificatur, quod celebret, cantet, inseruiat, si per alium id faciat. Solùm enim significant præstationem seruitii explicati, non autem quod præstatio sit personaliter exhibita. Et contra verò requirit seruitium personale verbum *Assistat, intersit.* Quia significat residentiam. 5

Immò etiamsi Testator dixisset, quod præsentetur, seu instituatur Sacerdos, seu Præsbyter, qui missas celebret, adhuc posset per alium celebrare, & Capellania non esset Sacerdotalis, sed posset conferri simplici Clerico, vt tradunt Rota in Firmana altaris 5. Decembris 1594. coram Blanchetto, & in Pampilonensi Sacrificij 11. Februarij 1591. Et in fortioribus terminis idem respondit Sac. Congregatio Concilij in Ariminensi 17. Maij 1636. vbi mandabatur eligi vnus Præsbyter bonus, qui continuò celebret 6

mis-

nissas, &c. & ipso præsbytero defuncto, aut si dum viueret, nollet celebrare, alius presbyter eligeretur. Et nihilominùs Sacr. Congregatio censuit, sic electum non teneri per se ipsum celebrare. Quia non dictum erat *Per seipsum*. Idemque tenuit Rota in Maceratensi beneficii 15. Ianuarii 1640. coram Merlino.

7 Et etiamsi in fundatione dicatur, quod ad capellaniam præsentari non possit, qui non est actu Sacerdos, adhuc potest per alium celebrare, vt censuit S. Congregatio Episcop. & Regul. in Leodiensi 19. Iulij 1588. Ac licèt expresse iubeatur, per se quotidie celebrare, si tamen id faciat ex aliqua honesta causa, potest etiam per alium celebrare, S. Congregatio Concilii apud Sà *v. Residentia n.*10. Obligatio nanque quotidie per se celebrandi inhonesta, & illicita censetur à Rota apud Farinac. *dec.* 496 *n.7. to.1. p.2. rec.*

8 Ac etiamsi Testator dicat: *Volo, quod Capellanus electus celebret quotidie*, dirigendo verba in ipsum Capellanum, adhuc non tenebitur ad Sacerdotium promoueri, neque per se ipsum celebrare. Quia illa verba non diriguntur ad Capellanum ad significandum, quod actus celebrandi debeat fieri ab ipso Capellano personaliter, sed ad significandam obligationem, quam testator imponit Capellano. Vndè cum Capellania sit beneficium simplex, dum expresse non constat de onere adimplendo personaliter, potest iuxta naturam talis beneficij adimpleri per alium, vt tenuit Rota in Romana Capellaniæ 2. Ianuarii 1589. coram Pamphilio, & in Cæsaraugustana beneficij 4. Maij coram Mantica, & in Tirasonensi Capellæ 9. Iunii 1603. coram Sacrato.

9 Item etiamsi Capellania haberet annexa alia onera, nempè adiuuandi Canonicos, vel Curatum in cantando, in inseruiendo, & huiusmodi alijs, non propterea exigitur seruitium personale, etiam celebrandi, atque adeò neque Sacerdotium, quia id per alios exhiberi potest.

10 Similiter etiamsi Testator dixisset, vt Capellani deinceps canonicè instituantur, & intra annum à die institutionis, & pacificæ possessionis in præsbyteros se faciant promoueri, & personaliter resideant, quinque Missas qualibet hebdomada ad dictum Altare celebrent, &c. nisi legitimo impedimento fuerint occupati, quo casu celebrare per alium facere sint adstricti, alioquin &c. quod censuit Sacr. Congregatio Concilii 29. Maij 1649. post longam, & accuratam disputationem, in eamque sententiam venit, quod ex eiusmodi verbis Capellanus non esset coactus ad celebrandum per seipsum, dum per alios satisfacere vellet.

11 Quin & in terminis strictioribus eadem Sacra Congregatio in Romana Capellaniæ 23. Nouembris 1641. vbi verba institutionis erant: *Duranno essi Capellani nell'altare priuilegiato celebrare due Messe*. Videbatur enim illa dictio *essi* æquipollere verbis illis per seipsos, cum sit verbum personalissimum ad oculum, vt per Grat. *dict.* 103. & tamen Sacra Congregatio, dubio semel, atque iterum maturè discusso, respondit, huiusmodi Capellanos, vt supra deputatos, non teneri per seipsos Missas celebrare, cùm non sit expressum per se ipsos.

12 Pariter etiamsi testator disposuisset, quod Capellanus celebret quolibet die Dominico, Mercurii, & Sabbati, & omnibus diebus, quibus Missæ canonicales, & communes celebrantur, & Horis canonicis interesse debeat, nec non incedere processionaliter in omnibus processionibus. Vt censuit eadem Sacr. Congregatio in Romana Capellaniarum 18. Martij 1634. & in Aretina 10. Aprilis 1645. in qua mandabatur celebratio Missarum, & quod diebus festis, & Dominicis, ac certis aliis personaliter interessent Missis cantatis, & vesperis. Et tamen, quia non dicebatur *per seipsos*, dictum fuit, posse per alios celebrare.

13 Atque etiamsi testator diceret: *Detur Capellania vni Sacerdoti, qui maneat in dicta Ecclesia, celebretque pro anima fundatoris, & suorum defunctorum missas in prædicto altare*, adhuc enim satisfaceret celebrando per alium, vt censuit eadem S. Congregatio Concilii 16. Aprilis 1602.

14 Itidem etiamsi nominationem Capellani his verbis testator ordinaret. *Nomino Capellanum mea Capella R. N. Canonicum, & Curatum Ecclesiæ Cathedralis, meum charissimum nepotem, & post eius mortem succedat Capellanus vnus ex filiis D. N. qui debeat celebrare in dicta Capella ad rationem trium Iuliorum pro qualibet missa*, adhuc huiusmodi Capellania non est Sacerdotalis, & sic non tenetur Capellanus ad Sacerdotium promoueri, sed donec ad ætatem Sacerdotio necessariam perueniat, potest interim substituto Sacerdoti partem dumtaxat prænarrati stipendij trium Iuliorum, cæteroqui congruam, tribuere, retenta sibi reliqua parte, vt censuit S. Congregatio Concilij in Prænestina die 28. Iulii 1662. Secùs autem si mens testatoris infrascripto verborum tenore concepta esset: *Residuum verò suorum bonorum ipse Testator voluit implicari in erectionem Capellæ, & altaris S. Mariæ Magdalenæ in dicta Ecclesia Cathedrali pro sustentatione Clerici Sacerdotis, qui Missam celebret ibi, & officiabit dicto Altari, & Capellæ, volens, quod ad officiandum, & celebrandum Missam in dicta Capella eligatur, & sit vnus idoneus Sacerdos, qui celebret Missam ibidem, & ad hunc effectum constituit patronos N. N. eorumque hæredes, ac successores ad eligendum, nominandum, & deputandum Sacerdotem Rectorem, & Capellanum in dicta Capella*. Nam in hoc casu Capellania est Sacerdotalis, vt censuit S. Congregatio Concilij in Tyburtina præsentationis 18. Iulii 1661.

15 Horum autem omnium ratio est. Quia in institutione huiusmodi Capellaniarum Capellani contemplantur tanquam ministri ad obtinendum effectum celebrationis. Vndè non respicitur per se minister eligendus, sed effectus celebrationes. Et ideò, nisi aliter exprimatur, censetur, quod fundator tantùm voluerit, quo celebrentur missæ à se præscriptæ. Cumque eodem modo obtineatur effectus, siue Capellanus celebret per seipsum, siue per alium, & nihil referat quicquid fiat ex æquipollentibus, *lib.* 3. *C. de instit. & substit. & l. fin. ff. Ad Trebel.* & notant Socin. iun. *in l. Gallus*, *§. Ad quod num.* 28. *ff. de lib. & posth.* Mantic. *lib.* 2. *de tacit. tit.* 4. *num.* 45. Rota in Portugalen. decimarum 11. Februarij 1591. coram Orano, & in Auriensi Parochialis 7. Aprilis 1598. coram Lancellotto, habetur sufficiens fundamentum ad non obligandum Capellanum ad celebrandum per seipsum, & iudicandum quod fundator noluerit ad id obligare.

16 Vndè ex his solùm instituitur simplex Capellania, quæ non est Sacerdotalis, sed conferri potest simplici Clerico, vt docent Lapus *alleg.* 35. *num.* 2. *& alleg.* 117. *num.* 2. Felin. *in cap. Cum omnes num* 32. *in fine*, *de Constit.* Dec. *ver. Sed quando in* 2. *lect.* Cardin. *in cap. Si multa*, *de preb.* Tabiena *v. Beneficium* 3. *num.* 20. Armilla *eod. v. num.* 63. Feret. *cons.* 112. *init. lib.* 1. Millis *in Repertor. v. Beneficium simplex*, Rubeus *cons.* 71. *circa fin.* Curt. Sen. *cons.* 61. *num.* 11. Gozadin. *cons.* 45. *num.* 1. Hoied. *de incompatib. benef. lib.* 2. *p.* 1. *num.* 10. Zerol. *in prax. benef. num.* 28. Genuen. *in prax. cap.* 24. *num.* 11. Zech. *de Republ. Eccles. cap. de benef. num.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. *num.* 77. Azor. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *quæst.* 5. *in fin.* Azeued. *cons.* 20. *num.* 4. Moneta *de commut. vlt. vol. cap.* 10. *num.* 54. Et prosequuntur Gratian. *discept.* 155. Lara *de anniu. & Capel. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 7. *& cap.* 8. *num.* 42. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 86. Ricc. *in prax. part.* 1. *resol.* 348. *num.* 2. Trullench. *lib.* 3. *de Sacram. cap.* 8. *dub.* 11. *num.* 1. Machad. *de perfect. confess. tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 12. *docum.* 16. *num.* 1. Faust. *lib.* 2. *de Euchar. quæst.* 100. Bonac. *disp.* 4. *de Sacram. q. vltim. pun.* 7. *§.* 1. *num.* 1. Tambur. *de iur. Abbat. disp.* 5. *quæst.* 9. *num.* 25. *tom.* 2. Dian. *p.* 2. *tract.* 14. *resol.* 18. *& p.* 4. *tract.* 4. *resol.* 227. Garz. *in sum. tract.* 3. *diff.* 2. *dub.* 2. *num.* 9. Monald. *cons.* 129. *vol.* 2. Anna *cons.* 22. *num.* 10. Franc. Marc. *dec* 799. *p.* 2. Campanil. *in di-*

*verſ. iur. Canon. rubr.7. cap.7. num.*13. Gallet. *in Margar. v. Capellania num.*2. Vgolin. *de poteſt. Epiſcop. cap.* 50. §.8. *num.* 5. Lotter. *de re benef. lib.*3. *quæſt.*27. *num.* 14. & firmauit Rota in Romana Capellaniæ 23. Ianuarii 1589. coram Pamphilio, & in Lucana Capellaniæ 12. Decembris 1563. coram Gypſio, & in Brixien. Capellaniæ 2. Martii 1598. coram Litta, & coram Mantica *deciſ.* 129. *num.*4. *& deciſ.*67. *num.*1. & in Taraconenſi Capellaniæ 8. Iunii 1603. coram Sacrato, & latiùs in Maceratenſi beneficii 15. Ianuarii 1640. coram Merlino; quia per prædictas diſpoſitiones ſolùm imponitur Capellano onus celebrandi. Huic autem oneri ſatisfieri poteſt per alium, quia non eſt onus perſonale, quod exigat impleri ab ipſo Capellano. Et proinde eiuſmodi Capellaniæ non requirunt qualitatem Sacerdotij in Capellanis, niſi habeant ex vi ſuæ inſtitutionis per ſe ipſos celebrare. Quando enim dicitur, quod eligatur Sacerdos, qui miſſas celebret, non deſignatur qualitas pro idoneitate eligendi, ſed qualitas muneris exercendi. Quod cum per alium impleri poſſit, non eſt qualitas perſonalis ipſius propria, & idcircò non requiritur, quod ſit actu, vel potentia Sacerdos.

17 Quod maximè locum habet quando reſidentia, quæ ordinatur à teſtatore, non eſt continua, ſed cauſatiua, vt ſi diceret: *Alioquin Capellani pro defectu cuiuslibet Miſſæ teneantur dare quinque Iulios fabricæ.* Quam fusè explicant Doctores cum Butrio *in cap. fin. num.* 6. *de Cler. non reſid.* Gratian. *diſcept.* 133. *num.*25. vbi alios refert, & Gonzal. *gloſ.* 15. *num.* 21. *& ſeqq.* qui reſidentiam cauſatiuam dicit, eſſe ſolùm reſpectu priuationis fructuum, ita quod, licèt non reſidendo priuetur fructibus, titulo tamen priuari non poſſit. Quod etiam firmauit Rota *deciſ.* 551. coram Caualerio *ſub num.* 4. vbi erant verba inſtitutionis: *Debeant continuò reſidere.* Et *deciſ.* 255. *num.* 2. *p.* 4. *recent.* & in Segobienſi Capellaniæ 13. Ianuarii 1623. coram Vbaldo, vbi erant verba; *Capellani debeant manere, & reſidere.* Id quod etiam cenſuit S. Congregatio Concilij in Raguſina 18. Nouembris 1628. ac ſæpè alibi.

18 In caſu autem, quod ex fundatione Capellaniæ cautum ſit, vt Capellanus per ſelpſum celebret Miſſas; vel Capellaniæ ſit annexum onus Miſſarum per proprium Rectorem celebrandarum, poteſt quidem conferri ſimplici Clerico, in ea tamen ætate, vt intra annum ad Sacerdotium promoueri queat, niſi alia eſſent verba in fundatione poſita, quæ requirerent, obtinentem tempore collationis eſſe actu Sacerdotem, quemadmodum cenſuit eadem Sacr. Congregatio dicta die 26. Aprilis 1602. & die 13. Iunij 1608.

19 Siue ſi ex verbis teſtatoris conſtaret, quod quilibet Sacerdos, qui pro tempore fuerit, continuam reſidentiam perſonalem in Eccleſia facere teneatur, & ſingulis diebus, quibus facultas, & commoditas ſibi aderit in dicta Eccleſiam Miſſam cum debita deuotione celebrare teneatur, adhuc in huiuſmodi Eccleſia præſentari poteſt, qui ſit conſtitutus in tali ætate, vt intra annum poſſit ad Sacerdotium promoueri, vt cenſuit eadem Sacr. Congregatio dicta die 13. Iunij 1608.

20 Vel ſi poſitis hiſce verbis fundationis. *Legauit Eccleſiæ Collegiatæ ſcuta mille pro conſtituenda, & erigenda vna præbenda Sacerdotali in dicta Eccleſia cum onere, vt præbendarius nominandus, & eligendus ad dictam præbendam teneatur qualibet hebdomada celebrare Miſſas duas in dicta Eccleſia*, ſufficit præſentare Clericum talis ætatis, vt intra annum promoueri poſſit ad Sacerdotium. Quod etiam cenſuit eadem S. Congregatio die 5. Ianuarij 1604.

21 Aut ſi in Eccleſia eſſent plures Capellaniæ perpetuæ, quas obtinentes ex antiqua conſuetudine, & conſtitutionibus Eccleſiæ habent onus pluries in hebdomada celebrandi, & eorum aliqui electi à Capitulo diebus feſtis non ſolemnibus miſſas Conuentuales cantandi, & vnà cum Capitularibus Choro aſſiſtendi cum perceptione dimidiæ partis diſtributionum, quas percipiunt Canonici, hæ Capellaniæ, inſpecta earum inſtitutione, ſunt Sacerdotales, ideòque ſolis Sacerdotibus, vel conſtitutis in ea ætate, vt infra annum poſſint ad Sacerdotium promoueri, ſunt conferendæ, niſi earum ſtatus fortè fuerit immutatus. Siquidem conditiones appoſitæ in fundatione Capellaniæ, ſeu beneficij præſcribi poſſunt, ſi concurrant neceſſaria pro præſcriptione, vt tradunt Nauar. *conſ.* 1. *num.* 1. *&* 7. *de præſcript.* Zerol. *in prax. p.* 2. *v. Beneficium num.* 14. Lara *de anniu. & Capellan. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 52. Quia ſcilicet iura fundationis tranſeunt ad Eccleſiam, contra quam habet locum præſcriptio, & proindè etiam contra conditiones appoſitas in fundatione. Ad omnem autem dubitationem remouendam in ſimilibus caſibus agendum eſt cum Sanctiſſimo, vt Sacerdotales in poſterum decernantur abſque eas nunc obtinentium præiudicio, vt Sanctitas ſua poſt exhibitas veteres conſtitutiones in vna montis Politiani decreuit.

Aut ſtantibus his verbis fundationis: *Vſufructuarii teneantur manutenere vnum Capellanum, ſeu presbyterum, qui quolibet die celebret, & celebrare debeat Miſſam vnam in Eccleſia per ipſum teſtatorem fundata, &c. & poſt eorum obitum per N. & N. quos elegit in patronos dictæ Eccleſiæ manuteneri debeant duo Capellani, qui quotidie reſidentiam faciant in dicta Eccleſia, & qui celebrent, & celebrare debeant miſſam in eadem*, adhuc huiuſmodi Capellania conferri poteſt Clerico in ea ætate conſtituto, vt intra annum poſſit ad Sacerdotium promoueri, vt ex omnium ſententia cenſuit eadem S. Congregatio die 22. Aprilis 1614. & in Mediolanenſi 26. Iulij 1659. 22

Etenim non minùs requiritur qualitas Sacerdotis in eo, cum præbenda Sacerdotalis eſt conferenda *ex d. cap. Ei, cui, de præb. in* 6. quàm requiratur à teſtatore in præſentando ad Capellaniam, cum ex eodem capite, in vtroque requiratur, nempè quia tam Capellania, quàm præbenda Sacerdotalis eſt, & proindè requirit pro ſubiecto Sacerdotium. Atqui præbenda Sacerdotalis poteſt conferri ei, qui non eſt actu Sacerdos, ſed habet ætatem, vt poſſit ordinari ſaltem intra annum ad Sacerdotium; ergo poterit etiam conferri Capellania, ad quam præſentandus eſt Sacerdos. 23

Et licèt requiratur Sacerdotium qualificatinè ad perſonam promouendam, & qualitas debeat interuenire tempore verbi adiecti iuxta regulam *l. In delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxalib.* atque adeò in ipſo initio actus, vt declarant Cardinal. *in cap. Perpendimus num.* 7. *de ſent. excom.* Gomez *dec.*72. *init. lib.* 1. Hoc tamen ſolummodò locum habet in qualitatibus, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, nec paratæ ſunt, vt acquirantur; quia tunc, ſi non adeſt qualitas, non eſt talis, qualis requiritur, nec in promptu habet, vt ſe faciat talem. At quando qualitas eſt in poteſtate noſtra, & dependet à noſtra voluntate, & in promptu eſt, vt poſſit acquiri, tunc non eſt neceſſe, quod actu habeatur, ſed ſufficit ſi intra annum, vel ſtatim poſſit haberi, & perſona qualificanda parata ſit illam aſſumere. In ijs enim, quæ dependent à noſtra voluntate, paratus ad aliquem actum ſimilis eſt habenti talem actum, *cap. Qui peitrare* 22. *quæſt.*5. *& l. Iure ciuili, ff. de cond. & demon. & l. Si reus, ff. de procur.* & proindè tanquam proximè qualificandus habetur pro qualificato, *l. ex eo tempore, ff. de teſtam. milit.* 24

Nec obſtat, quod cum diſpoſitione iuris communis mitiùs agitur, quam cum diſpoſitione hominis ad tradita per Lotter. *lib.*2. *de re benef. q.* 47. *n.* 15. Nam diſpoſitio quoque hominis accipienda eſt intra terminos rationes, & ad illas reducenda. Et idcircò cum ſimus in caſu, in quo ratio eadem, quæ militat in diſpoſitione iuris communis, militat etiam in diſpoſitione hominis, eodem modo accipienda eſt diſpoſitio hominis ac accipitur diſpoſitio iuris. Diſpoſitio autem iuris eſt, quod Capellania, ſiue beneficium, 25

cium, habens annexum ministerium sacerdotale, possit conferri simplici Clerico in ea ætate constituto, vt intra annum ad Sacerdotium ordinari possit, *d. cap. Cum in cunctis*, *de elect. & Clem. Generalem de at. & qualit.* Præsertim quia omnis dispositio reducitur ad ius commune, nisi aliquid obstet, vt notant Ancbar. *cons. 6. num.* 13. *& cons.* 421. sub init. Roman. *cons.* 42. *num.* 7. Tiraquel. *tract. de mort. decl.* 2. *num.* 2. Petr. Barbos. *in l.* 1. *p. t. num.* 61. *ff. sol. matr.* Tusch. *lit. B. conclus.* 501. Quoniam autem hæc materia peruulgata est, atque frequens in foro Ecclesiastico, & in ore omnium quotidie versatur, ideò lege D. Fagnanum olim Sacr. Congregationis Concilij Secretarium *in cap. vt Abbates de at. & qual. à num.* 37. vbi copiosè hoc versat argumentum, alijsque exemplis illustrat.

CONSVLTATIO III.

An, & quomodo Beneficiati Ecclesiarum Cathedralium possint Synodo diœcesanæ interesse contradicente Capitulo?

1 AFfirmatiuè resoluendum videtur. Nam regula est, quod nemo ad agendum admittitur, nisi sua intersit, Angel. *in l. si patroni* §. *qui fideicommissaria*, *ff. ad Trebel. l. si vnus*, §. *ante omnia ff. de pact.* non solùm agendo, sed neque etiam excipiendo, Surd. *cons.* 390. *num.* 23. Capitulum autem & Canonici in hac re nullum habent interesse; quia conuocatio ad Synodum spectat ad solum Episcopum, & Canonici nequeunt se in id immiscere, Præposit. *in cap. Episcopus* 1. *in princ. d.* 18. Azor. *instit. mor. p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 47. sub initio iuxta *c. quando d.* 38. *c. Abbates* 18. *quæst.* 2. quos refert, ac sequitur Gratian. *discept.* 655. *num.* 41. atque adeò non possunt huiusmodi Beneficiatorum conuocationem, & interessentiam impedire.

2 Ac suadetur. Quia Beneficiati nullam habent iuris resistentiam, ne possint Synodo interesse. Quandoquidem *in cap. propter* 18. *d.* præcipitur, quod in Synodo interesse debeant præsbyteri, diaconi, & omnes, qui se læsos existimant, & *in cap. decernimus*, *ead. d.* iubetur, vocari omnes Abbates, Presbyteros, Diaconos, atque Clericos. Idem disponitur in Concilio Trident. *cap.* 2. *sess.* 24. *de refor.* & est textus *in cap. Sicut olim*, cum ibi notatis, *de accus.* vbi quod Episcopus, antequam incipiat diœcesim visitare, debet Synodum diœcesanam celebrare, in qua de corrigendis excessibus, ac moribus reformandis, & de Ecclesiarum necessitatibus agatur, ac demum ea faciat in visitatione seruari, debitamque transgressoribus pœnam imponat, vt fusiùs Barbosa *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 35.

3 Non obstat, quod Beneficiati non possint facere Collegium, nec se in forma Collegij congregare. Quia hic non agitur de faciendo Collegium, neque de Congregatione in forma Collegij, sed de interessentia in Synodo, in qua Beneficiati non interueniunt in forma Collegij. Vndè cessante hac qualitate collegialitatis cessat interesse Capituli & Canonicorum, atque adeò cessare debet actio, & omnis prætensio extingui, Surd. *cons.* 425. *num.* 4. *&* 16.

4 Quod faciliùs procedit, si Beneficiati sunt in possessione interessendi à tempore immemorabili, cum immemorabilis habeat vim priuilegij Apostolici, & cuiussuis alterius legitimi tituli, Rot. *dec.* 11. *p.* 2. *rec.* Vel si habeant administrationes, quarum ratione tenentur Synodo interesse. Ob idem in Rota in Vicen *p.* 6. *rec. dec.* 163. firmauit ipsos posse se congregare pro recto gubernio, ac regimine, & administratione rerum suarum.

5 At verò tenendum est, Beneficiatos Ecclesiæ Cathedralis non posse iure proprio Synodo diœcesanæ interesse. Primò non quidem vti simplices beneficiati, quia vti tales Ecclesiæ, atque Capitulo inseruire, ac obedire debent, Glos. *in cap. penul. v. Assisios*, vbi Butr. *num.* 8. Abb. *num.* 9. & alij, *de cler. non resid.* idem Abb. *in cap. Cum non liceat num.* 2. *notab.* 3. *de præscript.* Cæs. de Grass. *dec.* 4. *num.* 8. *de his, quæ fiunt à maior. &c.* ac proinde contra voluntatem ipsius Capituli nullatenus interesse possunt. Id enim esset domino contradicere, non obedire iuxta textum *in cap. pro illorum*, ibi: *contradictores Ecclesiastica districtione compescens*, *de praben. & cap. vt officium*, §. *denique de hæret. in* 6.

6 Eòque maximè, quia in Synodo diœcesana vel agitur de statu Ecclesiarum circa bonorum administrationem, & alienationem, vt per Abb. *in cap. quod super his*, *in* 1. *notab. de maior. & obed.* Massobr. *de synod. cap.* 4. *dub.* 1. *sub num.* 5. & ad Canonicos, non autem Beneficiatos spectat Ecclesiæ Cathedralis, ad ipsius bonorum defensio, administratioque, *cap.* 2. §. *Cæterum de verb. signif. in* 6. Cæs. de Grass. *d. dec.* 4. *nu.* 1. *& seqq.* & præcipuè *num.* 13. vbi quod licèt beneficiati participent de anniuersarijs communibus, non tamen dicuntur habere administrationem, Caputaq. *dec.* 84. *num.* 2. *p.* 1. Rot. *dec.* 145. *num.* 2. *&* 3. *p.* 5. *recent.* Caual. *dec.* 57. *num.* 2. *& seqq.* cum similibus. Vel agitur de statutis, seu constitutionibus faciendis iuxta textum *in d. cap. quod super his*, & ibi Abb. Alijque, *de maior. & obed.* ac decretum Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 4. *de reform.* & tradita per Bott. *de Synod. Episcop. p.* 1. *num.* 70. *& par.* 3. *num.* 38. ac Massobr. *d. dub.* 1. *num.* 5. & id similiter spectat, vel ad Episcopum cum consilio Capituli ex dispositione iuris communis, & Tridentina iuxta declarationem Sacr. Congregationis Concilii *ad d. cap.* 4. estque textum *in cap. Ex ore*, §. *porrò*, *de priuil.* cum aliis relatis à Bott. *loc. cit. part.* 3. *num.* 103. vel ad solùm capitulum priuatiuè ad Episcopum extra visitationem in concernentibus gubernium, administrationem, & statum ipsius Ecclesiæ, vt in pluribus Cathedralibus, nominatim in Vicen. ex antiqua sententia arbitrali.

7 Secundò neque possunt interesse, vti vniuersi; quia ipsi non faciunt vniuersitatem; Capitulum, seu Collegium, Abb. *in cap. Dilecta*, *in fin. de excess. Prel. & subdit.* Cæs. de Grass. *d. dec.* 4. *num.* 14. Rot. *decis.* 136. *num.* 2. *& seqq. par.* 6. *recent.* & in eadem Vicen. Collegii 28. Martii 1642. coram Patauino, vbi quod ad faciendum Collegium, seu vniuersitatem non sufficit simplex sonus campanæ, nisi copulatiuè concurrant alia Collegii signa, & insignia de iure ad id requisita, quæ præcipuè consistunt in vsu communis arcæ, ac sigilli ex traditis à Gonzal. *super regul.* 8. *glos.* 19. *num.* 14. Neque ipsi Ecclesiam repræsentant, sed Canonici, qui soli faciunt Capitulum, Caputaq. eadem *decis.* 84. *num.* 3. Caual. *decis.* 57. *num.* 3. illamque repræsentant, cum appellatione ipsius Ecclesiæ veniat Capitulum, Abb. *in cap. Eam te*, *num.* 3. *de rescript. & in cap. Cum non liceat*, *num.* 2. *de præscript.* Seraph. *decis.* 476. *num.* 4. Sicque ipsi Canonici, seù Capitulum per Episcopum ad Synodum diœcesanam inuitari debent, *cap. vlt.* vbi Abb. *num.* 4. *de his, quæ fiunt à Præl.* Bott. *par.* 2. *num.* 23. Et hoc casu iidem Canonici intersunt vel per seipsos capitulariter, vel per aliquos deputatos ex suo gremio, vt declarauit Sacr. Congregatio super Episcopis in Vercellensi 10. Aprilis 1594. Sufficit enim, quod aliqui interessentes decreta, & constitutiones synodales audiant, & aliis referant, vt de Episcopis in Synodo prouinciali, qui pariter decreta, & Constitutiones audiunt, & in Synodo diæcesana referunt, tradit Bott. *p.* 1. *num.* 70. *& d. p.* 2. *num.* 18. *&* 21. & ea *p.* 3. *num.* 36. refellens Pauinium aliter sentientem, ac Massobr. *loc. alleg. cap.* 3. *dub.* 3. *n.* 3. *&* 4.

8 Neque tertiò possunt iure proprio interesse, vti singuli. Tum quia ij, qui iure proprio, vti singuli in Synodo diæcesana interesse possunt, nempè Abbates, Parochi,

& cæteri generis eiusdem recensentur à *d. cap. quod super his, de maior. & obed.* à Bott. *d. p. 2. num. 1.* ac pluribus *seqq.* & à Massobr. *d. cap. 3. dub. 2. per tot.* & aliqui nominantur à Trid. *sess. 24. cap. 22. de reform.* Atque inter eos non connumerantur beneficiati Cathedralis Ecclesiæ, ac proinde exclusi censentur, vt de Vicario generali arguit Marescot. *var. lib. 1. cap. 69. num. 3. & 4.* quem refert Massobr. *cap. 4. dub. 6. num. 41. & seqq.* Vndè si spectetur ius commune, præsertim *in d. cap. quod super his,* interesse possunt Abbates, & Sacerdotes subiecti Episcopo lege diæcesana, quam Glossa ibi interpretatur de habentibus animarum curam, qui ratione suarum Ecclesiarum tenentur ad Cathedraticum, & ad quartam decimarum, ideòque illum textum non comprehendere Clericos habentes simplicia beneficia, firmat ibidem Cardinal. Zabarel. *in 3. oppos.* Tum etiam quia non omnes Sacerdotes Ecclesiæ Cathedralis, vel diæcesis ad Synodum diæcesanam, vti singuli admitti debent, sed qui sunt idonei, quos nemo meliùs iudicare potest, quàm Episcopus, vt post alios firmat Massobr. *dub. 2, num. 17. cap. 3.* quo in casu interesse ij debent personaliter, non autem per procuratorem. Tum quia hic modus non adaptatur, nisi Vniuersitati, & Collegio, quibus permittitur, vt mittant Procuratorem, quoniam omnes interesse nequeunt. In singulis autem non est opus constitutione Procuratoris, quia vocantur, vt doceant, vel doceantur iuxta *cap. non oportet 18. d.* Tum quia per Episcopum eorum persona, & industria, siue habilitas electa censetur, atque adeò non potest huiusmodi actus per alium exerceri, Rom. *cons. 330. num. 4.* Alex. *cons. 218. num. 8. lib. 2.* Tum etiam quia ij, qui in Synodo interesse debent tutius est, quod personaliter intersint, Bott. *d. p. 2. num. 40.* & Massobr. *d. cap. 3. dub. 6.*

8 Non obstat, quod quando in Synodo diæcesana agi debet de correctione morum, ac similibus, conuocari possint per Episcopum omnes beneficiati, & Clerici suæ diœcesis. Nam id est intelligendum de ijs, qui iure proprio interesse possunt, non autem de ijs, quos Episcopus arbitrio suo admittere potest. Sic etiam laici aliquando per Episcopum ad Synodum admittuntur iuxta *cap. fin. 18. d.* & tradita per Bott. *d. p. 2. num. 33.* Massobr. *eod. cap. 3. dub. 3. num. 2.* Et tamen certum est, quod laici inter eos, qui in Synodo diæcesana interesse debent, non connumerantur *in d. cap. quod super his,* neque per Bott. *d. p. 2. per tot.*

9 Neque obstat *c. propter 18. d.* quia loquitur de Concilijs prouincialibus, vt ibi Gloss. *v. Concilia*, debetque intelligi de accedentibus ad ea, vt deducant querimonias suas contra Episcopos, sicut animaduertit Gloss. *v. Et omnes*, & sic implicitè isti possunt dici vocati. Neque *cap. Decernimus ead. d.* facit ad rem, quia non loquitur de Concilio diæcesano, sed de denonciatione ordinationum editarum in Concilio prouinciali, facienda per quemlibet Episcopum suis subditis, ac etiam plebi, vt legere est.

10 Et ita etiam censuit, ac declarauit Sacr. Congregatio Concilii in Vicen. Synodi 5. Nouembris 1644. *ad d. cap. 2. sess. 24.* scilicet, Beneficiatos huiusmodi posse Synodo diæcesanæ interesse, tanquam singulos, & vocatos ab Episcopo, atque in loco iuxta præscriptum Pontificalis.

CONSVLTATIO IV.

An, negligente Capitulo in constituendo Vicario Capitulari intra octo dies post mortem Episcopi, possit Metropolitanus constituere Vicarium Parochum exterum, sed propinquiorem? Vbi multa de residentia Parochorum?

Negatiuè resoluendum est. Primò, quia dictus Parochus non est de diæcesi, neque de gremio Capituli, sed extraneus. Quamuis enim Sacr. Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 16. de refor.* præcisè non arctet ad eligendam personam in Vicarium, quæ sit de gremio ipsius Capituli, quoties tamencumque adest idoneus, cæteris paribus, illum esse præferendum, referunt pluries decisum à Sacr. Congregatione Concilij Quarant. *in summ. Bullar. v. Capitulum sede vacante, vers. sexto dubitatur*, Ricc. *var. resol. 505. num. 4.* Barbos. *de vniu. iur. Eccles. lib. 1. cap. 32. num. 37. tom. 1. & de canon. & dignit. cap. 42. num. 37. & Apostol. dec. 716. num. 5. & ad d. locum Concilij num. etiam 5.* Gauant. *in manual. Episcop. v. Capitulum sede vacante num. 13.* & à Sacr. Congregatione super Episcopis, vt in Tranensi 22. Februarij 1593. in Nepesina 10. Iunii 1602. ac alibi sæpè, vt tradunt Ricc. *in prax.* & Dian. *p. 8. tr. 4. resol. 57.* 1

Quinimmò ex necessitate, quando in Capitulo adsunt Doctores in publica Vniuersitate laureati, Episcopum teneri vnum ex illis eligere in Vicarium, alioquin electionem dici nullam, pariter fuisse decisum per eandem Sacr. Congregationem Concilii, testatur Garz. *de benef. p. 5. cap. 7. num. 12.* his verbis: *S. Congregatio Concilij censuit, existentibus Doctoribus in Capitulo, necessario vnum ex illis in Vicarium esse eligendum.* Idem testatur Barbosa ad eundem locum Concilii *num. 28.* & declarauit quoque eadem Sacr. Congregatio super Episcopis in dict. Tranensi 25. Februarii 1597. per hæc verba: *Vicarius Capitularis elegi debet Doctor, si adsit, alioquin electio est nulla.* 2

Secundò, quia est Parochus. Cum enim ratione curæ animarum teneatur de iure diuino, atque canonico residere, vt per Tridentinum *sess. 23. cap. 1. de reform.* & Doctores communiter, quos alibi adduxi, nominatim Lessium *lib. 2. de iust. cap. 34. dub. 29. num. 153.* Lotther. *de re benef. quæst. 27. num. 37.* super quo Episcopus non potest dispensare, vt declarauit Sacr. Congregatio Concilii in Eginatensi, nec ipse acceptando tale officium debet esse immemor oneris sibi iniuncti, cum detrimento suarum ouium, quas ipse pascere debet, non autem mercenariis ministris committere, neque Episcopus illum in Vicarium Capitularem deputare contra dispositionem Sacrorum Canonum, & cum graui præiudicio totius diæcesis, ac præsertim Capituli, vt ex mente eiusdem Sacr. Congregationis Concilii decidunt Riccius *dec. 319. num. 1. & seqq. part. 4.* Barbos. *Apostol. dec. 713. num. 3.* & Ventrigl. *in prax. Eccles. de resid. Paroch. annot. 20. §. 2. num. 36.* qui cum Gonzalez, & Garzia inuehitur contra Nauar. *cons. 15. de cler. non resid. & cons. 5. de æt. & qual.* excusantem Parochum à residentia pro exercendo officio Vicarij. 3

Quod adeò verum est, vt ne ipsa quidem Episcopus absque dispensatione Apostolica potest habere in sui seruitium Parochum, nec item potest illum occupare in seruitio Ecclesiæ Cathedralis, vt nempè sit Vicarius, Visitator, Secretarius, Fiscalis, & huiusmodi alia exercere officia, vt per Armendar. 4

niendar. *in addit. ad recopil. Leg.* Nauar. *l.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. §. 2. *de resid. vel abs. Paroch. num.* 166. & binis *seqq.* Gonzal. *ad d. regul.* 8. *glos.* 6. *num.* 258. Barbos. *de offic. Episc. p.* 3. *alleg.* 53. *num.* 85. Zerol. *in prax. Episc. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. Garz. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 42. Sa *v. residentia, num.* 1 vbi ait, Parochum, ne resideat, nulla excusat consuetudo, nec secundùm S. Congregationem Concilii excusat seruitium Episcopi, aut Cathedralis, aut officii Sacræ Inquisitionis, aot paucitas ouium, aut defectus domus propriæ, potest enim conducere alienam, nec secundùm Caiet. 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. esse Auditorem Rotæ, aot Secretarium Sedis Apostolicæ, aut secundùm Sotum, esse Cardinalem, Quarant. *in sum. B. ll. d. v. Residentia,* Posseuin. *de offic. Curat. cap.* 1. *n.* 12. & dicunt S. Congregationem hoc declarasse, nempè, *Episcopum non posse vti opera Parochi in visitatione, vel in alio seruitio sua Diœcesis, nisi pro tempore permisso duorum mensium, & tunc pro eo tempore idoneus Vicarius debet deputari.* Immò neque de iure communi cooceditur Episcopo, posse habere in sui seruitium Parochum, vt notat Gonzal. *n.* 260. cum textus *in cap. de cætero,* & *in cap. ad audientiam, de Cler. non resid.* Loquantur solùm de Canooicis, quamuis putat Gratian. *discept.* 166. *num.* 20. *tom.* 1. hodie non posse Episcopum assumere Canonicos in sui seruitium, licèt noo sint Curati, cum multi hoc tempore reperiantur viri docti, & Episcopi habeant redditus satis amplos, vt aliundè possint sibi prouidere. Etquidem dum Parochi in huiusmodi sunt seruitio, à suis Ecclesiis abesse censentur, vt resolutum ait idem Barbos. *loc. alleg. num.* 83. & ad Concil. *d. sess.* 23. *cap.* 1. *n.* 52. & *de offic. Paroch. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 23. vbi monet, residentiam Parochi esse adeò præcisam, vt ille ab illa excusari non valeat, etiam ex ijs caussis, ob quas Canonici residere oon coguntur, ideòque minimè posse Episcopum vti seruitio Parochorum, licèt aliàs vti possit seruitio Canonicorum. Quod etiam firmat Gonzal. *vbi suprà n.* 255. *& seqq.* Ratio autem esse videtur, quia non est tanta communio inter Episcopum, & Clericos inferiores, quanta est inter ipsum, & Canonicos, qui sunt membra eius corporis.

5 Et quamuis contrarium videatur suaderi, quando concurrit oecessitas Ecclesiæ iuxta distinctionem Abbat. *in d. cap. ad audientiam, de Cler. non resid. in* 6. attamen in hoc casu, præterquamquod requireretur dispensatio ad tradita per Lotther. *d. lib.* 3. *q.* 27. *n.* 40. *& seqq.* ac Sbroz. *de offic. Vicar. in addit. q.* 43. nulla potest considerari vrgens necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ, cum verisimile non sit, alios non reperiri æquè idoneos in tota diœcesi, & præcipuè in Capitulo Cathedralis Ecclesiæ, cuius Canonicos iura præsumnnt esse peritos, ac consilio maturos, vt annotat D. Fagnanus *in cap. super inordinata num.* 12. *de preb.* neque sufficiat in hac materia vtilitas totius Episcopatus in genere, sed requiritur vtilitas Ecclesiæ in specie, vt tradit Io. Andr. *in cap.* 1. *sub. num.* 3. *de Cler. non resid. in* 6. Et, quando etiam aliqua considerari posset vrgens oecessitas, vel vtilitas, adhuc non posset Episcopus vti opera, atque seruitio Parochi vltra duos menses illi permissos à Tridentino, vt ex mente eius S. Congregationis resoluit Barbos. *Apostol. decis.* 302. *num.* 2. *& de offic. Episc. cit. alleg.* 53. *n.* 86. *& de offic. Paroch. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 23.

6 Neque his aduersantur declarationes aliquæ S. Congregationis super Episcopis, quæ interrogata, an Sede Episcopali vacante Canonici eligere valeant in Vicarium Capitularem Canonicum eiusdem Ecclesiæ, qui in eadem Ciuitate, & Ecclesia curam quoque gerit animarum, ipsa affirmatiuè respondit, & generatim, quod Parochus Vrbanus tam Episcopi, quàm Capituli Vicarius deputari possit, si habeat alia requisita, declarauit in Auriensi 19. Martii 1610. & 19. Iulii eiusdem anni, traditque Barbos. *de Canon. & dignit. cap.* 42. *n.* 37. Nam omisso, quod salua recurrentia tanti Tribunalis contraria opinio magis placet Riccio *decis.* 319. *n.* 5. *p.* 4. respondetur in eisdem delarationibus expressè declaratum etiam fuisse, illas tantùm procedere in Parocho habente curam animarum in eadem Ecclesia, & Ciuitate, non autem in Parocho extero, vel diœcesano, vt per Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *c.* 32. *num.* 38. *tom.* 1. & de *Canon. & dignit. d. num.* 37. *& seq. & Apostol. decis.* 125. *num.* 22. & *ad Concil. d. c.* 16. *sess.* 24. *num.* 7. & *sess.* 23. *c.* 1. *num.* 53. Ratio aotem diuersitatis est in promptu. Quia cum Parochia dicatur officium Curatum, quod residentiam requirit causa administrandi Sacramenta, & talis ratio cesset in casu, quo Parochus habet curam animarum in eadem Cathedrali, & Ciuitate, in qua potest quacumque hora residere, vtique nil mirum, quod ipse possit exercere officium Vicariatus, ex quo cessat traosgressio legis, & consequenter eius dispositio, noo autem Parochus exterus, vel diœcesanus, vt rectè ratiocinatur Ricc. *d. decis.* 319. *n.* 5. Sicut aliàs oeminem retinere posse duas dignitates, vel duos Canonicatus, & duo officia, licèt sint in eadem Ciuitate, obseruat Iurisconsultissimus Speda *cons.* 49. *num.* 4. *lib.* 3. quia, licèt non impediant residentiam, impediunt tamen interessentiam in diuinis, ac seruitium in Ecclesia, & hac ratione dicuntur incompatibiles, non autem ratione residentiæ. Hinc generaliter esse Parochum, & Vicarium sunt officia malè compatibilia in eadem persona ex S. Congregatione super Episcopis 19. Iunij 1603. Ex eo quod, vt quis benè exerceat alterum ex dictis officijs, alteri necessariò deesse cogitur, ex eadem in Sutrina 16. Nouembris 1640.

7 Parochus autem exterus, vel diœcesanus nequit haberi pro residente, si inhabitet in Ciuitate, à qua distet sua parochialis duobus, aut tribus milliaribus. Quod procedit, etiamsi Dominicis, alijsque festis diebus ad Ecclesiam suam accedat, sicuti declaratum fuisse à S. Congregatione Concilij contestantur Garz. *de benef. p.* 3. *c.* 2. *n.* 179. Barbos. *de offic. Episc. d. alleg.* 53. *n.* 74 *& de offic. Paroch. p.* 1. *c.* 8. *n.* 39. *& seq.* vbi addit hoc ipsum procedere, etsi populo per alium æquè facilè, ac fortasse melius seruiatur, quia Concilium *d. sess.* 23. *c.* 1. requirit iodustriam personæ, quæ per alium non potest suppleri, subditque amplius, Parochum residentem quidem, sed non exerceotem officium suum, minimè satisfacere præcepto residentiæ, ex quo oihil prodest Parochi præsentia, ministerio destituta, sed potius offendat.

Et quidem residentia, ad quam teneotur Parochi non est residentia materialis, hoc est habitatio in Parochia, sed est residentia formalis, hoc est exercitium muneris pastoralis, vt docent communiter Syluest. *v. Residere n.* 1. Angel. Tabien. Nald. *eod. v.* Zerol. *p.* 1. *prax. v. Parochus,* §. 4. Garz. *de benef. p.* 2. *c.* 2. *n.* 179. referens declarationem S. Congregationis, Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 71. *n.* 3. qui plures alios refert, & constat ex Concilio Trid. *c.* 1. *de ref. sess.* 23. dum inculcaos debitum pastoralis curæ inculcat residentiam, qua pascat, & regat. Nam residentia formalis dicit præsentiam cum exercitio muneris pastoralis; est enim illa, ad quam obligat muous pastorale; non obligat autem ad solam præsentiam, sed ad exercitium curæ pastoralis, & ideò importat præsentiam cum exercitio talis muneris.

8 Hinc est, quod ad effectum, vt Parochus possit per seipsum satisfacere officio suo, ac promptiùs animarum periculis occurrere, tenetur habitare in domo ipsius Parochialis, nec potest in alia, nisi in deffectum, & tunc non oisi intra limites Parochiæ, Rot. *decis.* 354. *num.* 1. coram Buratto, & Barbos. *de Paroch. d. cap.* 8. *n.* 38. D. Fagnan. *in cap. extirpandæ,* §. *qui verò, num.* 12. *de preb.* Vel propè illam in modica distantia, vt ex S. Congregatione refert Dian. *p.* 3. *tr.* 4. *resol.* 156. *in fin.* & Bonac. *tom.* 1. *de oblig. resid. pun.* 1. Ex qua necessitate habitandi in domo Parochiali alia profectò insurgit incompatibilitas, ne Parochus possit eligi in Vicariom, quia iste tenetur habitare in Episcopio, vt ex mente S. Coogregationis super Episcopis, resoluit Ricc. *resol.* 116. *num.* 1. & 2. vbi aduertit, nihil obstare, quod Episcopus in quacum-

cumque parte suæ diœcesis sibi beneuisa possit pro Tribunali sedere, quia in his, & similibus Vicarius non æquiparatur Episcopo, cui maior, & liberior facultas concessa est.

9 Neque suffragatur, si huiusmodi Parochus iam extiterit Vicarius defuncti Episcopi, atque adeò quod validè eligi deinde possit à Metropolitano, vel à Capitulo iuxta Tridentinum *d. cap.* 16. verbis illis: *Item Officialem, seu Vicarium intra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omninò teneatur.* Quoniam id locum habere potest, quando contra ipsum non militarent prædictæ exceptiones, & aliàs idoneus esset, prout requirit idem Concilium, & expressè infertur, teste Garzia *de benef. par.* 5. *cap.* 7. *num.* 10. ex sententia S. Congregationis Concilij, quæ in Macarensi declarauit, posse Capitulum, vel Metropolitanum, vel Episcopum propinquiorem in Ecclesia exempta confirmare Vicarium existentem, dummodò habeat qualitates in præsenti decreto requisitas, aliàs electio sit nulla. Quod adeò verum est, vt pariter declarauerit in eadem Macarensi, quod si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum non esset Doctor, Capitulum non debet eum confirmare, sed alium, qui sit Doctor eligere, referente id etiam Barbosa *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 50. *tom.* 1. *de Canon. & dignit. cap.* 42. *num.* 50. *& de offic. Episc. d. par.* 3. *alleg.* 54. *num.* 168. *& ad d. cap.* 16. *Trid. num.* 26. *in fine.* Eoque magis, quando in diœcesi, & in Capitulo adsunt Doctores, non solùm moribus, & ætate, sed etiam scientia idonei, ita vt non versemur in altera parte dispositionis conciliaris, ibi: *vel aliàs, quantum fieri poterit, idoneus.* Et quatenus in ea versaremur, adhuc puto validè non posse eligi Parochum in Vicarium, ex quo ipse in similibus terminis non excusetur à residentia, si doceat grammaticam in Ciuitate per duo milliaria distante à Parochiali, quamuis singulis diebus vellet ad eam accedere, & quamuis non inueniretur alius idoneus in Ciuitate ad docendum, vt ex declarationibus S. Congregationis firmat Barbos. *de offic. Paroch. p.* 1. *d. cap.* 8. *num.* 39. *& de offic. Episcop. d. p.* 3. *alleg.* 53. *num.* 75.

10 Et prosequendo hanc materiam residentiæ parochialis, quæ frequens est, atque vtilis, iuxtà S. Concilium Tridentinum *sess.* 6. *cap.* 2. & *sess.* 23. *cap.* 1. *de refor. Episcopis inferiores, quæuis beneficia Ecclesiastica personalem residentiam de iure siue consuetudine exigentia, in titulum, siue commendam obtinentes, ab eorum Ordinarijs, quemadmodum eis &c. expediens videbitur, opportunis iuris remedijs residere cogantur.* Non dixit interessentiam, quia illa propriè cadit in dignitatibus, & Canonicatibus Cathedralium, vel Collegiatarum, in quibus amittuntur distributiones. *De iure, vel consuetudine.* Benè hæc duo simul sunt posita, quia, etsi omnia beneficia etiam simplicia de iure residentiam requirant, *cap. quia nonnulli, de Cler. non resid. & cap. præterea, de præb.* tamen generali consuetudine illam non exigunt, vt per Lap. *alleg.* 36. & nos alibi. Et in eis, sicut in altaribus potest quis per alium deseruire pro missis, & alijs diuinis officijs, Calder. *in cap. super inordinata, de præb.* Lap. *alleg.* 5. *num.* 8. *alleg.* 35. *num.* 2. *& alleg.* 116. *num.* 2. Nisi in fundatione expressè electa sit industria personæ, vt per eundem Lap. *ibidem.* Et quod hic dicitur de consuetudine, ad ea beneficia referri potest, quæ, licèt de sui natura residentiam non requirant; nihilominùs consuetudine inductum est, vt requirant iuxta Glos. *in cap. Cum satis, v. Consuetudinis, de offic. Archid.* Quando autem ex qualitate beneficij propter conditionem in fundatione appositam, vel de iure, aut consuetudine, vel statuto teneatur quis residere, vide tradita per Lap. *d. alleg.* 116. Item quæ requirantur ad hoc, vt Ecclesia sit Curata, Gomez *in regul. de idiom. q.* 11. *In titulum*, puta si habeant titulum alicuius Sancti, sub cuius inuocatione denominetur, qui titulus per se non cogit ad residentiam, nisi aliàs habeat Ecclesia illa causas ad residendum. *Siue commendam*, intellige siue perpetuam, siue temporalem, siue habeat naturam depositi, vel tituli veri, vt *sess.* 7. *c.* 2. *Ab eorum Ordinarijs.* Qui sint isti ordinarij, dixi aliàs. Secundum autem subiectam materiam veniunt appellatione Episcoporum, etiam ex decretis Concilij, vt *sess.* 5. *c.* 1. *&* 2. *sess.* 6. *c.* 2. *&* 3. *sess.* 7. *c.* 5. 6. 7. 8. 14. *&* 15. *sess.* 14. *c.* 1. 4. *&* 5. *sess.* 21. *c.* 9. *sess.* 22. *c.* 1. 2. 5. 9. 11. *sess.* 23. *c.* 1. 8. 17. *sess.* 24. *de ref. matr. c.* 1. 2. 7. 8. *sess.* 25. *de Regul. c.* 4. *eadem sess.* 25. *de refor. cap.* 9. *&* 16. *quemadmodum eis &c.* Per hæc verba videbatur relictum arbitrio Ordinarii, quomodò, vel quando quis residere debeat. *Sess.* verò 23. *c.* 1. *v. Eadem omninò*, præscriptæ sunt causæ ad non residendum, & tempus, nec non pœnæ certæ statutæ sunt, contra quas non potest Ordinarius dispensare, sed benè potest suo arbitrio pęnas imponere, cogendo Curatos ad residendum; vt in Constitutione Pij IV. *incip. Inter præmia* sub anno 1564. & B. Pij V. *incip. Cupientes* 1568. *Residere cogantur* in proprio loco, vbi Parochia sita est, si ibi sit domus ad habitandum. Quod si Parochia domum non habeat, tunc in alia Domo, quæ sit intra limites Parochiæ, aut saltem ita vicina Ecclesiæ parochiali habitetur, vt inde commodè possit per seipsum inseruire: Quod intelligendum est, dummodo actu habeat parochianos, *cap. licet canon, de elect. in* 6. quia tunc dicitur propriè Curatus, Staffil. *de qual. & stat. benef.* Rebuff. *in prax. tit. de non prom. infr. an. n.* 35. Tenentur autem residere per seipsos, nec possunt deseruire per substitutos, *cap.* 2. *de Cler. non resid.* cum *cap. fin. de præb.* §. *præterea.* Cum electa sit industria personæ, *arg. cap. Cum sit de æt. & qual. & cap. fin. de offic. deleg.*

Notandunque, quod exercitium muneris pastoralis 11
formaliter non consistit in materiali executione eorum, quæ pertinent ad munus pastorale, vt aduertit etiam Hurtad. *tom.* 1. *Moral. resol. tr.* 2. *cap.* 3. *resol.* 6. *num.* 55. sed in formali regimine, & directione suarum ouium. Consistit autem hoc regimen, & directio, quod ipse disponat, quæ pertinent ad curam animarum in omnibus, & singulis occasionibus, ordinando quæ necessaria sunt, & disponendo pro cuiusque necessitate. Quod ex eo constat, quia si Parochus ratione numerosæ plebis non possit omnibus assistere, sed adiungat sibi alios Sacerdotes, quibus certam partem Parochus dicitur residere, etiam quoad eam partem; sicut etiam quando ad sunt Vicarij, quibus incumbit cura ministrandi Sacramenta. Quod indicat etiam Concilium Trid. *d. sess.* 23. *c.* 1. dum opponit mercenariorum more deserere gregem, & incumbere in munera pastoralia, atque inuigilare, & assistere gregi. Ex quo fit, quod si quis præsens disponeret, quæ pertinent ad curam animarum, quamuis per seipsum non mandaret executioni, diceretur formaliter residere; quia verificaretur, quod incumberet in munera pastoralia, ea disponendo, & ordinando, atque quod gregi suo inuigilaret, atque assisteret. Sic enim Christus dicitur in deserto pauisse turbas, quamuis ministerio discipulorum distribuerit cibum.

Persequitur Concilium. *Nullaque priuilegia, seu in-* 12
dulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis, suffragentur. Indulgentijs verò, & dispensationibus temporalibus ex veris, & rationabilibus causis tantùm concessis, & coram Ordinario legitimè probandis, in suo robore permansuris. Quibus casibus nihilominùs officium sit Episcoporum tanquam in hac parte à Sede Apostolica delegatorum prouidere, vt per deputationem Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quoad hoc priuilegio, seu exemptione quacunque suffragante. *Nullique priuilegia, &c.* Quia Pontifex non dat licentiam perpetuam ad non residendum, Pauin. *in tr. de visit.* Si quæ autem licentia data reperiatur, censetur reuocata per hunc textum. Sic neque prosunt in hoc casu sua priuilegia Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, vt eo nomine non teneantur

resi-

residere, quia ijs non obstantibus ad residendum sunt cogendi. *Aut de fructibus in absentia percipiendis*, vt *sess.* 23. *c.* 1. non faciunt fructus suos in vtroque foro, nec possunt Canonici inuicem, sibi hanc pœnam remittere, aut aliter dispensare, sed fructus debentur fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus, prout notat Gemin. *in cap.* 1. *de Cler. non resid. in* 6. *Et congruæ portionis*. Sicut Vicarij deputatio, ita & congruæ portionis assignatio ad Episcopum pertinet, vt Sedis Apostolicæ delegatum ex hoc textu.

Quanta autem portio esse debeat, habetur ex Constitutione B. Pij V. & legitur in Concilio Moguntino *c.* 70. & S. Congregatio super Episcopis declarauit, hanc portionem remitti arbitrio Episcopi, pensata qualitate beneficij, ac Vicarij deputandi, & ex fructibus Ecclesiæ sumendam esse, nisi sint aliquæ personæ obligatæ ad supplendum aliundè, vt in Tridentina, & in Vercellensi 25. Ianuarij 1593. Eadem S. Congregatio, cuius sententia fuit à Summo Pontifice approbata, & Thesaurario Cameræ Apostolicæ intimata, & Episcopo pariter, atque alijs significata, & commissa est, *che la portione da assignarsi da' Vescoui a' Vicary nelle Parochiali vacanti dee essere à ragione di cinquanta insino al cento scudi, secondo la qualità de' beneficii Cura animarum*. Ex his patet, totum hunc textum restringi ad curam animarum. Nec placuit opinio eorum, qui asserebant, loqui etiam de residentis Dignitatum, & Canonicatuum; quia in eis non obseruatur præscripta forma ad licentias obtinendas, nec deputatur Vicarius in ipsorum absentia, & tantùm amittunt absentes distributiones quotidianas, quæ non militant in Curatis. Prætereà textus iste conformat se *cap.* 1. §. *eadem omninò sess.* 23. vbi tantùm agitur de beneficijs curatis; Et ita intellexit Nauar. *in sum. cap.* 25. *num.* 121.

13 Quare per hoc decretum Episcopus potest compellere ad residendum Parochum, non obstante consuetudine residendi in loco distanti à Parochia per sex milliaria, vt declarauit S. Congregatio Concilii in Corchensi. Per hoc ipsum decretum non datur facultas Ordinarijs dispensandi à residentia ex quauis ratione, vt in Pistoriensi. Prouisus autem à Collatore inferiori de beneficio residentiam personalem requirente compellendus est ab Ordinario ad residendum, vt in Mutinensi; nullique adijciendum est onus extra fundationem beneficij, aut consuetudinem, vt in Surrentina. Priores verò Commendatarum Ordinis S. Benedicti non tenentur residere, si monasteria omni prorsus carent conuentu, & cura, vt in Catanensi monitio de nominando alio Rectore potest fieri Procuratoribus illius Religionis, cui subest Parochialis. Potest etiam per decretum in visitatione fieri, vt intra terminum competentem sibi præsentetur alios idoneus, & interim iuxta Constitutionem B. Pij V. ponendus est Coadiutor, assignata ei congrua portione, Coadiutores verò possunt esse Seculares, & Regulares amouibiles, &, si erunt Religionis Hierosolymitanæ, gaudebunt suis priuilegijs, vt in Cæsaraugustana. Episcopus verò non potest sub pœna excommunicationis, vel suspensionis mandare Parochis, Canonicis, & alijs, residere tenentibus, ne sine eius licentia vltra duos, vel tres dies abesse possint, sed tollenda pœna excommunicationis, exceptis diebus dominicis, & festis solemnibus, in quibus licebit vti tali pœna ex *d. sess.* 23. *cap.* 1. *v. quoniam autem in fine*.

14 Parochi tempore pestis residere tenentur, & obligati sunt huiusmodi morbo infectis Sacramenta ministrare, nempè baptismatis, & pœnitentiæ per seipsos, aut alium idoneum, D. Antonin. *in Sum. sua histor. p.* 3. *tit.* 22. *c.* 12. §. *Interea*. Quod si Parochi huiusmodi resolutioni obedire recusabunt, aut negligenter se gesserint, tunc poterit Episcopus in eos iuxta Sacrorum Canonum dispositionem animaduertere, etiam per priuationem beneficiorum. Et hoc procedit ex consequentia necessaria: & ita fuit resolutum à Gregorio XIII. in Consistorio. Qua de re nos alibi.

Sacra Congregatio super Episcopis in Nucerina 7. 15
Aprilis 1574. *Pare alla Congregatione, che in ogni modo si debbano constringere i Parochi à prouedersi di casa, & habitatione ne' luoghi, doue hanno le Parochiale, e non potendo ciò fare soli per la tenuità delle rendite de' beneficy, tenga modo, che i Parochiani gli souuengano, & aiutino, e se non potranno de' danari, per esser' anche essi poueri, di opere, legnami, ò sassi, che perauuentura potranno hauere sù l loro senza comprargli, non si potendo in alcun modo tolerare l'assenza de' Parochi dell'anime sottoposte alla lor cura per cagione del gran danno, che manifestamente ne seguita, constringendo onninamente i medesimi Parochi frà tanto, che si prouedano d'habitatione ad andarui ogni giorno, e starui, non ostante che siano Canonici, conforme alla Bolla di Pio V.*

Eadem S. Congregatio in Ariminensi, Episcopo, 16
Visitatori Apostolico. *V. S. faccia risedere i Curati, che non hanno casa parochiale, in altra casa, che sij dentro i limiti della Parochia, e più vicino alla Chiesa, che si potrà. I Curati sotto pretesto d'inimicitia non ponno assentarsi dalla cura con licenza del Vescouo, ma deono domandarla al Pontefice, ò alla Congregatione, la qual suole molto bene esaminare le circonstanze, e specialmente per qual causa sono contratte le inimicitie, se vi è stata colpa del Curato, & altre diligenze. E quando pure si concede, si fà per breue tempo, e trà l'altre conditioni particolari, che stij più vicino, che può sicuramente alla Cura. Die 7. Ianuary* 1578. Soletque concedere Parocho, qui in sua Parochia post illam adeptam graues contraxit inimicitias, maximè sine culpa, vt possit abesse per sex menses, modò interim aut inimicitias componat, aut beneficium dimittat, relicto tamen idoneo substituto, vt in Parmensi 20. Octobris 1579. Imolensi 10. Febr. 1604. & 6. Augusti 1601. in Salernitana 17. Augusti 1640. in Aretina 7. Nouembris 1642.

Eademque S. Congregatio Concilij censuit, si ini- 17
micitiæ veræ sint post obtentam parochialem, ac sine culpa Parochi ortæ, posse ab Ordinario dari dilationem Parocho, vt in alio loco viciniori, ac tutiori maneat durantibus ipsis inimicitijs, item non vltra annum durent. Intereà autem idoneum Vicarium in Parochiali ab ipso Ordinario ponendum, eique congruam portionem assignandam ex redditibus ipsius Parochialis. Si tamen Parochus absit per octo menses, & posteà hoc non expresso obtineat licentiam absentiæ per tres menses, huiusmodi licentia est subreptitia, & nulla 11. Augusti 1617.

Tolerari tamen potest, quod Parochus Parochiæ 18
tenuis paucarum animarum non resideat in Parochia, quousque per vnionem alicuius simplicis beneficijs, vel alio modo suppleatur eius congrua, dummodò accedat illuc ad celebrandum festis diebus, & quando vocabitur pro Sacramentorum administratione, S. Congregatio super Episc. 10. Ianuarij 1579. Si tamen id Episcopus nolit tolerare, Parochus tenebitur obedire, vt patet ex sequenti decreto:

Cum Episcopus Calliensis nuper edixerit, vt Parochia- 19
lium Ecclesiarum Rectores in suis Ecclesijs resideant, petit Angelus, Curatus Parochialis Ecclesiæ S. Angeli, an & ipse teneatur residere, cum redditus Ecclesiæ sint tenuissimi, eius antecessores super hominum memoriam nunquam resederint, Ecclesia ipsa circiter duobus millibus passuum dumtaxat à Ciuitate distet, & sex, vel septem familias tantùm habeat, neque ipsi Parochiani quicquam curent de residentia Pastoris. S. Congregatio Concilij censuit, *oratorem non excusari à residentia ob causas superius expressas; ideòque oportere ipsum parere edicto Episcopi hac de re edito*.

Habens verò duas parochiales vnitas Rector potest 20
in qua maluerit residere, dummodò vna non sit dignior altera, S. Congregatio Concilii in Abulensi.

Etiam perpetui Coadiutores residere tenentur, si- 21
cut verè curati, etiam in aliis beneficiis seruiant, etiam in Cathedrali, eadem in Brixiensi.

Non

22 Non excusat à residentia officium subcollectoris Apostolici, neque etiam lis super eadem Parochiali, nec minùs excusat officium Inquisitoris, eadem in Taraconensi.

23 Negotia Cleri excusant à residentia ad tempus, si legitimè sint demandata, eadem in Rossanensi.

24 Parochi non possunt ex Decreto Concilij *in cap. 1. sess. 23. de ref.* annis singulis per aliquod tempus à suis Parochialibus abesse, nisi causa cognita, & licentia ab Episcopo in scriptis obtenta; eadem in Toletana. Ad quod faciunt notata per Paris. de Put. *de syndicat. in cap. licentiam num. 1. vol. 2.* Et quamuis dictis Parochis abesse liceat per bimestre, tamen hanc authoritatem sibi arrogare non possunt, sed licentiam, vt supra ab Episcopo obtinere debent, eadem in dicta Toletana.

25 Fructus Ecclesiæ, cuius Rector non residet, pro rata temporis debet Ordinarius applicare, fabricæ Ecclesiæ Parochialis, etiamsi non egeat, quia poterit in dies indigere, eadem in Rauennatensi. Item Parochi deseruientes in diuinis suæ Parochiali, quamuis non resideant in ædibus Parochialibus, vel intra Ciuitates, non tenentur ad restitutionem fructuum, debent tamen cogi ad habitandum in dictis domibus, seu intra limites. Item Parochi, quibos propter inhabilitatem fuit datus Coadiutor, non possunt extra suam Parochiam habitare, etiam relicto ibi Coadiutore, eadem in eadem.

26 Verba Concilii in *d. c. 1. sess. 23. vsque ad priuationem* intelliguntur inclusiuè, dum tamen præcesserint tria edicta publica, & elapsi sint sex menses, iuxta *cap. Ex tuæ de cler. non resid.* dictumque caput habet locum in ijs tantùm, qui parochialem obtinent, & non in beneficijs simplicibus. Idem in Bulla B. Pij V. Eadem S. Congregatio Concilij in Tridentina 24. Iulii 1576.

27 Episcopus, modò in Episcopatu resideat, solutus est à residentia decanatus, vel Canonicatus, & cæterorum beneficiorum, illaque retinere potest, & fructus percipere, exceptis in Diaconatu, & Canonicatu, distributionibus quotidianis, & aliis, si quæ fortè sint, quæ absentes iusta de causa non perciperent, ead. 5. Kal. Augusti 1565. in Cretensi.

28 Licèt Ecclesia Parochialis sit in eo loco, vbi minor pars Parochianorum habitat, & maior pars habitat extra Ciuitatem in aliis oppidis, nihilominùs Parochus residere debet in loco, vbi sita est Ecclesia, & Parochianis, qui longè absunt ab Ecclesia, & propter locorum distantiam patiuntur incommoda in percipiendis Sacramentis, & diuinis officiis audiendis, succurratur remedio *cap. 4. sess. 21. & cap. Ad audientiam de eccles. ædif.* eadem in Aquilana sub die 22. Martii 1569.

29 Per motum proprium B. Pii V. publicatum 25. Iulii 1568. super residentia Canonicorum habentium Parochialem, non censetur abdicata, & ablata facultas Ordinario concedendi licentiam recedendi à Parochiali per aliquod tempus, dummodò ea vtatur intra limites præscriptos à Concilio in dicto decreto *cap. 1. sess. 23.* eadem in Barcbinonensi idibus Septembris 1569.

30 Episcopus pro visitatione suæ diœcesis vti potest opera Parochi per quattimestre singulis annis, modò interim in Ecclesia Vicarium deputet, eadem in Eginatensi die 4. Nouembris 1570.

31 Parochus ob infirmitatem, & aeris intemperiem à residentia non excusatur, sed si infirmitas sit curabilis, & in loco Parochialis non adsit copia medicorum, medicinarumue, poterit Ordinarius eidem dilationem concedere trium, aut quatuor mensium; vt curari possit in locis vicinioribus commodioribus. Interim tamen Ecclesiæ deputet Vicarium pro cura animarum, eadem in Ausculana die 8. Decembris 1571.

32 Qui Canonicatum, & Parochialem obtinet, si residet in Parochiali ex præscripto Bullæ B. Pii V. distributiones quotidianas lucrabitur, si Canonicatus constat solùm distributionibus, non habentibus præbendam, eadem in Vrbinatensi 16. Ianuarii 1576.

Dignitates, quæ vnitas habent Parochiales Ecclesias, requirunt, quod illas obtinentes resideant in dignitate iuxta *cap. Extirpanda, de præbend.* eadem in *Feltrensi die 6. Maij* 1586. 33

In Laudensi, Episcopo. *Nel particolare delle distributioni quotidiane hanno risoluto le Signorie loro Illustrissime, che i due Canonici, i quali hanno seruito V. S. nelle visite non possano godere quelle distributioni, le quali sono assignate giornalmente per ciascheduna hora, ma se ve ne fussero altre, che sogliono chiamarsi Massa grossa, le quali si deono in vna, o più volte frà l'anno, di queste potranno participare. Et intorno alle Capellanie, alle quali deono essere presentati per loro fondatione Sacerdoti, si è risoluto, che sia lecito à i Capellani farui celebrare per sostituto*, die 19. *Iulii* 1588. Sed hoc est extra rem. 34

Presuposto, che da tempo immemorabile la Chiesa della Pieue attualmente sij stata, e sia al presente senza popolo, senza cura Sacramentale, e giuridittionale, e del tutto senza amministratione alcuna di Sacramenti, sente la Congregatione, che indubitatamente debba tenersi, che habbia mutato natura, e di curata sia ridotta à beneficio semplice, e così tiene, e pratica la Cancellaria Apostolica, e perciòche non possa il Pieuano essere astretto à residenza tampoco in altra Chiesa, della quale egli non habbia il titolo, mà non perciò sia esente da farui almeno celebrare Messa ne' giorni di Festa, però sodisfarà in questo all'obligo suo, eadem in *Asacensi 25. Octobris* 1588. 35

Congregatio Concilii censuit, Parocho causa studiorum non esse dandam licentiam, cum hodie per Concilium non admittantur, nisi per concursum, qui magis idonei fuerint iudicati, die 22. Februarii 1590. 36

Et in Vrbinatensi die 21. Martii eiusdem anni eadem censuit, *che l'editto fatto dal Vicario sopra la residenza non dee contenere maggior rigore di quello, che dà il Concilio, perciò lo moderasse, riducendolo ad terminos Concilii.* 37

Reliqua vide apud citatos Auctores.

CONSVLTATIO V.

An assensus præscriptus in decretis de celebratione Missarum à S. Congregatione Concilij, iussu Vrbani VIII. editis, in susceptione onerum perpetuorum, requiratur duntaxat, vt Ordinarius exquirat, bona assignanda esse fructifera, & correspondentia oneribus adiungendis, vel vt subrogetur in locum beneplaciti Apostolici respectu bonorum propriorum, itavt huiusmodi bona propria locorum piorum valeant obligari pro adimplendis oneribus suscipiendis, interueniente dicto solo assensu Ordinarij, & in casu non adimplementi subhastari sine alio beneplacito Apostolico, vel potius beneplacitum Apostolicum debeat præcedere subhastationem?

QVoad hoc dubium ponderandum est, quod S. Congregatio nullam facit mentionem bonorum propriorum Ecclesiæ, vel loci piis, sed tantùm requirit licentiam Ordinarii, vel eius Vicarii, vt inquirat, bona assignanda esse fructifera, & correspondentia oneribus iniongendis, vt patet ex illis verbis: *Præcipuamque rationem habeant, vt redditus, qui Ecclesiis, & locis piis relinquuntur, omnino correspondeant oneribus adiunctis.* Et sic ad magis consulendum indemnitati Ecclesiarum, ac locorum piorum. Vnde frustra prætenditur, quod, si Ordinarius, vel eius Vicarius defecerit in munere iniuncto respectu bono- 1

bonorum inquirendorum, ita vt non sint fructifera, vel fructus non corrispondeant oneribus iniunctis, S. Congregatio voluerit pro his adimplendis alienari bona propria locorum piorum absque solemnitatibus *Extrauagantis Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien.* cuius dispositionem esse vsu receptam, ac religiosè obseruari, testantur Mar. Antonin. *var. resol. lib.1. resol.*21. *num.*15. *& resol.*38. *num.* 10. *& resol.* 50.*num.*28. Redoan. *de reb. Eccles. non al.* q.58. *num.* 25. Gutier. *can. quæst. lib.*1. *cap.*8. Garz. *de benef. par.*2. *cap.*1. *num.*41. *& seq.* Quarant. *in sum. Bull. v. alienatio num.*4. Filiuc. *tr.*44. *cap.*1. *num.* 8. vbi ait, quod praxis Datariæ ita se habet, & iuxta illam se regulas in expediendis Breuibus *si in euidentem*, Barbos. cum alijs *de potest. Episc. par.*3. *alleg.* 95. *num.* 49. & Rot. *in recent. decis.* 30. *num.* 5. *par.* 1.

2 Etenim non solùm id esset ex diametro contra mentem S. Congregationis, dum voluit bona tunc assignanda esse fructifera, & corrispondentia oneribus adiongendis, verùm etiam omisso, an S. Congregatio id facere possit, cùm habeat facultatem tantùm declarandi, non autem derogandi Constitutionibus Pontificijs, vt per Baun. *tom.* 1. *tr.*4. *q.*33. *dist.*1, certum est, quod si voluisset, posse alienari bona propria in casu, quo non sufficerent bona assignata sine beneplacito Apostolico, subrogando in eius locum licentiam Ordinarij, vel Vicarij, id expressisset, & in specie derogasset *d. Extrauag. Ambitiosæ*, cum aliàs non facta huiusmodi bonorum propriorum mentione, & specifica, atque indiuidua derogatione *d. Extrauagantis*, ne summus quidem Pontifex censeatur voluisse ei derogare, ex traditis à Marant. *resp.*7. *num.*29. *par.*3. cum aliis à Gratiano deductis *discept.*50. *n.*15.

3 Vndè dum facultas data Ordinario à dictis decretis est limitata, nempè ad effectum inquirendi, an redditus, qui assignantur, respondeant oneribus, nullo modo potest extendi ad actum obligandi *ad text. in l. cum seruo* 63. ibique Bald. *ff. de contrah. empt.* Ideòque nec suffragatur pro alienandis bonis Ecclesiarum, vel locorum piorum. Quia si Ordinatius prohibetur in specie obligare, multò magis impeditur alienare per *text. in auth. multo magis*, *C. de Sacros. Eccles.*

4 Et licèt in dicta Extrauaganti non prohibeatur hypotheca generalis, & Ordinarius possit validè sub illa subiicere bona Ecclesiæ absque beneplacito Apostolico ex adductis à Lezan. *in sum. v. alienare tom.*3. Redoan. *loc. cit. q.*2. *cap.*6. Delbene *de immun. c.*17. *dub.*1. *num.* 30. contra Vasquez, Rodriquez, & alios; attamen quando vigore talis hypothecæ proceditur ad subhastationem bonorum, non potest id fieri sine beneplacito Apostolico, cum tunc fit casus, à quo incipi non potest sine licentia Sedis Apostolicæ, vt articulo maturè discusso, & reiectis omnibus contrarijs, firmauit Rota in Amerina bonorum 2. Iunii 1645. coram Royas inter eius impressas *decis.*261. repetita post Merlin. *de pignor. decis.*97. & in Romana censos 19. Aprilis 1652. §. *Gratis*, coram Bichio, & in Neapolitana pecuniaria 19. Iunii 1656. §. *maximè* coram Zarata, & respondit S. Congregatio super Episcopis, & Regularibus in Vrbeuetana 28. Aprilis 1648.

5 Deficiente itaque subrogatione obligatio Ecclesiarum, & locorum piorum remanet sub dispositione dictæ *extrauag.* Et proinde cum ab initio contractus non interuenerit beneplacitum Apostolicum, debet saltem subsequi, & præcedere subhastationem, ac deliberationem, etiamsi agatur de alienatione necessaria vigore mandati iudicialiter relaxati; aliàs enim daretur casus alienationis bonorum Ecclesiasticorum nullo modo permissus, vt re discussa respondit Rot. *in d. Amerina bonorum* ex *num.*6.

6 Non obstat, quod beneplacitum Apostolicum requiratur in alienatione voluntaria, secùs autem si alienatio esset necessaria, prout dicitur illa, quæ fit per Iudicem. Quoniam hæc conclusio procederet, si Iudex deueniret ad alienationem vigore obligationis contractæ cum beneplacito Apostolico, non autem quando dictum beneplacitum non interuenit in obligatione. Nam ideò Iudex potest deuenire ad alienationem, quia solemnitas interposita in ortu obligationis, cum producat suum effectum tempore alienationis, dicitur interposita super eadem alienatione iuxta doctrina Baldi *in l. Si pupillorum*, §. *Si pupillus ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt*, & in specie respondit Rota *in cit. Amerina bonorum num.*11.

7 Quod maximè procedit in casu, quo bona executa subiiciuntur aliis oneribus perpetuis, & pro illis adimplendis debeant perpetuò manere, nec possunt alienari, nisi cum assensu Apostolico, & ad effectum reinuestiendi pretium in aliis bonis magis fructiferis pro adimplendis eisdem oneribus annexis, & non aliis, vt expressè disponitur in dictis decretis §. *Præterea*.

8 Minùs obstat, quod possit fieri alienatio huiusmodi bonorum cum conditione adimplendi prius onera illis adiuncta, & deinde alia onera. Nam non solum erit alienatio, sed tollerentur onera Ecclesijs, & locis pijs à fidelibus relicta, & conuerterentur in alios vsus, & sic commutaretur eorum voluntas è persona in personam, illique derogaretur. Quod absque beneplacito Apostolico fieri nequit, Matt. *de iurisd. p.*2. *cap.*10.*num.*34. Buratt. *decis.*560. *num.*2. ibique Add. *lit. A.*

9 Neque releuat, quod, si Ecclesia, vel locus pius non potest adimplere onera, restituat accepta in donatione. Quia præter quod bona donata transeunt in patrimonium Ecclesiæ, atque adeò non possunt restitui sine dicto beneplacito, vt in terminis respondit Aldobr. *cons.*10. *num.*16. *vol.*2. & Rot. *decis.*42. *num.*15. *p.*8. *rec.* speciale est in Ecclesia, quod ob non adimplementum oneris non teneatur restituere bona elargita, sed tantùm possit cogi ad adimplendum, quatenus bonorum donatorum vires supperant, vt per textum *ex cap. Verum* 4. *de condit. appos.* & Dian. *resol. mor.*42. *&* 124. *p.* 6. *tr.* 6. probat Christ. Cresp. de Valdaur. *obser.*37.*par.*3. *num.*55. Et ideò bona donata quænam onera supportare possint, erit discutiendum.

10 Atque ex his sequitur, non posse subhastari bona immobilia Ecclesiæ, vel loci pii, dum in contractu obligationis non fuit adhibitum beneplacitum Apostolicum, sine quo nullo iure reperitur, posse procedi ad iudicialem distractionem bonorum Ecclesiasticorum ex supra deductis, præsertim ex Rota post Merlin. *de pignor. d. decis.*97. *num.*14.

11 Verùm quia hic agitur de interpretatione dictorum decretorum, ideò in his, atque huiusmodi casibus consule S. Congregationem Concilii, ad quam priuatiuè quoad alios spectat illa interpretati ex Constitutione 73. §. 5. cum *seqq.* Pii IV. & Constit. 74. Sixti V. & annotat D. Fagnan. *in cap. Quoniam de constit.* à *num.* 6. vbi *num.* 38. testatur de stylo etiam S. Rotæ, fuitque obseruatum à S. Congregatione super Episcopis *in d. Vrbeuetana*.

CON-

CONSVLTATIO VI.

An adiuncti, siue Coniudices Capitulares teneantur iurare, quando, & in cuius manibus?

1 RESpondeo. Quamuis in S. Concilio Tridentino *cap.6. sess.25. de reform.* nihil disponatur circa iuramentum per Adiunctos præstandum, vnde, si nunquam de consuetudine fuit ab Adiunctis præstitum, non tenentur illud præstare, cum ex hac interpretatiua obseruatione declaratur à Concilio, illud non requiri, neque esse præstandum, vt in specie iuramenti arguit Menoch. *cons. 748. num. 17. & seqq.* cùm tamen ipsi iurisdictionem habeant vna cum Episcopo, & reipsa coniudices vocentur, ac sint, vt in terminis plenè probat, ac tuetur Sarau. *de iurisd. Adiunct. q.3.* vbi testatur, hanc opinionem esse veriorem, respondens obiectionibus, ideò tenentur iurare de ritè, ac rectè exercendo suum officium, ac de obseruando statuta suæ Ecclesiæ, iuxta tradita à Io. Andr. *in cap.1. de his, quæ fiunt à mai. par. Cap.* Gratian. *discept. 564. num.* 28. & iuxta regulam textus in *l. rem non nouam 11. C. de indic.* cum declaratione tamen, quod præstatio talis iuramenti non sit substantialis pro validitate processus, ac sententiæ Ita, vt illo omisso adhuc sententia sustineatur, vt per Bald. *ibid. num.6.*

2 Et licèt hoc iuramentum regulariter præstandum sit tempore acceptationis, vel in principio electionis, quæ fit à Capitulo, quemadmodum cæteri Iudices initio sui officij, vt notatur in *auth. Vt iusiurandum*, ac tradit Grat. *cons.128. num.9. lib.1.* Seraph. *priuil. iuram.149. num.2.* Ex quo acceptatio est pars electionis, si tamen tempore acceptationis id facere neglexerint, non idcircò amitterent iurisdictionem sibi concessam, sed tantummodò illius exercitium, sicuti nec Capitulum amittit ius eligendi coniudices, si in exordio anni illos non elegerit ad tradita per Barbos. *in collect. ad d. locum Concilij num.5.* Hinc si contigerit tempore electionis non iurasse, adhuc videtur, non posse tunc Episcopum per se solum procedere: sicuti nequit, quando Capitulum in principio anni Coniudices non elegit, nisi præuia monitione, vt censuit S. Congregatio Concilii, teste Sarauia *q. 13.* Par enim est ratio de non electione, & de non iuramento præstito, ideòque idem ius est seruandum, ex vulg. *l. illud, ff. ad l. Aquil.* Euerard. *loc. 35. à ratione legis* cum aliis per Sur. *decis.286. num.8.*

3 Recipi autem debet à Capitulo, & in eius præstari manibus, siue in manibus personæ deputatæ à Capitulo. Siquidem electio Adiunctorum spectat ad Capitulum iuxta dispositionem Concilii *d.cap.6.* ibi: *Vt Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex capitulo duos.* Præstatio autem iuramenti fieri debet in manibus eligentis, vel personæ ab eo deputatæ ad textum *in Clem. vn. de iureiur. §. Porrò*, ibi: *in manibus dilecti filii Ioannis, &c. Capellani nostri ad hoc specialiter per nos missi, nostro & præfatæ Ecclesiæ nomine recipientis.* Maximè quod Adiuncti in iudicando repræsentant Capitulum. Nam de iure antiquo Capitulum erat Iudex competens in causis arduis, & criminalibus Capitularium, Rota apud Mobed. *decis.2. de for. compet.* vbi subdit, quod neque allegari poterat suspectum, & consonant Canones relati à Lotter. *lib.1. quæst.25. num. 60. & seq.* Barbos. *de Canon. quæst.28. num.1.* & Cardinal. de Lugo. *lib.5. respons. moral. dub.25. num.11.* Et ex hoc antiquo Canone iure profluxit deputatio Adiunctorum à Concilio ordinata, sicuti annotauit Lotther. *loc. cit. num.62.* & proptereà per hanc Adiunctorum deputationem, quoad minus fieri potest, iure antiquo derogatum esse intelligi debet.

4 Neque videtur hæsitandum de facultate Capituli circa delationem iuramenti. Primò, quia in Capitulo præsidet vel Episcopus, vel eius Vicarius Capitularis, qui habet facultatem deferendi iuramentum. Secundò, quia cum agatur de Coniudicibus, siue Adiunctis deputandis per Capitulum, censetur sibi data facultas deferendi iuramentum dictis Coniudicibus de exequendo omnia necessaria pro confectione electionis Coniudicum. Tertiò, quia Capitulum in omnibus actibus Capitularibus, in Capitulo explicandis, prout sunt officiales Capituli, potest illis deferre iuramentum.

5 Neque obstare videtur, quod Episcopus sit Caput Capituli, & quod iuramentum debet fieri in manibus Episcopi Superioris. Quia cùm deputatio Coniudicum spectet ad Capitulum, & in hac parte Capitulum habeat æqualem iurisdictionem cum Episcopo, iuramentum debet præstari in manibus Capituli, in quo, vt dixi, interuenit Episcopus, vel eius Vicarius, qui præsidet Capitulo loco Episcopi, quæ præsidentia sufficit, ex quo agitur de interesse solius Episcopi Capituli, nec Episcopus videtur habere maiorem iurisdictionem, quam habet Capitulum, & in omnem casum iurisdictio Episcopi in hac parte non potest seperari à Capitulo, cum deputatio, seu electio Coniudicum sit facienda in Capitulo, & consequenter ibi perficienda, cum sit accessoria ad electionem, & accessorium sequitur naturam principalis dispositionis ad *l.2. ff. de iurisd. omn. Iud.*

6 Immò neque Episcopus in tali iuramenti receptione se ingerere potest, dum ipse in electione Adiunctorum nullum habet suffragium, sed Capitulum seorsim ab Episcopo eligit, & deputat. Solùm enim in communibus Episcopo, & Capitulo, vtrique iuramentum præstari debet, sed in segregatis, ac diuisis inter eos, iurans vni non tenetur alteri iurare, sicuti distinguendo firmauit Innoc. *in cap. Cùm Clericus 19. num. 2. de verb. signif.* quem sequitur Bellam. *cons. 31. num. 24.* Eòque minus Adiuncti iurare debent in manibus Episcopi, dum vnà cum illo coæqualem iurisdictionem exercent, & ab illius opinione, ac sententia discedere possunt adeò, vt in casu discordiæ eligi debeat tertius ad præscriptum *d. cap.6.* Tridentini.

7 Vel dicendum; supposito quod Adiunctorum iurisdictio censeatur simultanea, siue aggregatiua, quatenus simul Episcopus, & Adiuncti iustitiam administrant in hisce causis criminalibus per ea, quæ tradit Scacc. *de iudic. cap.66. num.4. lib.1.* & Bald. *in auth. habita sub num. 32. C. ne fil. pro patr.* quos ad hanc rem adducit Sarau. *quæst.4.* præcipuè *num.8. & seqq.* non idcircò tenentur accedere ad Palatium Episcopi, & in eius manibus iurare, sed in aula Capitulari, & coram Capitulo, eos eligente ex regula par in parem non habet imperium, *l. nam Magistratus, ff. de Vrb.* Dec. *cons.118. num.16.* & diffusè Tusch. *concl.89. v. Par, tom.6.*

8 Quod facilè admittendum est, etiamsi Episcopus sit in maiori dignitate constitutus. Quia ad hunc effectum oportet, quod vnus habeat maiorem iurisdictionem altero Coniudice, Surd. *cons.47. num.9.* Capye. *decis. 27. num.10. & seq.* Franc. Marc. *decis.52. num.2. lib.1.* In hac autem materia Episcopus non existimatur maior, siue superior, sed par ex Mantica *decis.180. num.1. & 2.*

9 Comprobatur ex verbis Concilii eo *cap.6.* ibi: *Coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut consueto Tribunali.* Statuendo enim locum in fabricatione processus, & in alijs actibus causæ, in cæteris videtur sensisse, vt fiant in Capitulo, seu aula Capitulari, eò magis cum ibi præsideat Vicarius Capitularis, qui Episcopum repræsentat, & eius loco tenet ad *cons.302. num.1.* Feder. de sen. *& cap. 20. n.4. lib.3. var. resol.* Couarruuiæ.

10 Accedit, quod quando contingit dubitari de loco, in quo actus Ecclesiasticus fieri debeat, vel attenditur consuetudo, si adest, vel ea deficiente celebrandus est in Ecclesia, vt obseruant Doctores *in cap. Cùm terra,* specialiter Butr. *num. 18. de elect.* sufficitque locus honestus, vt ibidem aduertunt. Atque ita etiam declarauit S. Congregatio Concilij in Maioricensis die 16. Martij 1652. ad *d. cap. 6. sess. 25. de ref.*

ref. nempè S. Congregatio censuit, Adiunctos à Capitulo electos teneri iurare, nisi adsit legitima consuetudo in contrarium, in loco Capitulari, statim sequuta electione.

CONSVLTATIO VII.

An Episcopus in Ecclesijs parochialibus exemptis tempore visitationis possit etiam inuitis Regularibus conferre Sacros Ordines, ac chrisma, aliaque Pontificalia exercere?

1 NEgatiuè respondendum videtur. Ratio vna, eaque præcipua est, quia Ecclesiæ Regularium sunt exemptæ, vt alibi ostendimus, solùmque hæc exemptio reuocata est per S. Concilium Tridentinum *sess. 25. de Regul. cap. 11.* & per Constit. Gregorij XV. *de exempt. priuileg.* in his, quæ ad curam animarum, & actualem Sacramentorum administrationem pertinent, vt in declarationibus adiectis post *d. cap. 11.* videre est. Collatio autem Sacrorum Ordinum, ac Chrismatis in Ecclesia parochiali Regularium longè excedit facultatem à Tridentino Episcopis concessam; nam est actus iurisdictionis à visitatione Episcopali quoad Curam animarum distinctus. Et licèt ex præscripto eiusdem S. Concilij *sess. 23. cap. 8. de reform.* Sacri Ordines conferri possint, nedum in Cathedrali Ecclesia, sed etiam in alio diœcesis loco, attamen locus, & Ecclesia huiusmodi debet esse diœcesis dictæ Cathedralis; locus autem exemptus, licèt sit in diœcesi, non tamen est de diœcesi, Rot. *dec. 207. num. 1. & 4. p. 2. diu. & dec. 324. n. 3. p. 1. recent.*

2 Quinimmò quoad effectum, vt diœcesanus possit in illo iurisdictionalia exercere, reputantur tanquam extra territorium diœcesanum. Exempti enim non dicuntur de diœcesi, à qua per exemptionem sunt exempti, Cochier. *de iurisd. Ordin. in exempt. p. 4. q. 29.* Proindèque locus exemptus iudicatur à pari cum loco extra diœcesim, Martin. Lauden. *tr. de priuil. q. 60.* quem sequitur Cochier. *loc. cit. p. 2. q. 5. num. 60.* & plenius *d. p. 4. q. 54. num. 2.* vbi quod locus exemptus non censetur esse de territorio, seu de diœcesi Episcopi, & quod comparari soleat loca extra territorium, ac non posse Ordinarios in his locis exemptis licèt sitis in suis diœcesibus, iurisdictionem exercere eo modo, quo illam exercere non possunt in alia diœcesi, Cochier *p. 5. q. 84. n. 1.*

3 Quamobrem sicut Ordinarius confirmare, ac ordinare non potest suos subditos in diœcesi aliena ex Trid. *sess. 6. c. 5. de reform.* vbi habetur, quod nulli Episcoporum liceat cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantùm, si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & ab eo ordinati ab executione ordinum sint ipso iure suspensi, illosque in dicta aliena diœcesi confirmando peccat mortaliter, & incurrit suspensionem ab exercitio Pontificalium, vt per Castropal. *tom. 3. tract. 10. disp. vn. pun. 9. num. 8.* & sicut etiam Archiepiscopus non licet in diœcesi suorum Suffraganeorum absque eorum licentia confirmare, Quintanaduegn. *de septem Eccles. Sacram. tr. 2. sign. 13.* Ita neque ea facere potest in locis exemptis.

4 Et in specie, quod Episcopi non possunt in locis exemptis Ordinationes Sacras celebrare, nec Confirmationis Sacramentum administrare, plenè probat Tambur. *de iur. Abb. tom. 1. disp. 15. num. 10.* ea ex antiquioribus Canonistis adducta ratione, quod dictæ Confirmationis ministerium habet mixturam iurisdictionis, Peyrin. *de priuil. Minim. tom. 1. Constit. 16. Leonis X. §. 247. n. 45.* & Dian. *resol. mor. 109. p. 3. tr. 2.*

5 Ac notandum, quod Pontificalium nomine, veniunt actiones propriæ Ordinis Episcopalis, vt collatio Ordinum, consecrationes vasorum, Ecclesiarum, Virginum, & Chrismatis confirmatio, & benedictio vestium, & corporalium, Sanch. *consil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 50.* Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 16. num. 29.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 6. num. 5.* Item omnes actus Sacerdotales, quatenus exercentur cum apparatu Pontificali, idest Mitra, & Baculo, Sayr. & Barbos. *ibid.* Et aiunt Doctores, incurrere Episcopum in pœnam Tridentini, etiam conferendo primam tonsuram; quia, inquiunt, venit nomine Pontificalium, Sayr. *d. cap. 16. num. 29.* Salzed. ad Diaz *cap. 26. lit. A* Sanch. *d. cap. 1. dub. 50. num. 2.* cum alijs, estque communis, quamuis aliqui contrarium teneant, vt Henriquez *lib. 3. cap. 6. num. 3.* eamque sententiam probabilem ait Bonacin. *tract. de suspens. in partic. quæst. 1. punct. 12. num. 2.* sed improbabilem ait Sanchez *loco allegato.*

Tom. VII.

Quoad vsum verò Pontificalium in ordine ad ceremonialia supradictæ visitationis à Ceremoniali Episcoporum præscripta, non denegatur, quia illa ad solum visitationis effectum exercere valeat. At quoad illorum vsum in signum auctoritatis, & per modum habentem mixturam iurisdictionis non videtur concedendum, cum de iure prohibeatur, Gratian. *in addit. ad decis. March. 513. num. 55. & discept. 467. num. 27. & seqq.* Et quando adest speciale priuilegium exemptionis non posse Ordinarios in locis exemptis Pontificalia exercere, admittit Rot. *dec. 238. num. 3. par. 2. recent.* & firmat Cochier. *p. 5. quæst. 21. num. 4.* qui etiam *p. 2. cap. 5. num. 7.* pluribus citatis ait, quod Episcopi in locis exemptis, nisi inuitati mitra vti non possunt, nec generaliter Pontificalia exercere ex ipso Tridentino *sess. 6. cap. 3. & sess. 14. cap. 2. de reform.* Vndè S. Congregatio super Episcopis 26. Nouembris 1602. declarauit, quod Episcopus in Ecclesijs exemptis se se non debet in aliud ingerere, nisi in approbandis Sacerdotibus ad curam animarum. Et in nullius Putineani 20. Augusti, ac 1. Octobris 1601. quod Episcopus, cui conceditur facultas ordinandi, vel dandi dimissorias exemptis, non ideò potest exercere Pontificalia in eorum locis exemptis, nisi ab ipsis inuitatus, nec ibi affigere edictum Ordinationum, nisi de ipsorum consensu. 6

Quæ eò faciliùs admittenda videntur, si hæc nouitas ab Episcopis introducatur, cui cùm sæpè sit causa discordiæ, Sacri Canones resistunt, *cap. Cum consuetudinis, de consuet. cap. quod dilectio, in fin. de consangu. & affin.* Ias. *in l. In rebus, num. 2. de constit. Princip.* Rebuf. *in repet. rubr. de rescript. num. 25. vers. Item in rebus omnis nouitas præsumitur mala,* Ias. vbi supra *num. 5.* etiam inuitis, & contradicentibus ipsis exemptis, qui tenentur suas exemptiones defendere etiam in foro conscientiæ, vt ex Nauar. *cons. 15. num. 6. de prob.* tradit Cochier. *d. par. 5. quæst. 89.* 7

At nihilominùs affirmatiuè respondeo. Pro quo aduertendum est, locum exemptum ab Episcopi iurisdictione posse trifariam dici. Primò impropriè, & per accidens, cùm ratione tantùm personarum exemptarum dicitur exemptus, vt ferè omnia monasteria Regularium. Verè enim loca illa sunt in, & de diœcesi Episcopi, & Prælatus regularis habet iurisdictionem in personas sine territorio, Rodriq. *quæst. regul. 59. ar. 1. tom. 2.* Suarez *de censur. disp. 5. sect. 4. num. 6.* Filiucius *tract. 11. num. 149.* Salas *de legib. disp. 14. sect. 6. num. 85.* In multis tamen casibus, etiam in Regulares exemptos iurisdictionem habet, vt Henriquez *lib. 7. c. 24. num. 2.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 74.* cum pluribus *seqq.* 8

Secundò modo dicitur locus propriè exemptus, quando Prælatus Episcopo inferior habet in eo loco plenam iurisdictionem Episcopalem, vt plurimùm eam cum temporali coniunctam, sed est intra fines Episcopatus alicuius, seu diœcesis, Rot. *p. 1. rec. dec. 683.* Episcopus tamen habet etiam ibi iurisdictionem in multis casibus, vt per Seraph. *dec. 311.* 9

B Rot.

Rot. *diu. par. 1. dec.* 744. Gonzal. *glos.* 43. *num.* 190.

10 In loco igitur exempto siue primo, siue secundo modo Episcopus dicitur esse, vt in propria diœcesi, & residens in diœcesi sua, Gonzal. *d. Gloss.* 43. *num.* 187. & potest ibi exercere Pontificalia, & Cathedram habere, iuxta tamen *Clem.* 2. *de priuileg.* Cathedram tamen ad modicum tantùm tempus ibi habere debet, quia non debet mutari sine causa, *c. placuit vt nemo in* 7. *q.* 1. Gemin. & Franch. *in cap. Cum Episcopus, de offic. Ordin. in* 6. Gonzal. *n.* 192.

11 Non potest autem Episcopus in loco exempto secundo modo exercere iurisdictionem contentiosam, seu tribunal erigere per *cap. Cum Episcopus, de offic. ord. in* 6. Rot. *diu. dec.* 145. *num.* 1. *par.* 2. *tom.* 1. secus in loco exempto primo modo, vt per Rodriq. *vbi supra*, Salas, & Filiucius *ibid.* & communem ait Suarez *loco citato*.

12 Tertio tandem modo dicitur locus nullius diœcesis, quando scilicet Prelatus loci habet Episcopalem iurisdictionem in subditos Clericos, & Laicos loci, & locus non est intra fines alicuius diœcesis, sed inter diuersas diœcesis, vel in extremo, verbi gratia ad littus maris, & dicitur habere propriam, seu particularem diœcesim, vt declarat Rot. *dec.* 683. *per tot.* Et quidem in fauorabilibus venit nomine diœcesis, & Prælatus continetur nomine diœcesani, at in odiosis non venit, sed venit nomine Ordinarij loci, Cochier *lib.* 1 *quæst.* 1. *num.* 7. *& seqq.* Episcopus ergo in hoc territorio nullam habet iurisdictionem, nisi in tribus casibus, scilicet quoad visitationem; nam visitatur talis locus à viciniori Episcopo, Trident. *sess.* 24. *cap.* 9. *reform.* Et quoad licentiam, & cognitionem super causa extractionis reorum è loco Sacro ex Constitutione Gregorij XIV. Et tertio in casu præscriptę iurisdictionis, vel priuilegij, Rot. *diu. par.* 2. *tom.* 1. *dec.* 207. *num* 5.

13 Ex quibus apparet, quod Episcopus, si se ingerat contra iura in loco nullius, primò incidit in suspensionem latam à Tridentino contra exercentem Pontificalia in aliena diœcesi, & in excommunicationes latas in Concilio Lateranensi in Bolla Cœnę Domini, & Tridentino, ac ita in terminis de suspensione tenet Cochier *lib.* 2. *q.* 1. *n.* 7.

14 Si autem se ingerat in loco exempto primo, vel secundo modo contra iura, tunc secundo incurrit in excommunicationem latam in Tridentino, & in Bulla Cęnę contra vsurpantes iurisdictionem Ecclesiarum. Si tamen se ingerat, non vt ad illum actum tantùm, sed animo acquirendæ, vel prætendendæ iurisdictionis talis in genere, seu ad vniuersitatem causarum, nullam suspensionem incurrit exercendo Pontificalia in illis locis, immò licitè potest exercere.

15 Ratio autem huius resolutionis desumitur ex argumento *cap. Responso* 43. *de sent. excommun.* Vbi ex concessione baptismi tempore interdicti Pontifex interpretatus est intelligi, concessum esse chrisma, quod ex Glossa est, quasi quoddam complementum baptismi. Ergo sicut Episcopus tanquam primus Parochus potest proculdubio baptizare in Ecclesijs parochialibus Regularium, ita etiam & confirmare, ac chrisma conficere, *arg. cap. quoniam* 19. *eod. in tit.* 6. Atque ita declarauit S. Congregatio Concilij. Cum enim quæsitum fuisset primò, *an Eminentissimus Episcopus Brixiensis in Ecclesia parochiali Monachorum exemptorum possit administrare Sacramentum Confirmationis, inuitis ipsis Regularibus? Secundo & quatenus possit, an contra eosdem Regulares impedientes dictam administrationem valeat censuris procedere?*

16 *Sacra Congregatio, re pluries proposita, & maturè examinata, vtraque parte informante, affirmatiuè ad vtramque dubitationem respondit 9. Iunij 1657.*

17 Eadem videtur esse ratio quoad Ordinationes. Nam cum Episcopus tanquam vniuersalis Parochus suę diœcesis possit suo gregi Sacramenta ministrare, poterit quoque ordines conferre in Ecclesia parochiali Regularium, quæ ratione administrationis Sacramentorum, ac populi illi subiecta est, saltem in ordine ad Sacramenta.

Non obstant in contrarium adducta, quia fortè locum habent in Ecclesiis Regularium, quæ non sunt parochiales, de quibus alio in loco à nobis dictum est. Et quidem cùm Episcopi sępissimè conquerantur aduersus nonnullos Regulares, qui vel in concernentibus curam animarum, quam ipsi in seculares personas exercent, illorum iurisdictionem studiosè declinare satagunt, aliquas eorum querimonias infrascriptis dubitationibus, ac resolutionibus concludere non ab re esse putaui. 18

Et primò. *An Episcopus, seu Visitator ab ipso deputatus, possit visitare Parochos, etiam regulares Monasteriorum, etiam Ordinis Cistercensis S. Benedicti, Carthusianorum, etiam quantumuis exemptorum, qui exercent curam animarum personarum secularium in parochijs in sua diœcesi existentibus, licèt illa Monasterijs exemptis sint annexa, incorporata, aut de iurepatronatus, non obstantibus priuilegijs dictorum Monasteriorum, & ab illis procurationem habere?* 19

Secundò. *An Monachi prædictorum Monasteriorum, quantumuis exemptorum iuxta limites Diœcesis ad Curam animarum personarum secularium expositi, subesse debeant iurisdictioni, visitationi, & correctioni diœcesani Episcopi quoad dictam curam, & excessus extra claustra commissos?* 20

Tertiò. *An Parochi prædicti, etiam Regulares Monasteriorum, vt supra, quantumuis exemptorum, possint curam animarum exercere in dictis Parochijs sine approbatione ipsius Episcopi?* 21

Quartò. *An sub nomine Episcopi præcisè veniant Abbates, prout ipsi se iactant, vel etiam sub nomine Ordinarij in Bullis nominatis in subiecta materia?* 22

Quintò. *An prædicti Parochi, etiam Religiosi Monasteriorum exemptorum, vt supra, vocati ad Synodum teneantur venire, & mandata Episcopalia accipere circa ea, quæ pertinent ad dictam curam, pariterque festa propria diœcesis populo denunciare, & celebrare, iubilæa, & alia mandata Apostolica ab ipso diœcesano Episcopo accipere?* 23

Sextò. *An prædicti, vt supra teneantur Sacrum Chrisma, & olea accipere ab Episcopo diœcesano, cui possit constare nouis, an veteribus, vel nullis, nisi ordinarijs, vel communibus vtantur?* 24

Septimò. *An prædicti vt supra, teneantur Cathedraticum quotannis iuxta vsum diœcesis, pariterque iura Episcopalia, quoties res feret, portionesque pro Seminario iam erecto debitas ex dictis Parochijs, licèt Monasterijs exemptis vnitis?* 25

Octauò. *An Abbates, & alij Prælati regulares in Parochijs, vbi habent iuspatronatus acquisitum, vel cessum à Laicis, quibus in hoc succedunt, teneantur Episcopo diœcesano præsentare Sacerdotes seculares, vt antea laici tenebantur, an vero possint substituere Monachos, eosque pro libitu, non salutato D. Ordinario, remouere, & sic Episcopis iurisdictionem, & reliqua iura subtrahere?* 26

Nonò. *An Episcopus, siue eius officialis possit Religiosos prædictos exemptorum monasteriorum, vt supra, per censuras Ecclesiasticas ad obedientiam in præmissis compellere?* 27

Sacra Congregatio Concilij in Passauiensi iurisdictionis de prima Octobris 1661. ita respondendum censuit. 28

Ad 1. *Affirmatiuè quoad primam partem. Et quoad secundam etiam affirmatiuè, nisi adsit speciale priuilegium.* 29

Ad 2. *Affirmatiuè. Et quoad excessus seruetur Concilium c. 14. de regular.* 30

Ad 3. *Negatiuè.* 31

Ad 4. *Abbates non venire sub nomine Episcopi.* 32

Ad 5. *Affirmatiuè in omnibus.* 33

Ad 6. *Affirmatiuè.* 34

Ad

35 Ad 7. *Etiam affirmatiuè.*

36 Ad 8. *Item affirmatiuè.*

37 Ad 9. *Affirmatiuè in omnibus quibus subijciuntur ob curam animarum, nisi habeant speciale priuilegium.*

CONSVLTATIO VIII.

1 *An in Ecclesijs Monasteriorum Regularium secularizatis, in quibus exercebatur per Monachos cura Animarum, sicuti etiam nunc exercetur per Sacerdotes seculares, spectat apponere œconomum, occurrente illarum vacatione, ad Episcopos, an ad Abbatem, cui subijciuntur cum eisdem priuilegijs, & exemptionibus tamen consuetis, & non contrarijs Sacris Canonibus, Sacri Concilij Tridentini Decretis, & Apostolicis Constitutionibus, & coram quo sit faciendus concursus?*

2 *An Episcopus possit corrigere, ac punire Curatos, ac Monacos secularizatos, aliosque Clericos possidentes beneficia in supradictis Ecclesijs ob delicta ab eisdem commissa, & præcipuè in his, quæ pertinent ad curam Animarum, & Sacramentorum administrationem?*

3 *An Curati præfatarum Ecclesiarum teneantur accedere ad Synodum Diœcesanam Episcopi, vel potius ad Synodum dicti Abbatis?*

4 *An Rectores, seu Capellani dictarum Ecclesiarum possint audire confessiones secularium, etiam de casibus Episcopo reseruatis absque eius licentia?*

5 *An ad Episcopum pertineat concedere dimissorias pro ordinandis Clericis dictarum Ecclesiarum?*

6 *An Episcopus possit visitare clausuram Monialium existentium in supradictis Monasterijs, vel in eis saltem exercere iurisdictionem vti Delegatus Apostolicus, ac etiam Confraternitates Laicorum, quæ habent altare in præfatis Ecclesijs?*

7 *An Episcopus possit visitare dictas Ecclesias, & in eis exercere pontificalia, & præcipuè Sacramentum confirmationis administrare?*

8 *An ad Episcopum spectet cognitio causarum validitatis iurispatronatus Laicalis, & honestatis personarum præsentatarum ad beneficia in dictis Ecclesijs existentia? In quibus resoluendis plura in explicationem Tridentini obiter adducuntur.*

1 RESolutio horum, ac huiusmodi dubiorum maximè pendet à duobus. Primò, an probetur, quod Ecclesiæ, de quibus agitur, existant intra fines Episcopatus. Secundò, an ex literis suppressionis, & secularizationis eædem Ecclesiæ effectæ fuerint proprium territorium adeò, vt amplius non sint, neque in diœcesi, neque de diœcesi. Addi potest tertium, an per secularizationem exemptionis, quæ antea concessæ fuerant Regularibus, adhuc durent quoad Clericos seculares subrogatos in Ecclesijs, olim subiectis eisdem Regularibus.

2 Quod attinet ad primum, earum existentia intra fines satis probati poterit ex actibus iurisdictionalibus per Episcopum gestis, visitando, mittendo prædicatores, instituendo in beneficijs, aliaue plura exercendo, quæ certè concludunt ad hunc effectum, vt in decisionibus coram Pegna, & Attrebatensi, quas sequitur Rota *dec.* 310. præsertim ante *num.* 3. in congestis ad tractatum Postij *de manut.* & aliàs sæpè. Item probatur ex enuntiatiua Summi Pontificis, vt in simili probari existentiam monasterij sub diœcesi Episcopi, dixit Rota in Beneuentana iurisdictionis 13. Maij 1652. §. 1. & 27. Ianuarij 1653. in princ. coram Zarate, & Montis Casinensis iurisdictionis 27. Martij 1651. §. ex quibus coram Bichin.

Quod ad secundum. Ex quo quælibet Ecclesia præsumitur esse in aliqua diœcesi, Rot. *dec.* 324. *num.* 2. *& dec.* 681. *n.* 1. *in fin. p.* 1. *rec.* ac passim alibi, & fortiùs quando alius Episcopus in eadem iurisdictionem non prætendit, contendens contrarium tenetur quidem probare, vel loca esse nullius, vel fuisse constitutum territorium separatum iuxta plenam decisionem Buratti 188. *n.* 1. cum binis sequentibus. Vnde si præfatæ Ecclesiæ sunt in diœcesi, dicuntur esse illius, non autem nullius, & sic in illis Episcopus habet assistentiam iuris, vt per Rot. *dec.* 683. *n.* 1. *p.* 1. *& dec.* 41. *num.* 1. *p.* 5. *rec.* & in Brixien. Iurisdictionis 11. Aprilis 1639. coram Carillo. Etenim quæ sunt nullius, non sunt in diœcesi, nec de diœcesi, quia hæc aliàs implicant, vt declarat Rot. *dec.* 207. *num.* 2. *p.* 2. *diu.* & latiùs *dec.* 324 *num.* 1. *circa fin. p.* 1. *recent.* Et ad hoc vt efficiantur proprium, ac separatum territorium, probandum est, quod omnis iurisdictio, quæ Episcopo in dictis locis competebat, fuerit ab eo totaliter abdicata, & in Abbatem, siue Commendatarium translata iuxta Glos. *in Clem.* 1. §. *volumus, v. diœcesani, de for. comp.* cum pluribus alleg. *in dec.* 54. Martin. Andreę *sub n.* 4. Hęc autem probatio non potest elici ex literis suppressionis status Regularis, si non contineant expresse huiusmodi abdicationem, & translationem. Nam tacitè, ac virtualiter ex verbis *supponimus, & subijcimus, & earum futuros Priores, Canonicos, Clericos, & alios, eisdem inseruientes visitationi, correctioni, & omnimodæ iurisdictioni Commendatarij pro tempore existentis*, deduci non potest. 3

Tum quia licèt Monasterium mutet statum de regulari ad secularem, non icircò mutat subiectionem, cum remaneat Ecclesia subiecta illi, cui antea subijciebatur, licèt in alijs mutet mores, vt inquit Abb. *in cap. dilectus num.* 9. *de Capel. Monach.* vbi testatur de communi, & ait, esse valdè notandum. Quare verba illa tribuendo ius visitandi, & corrigendi, ne sint otiosa, aut debent intelligi de subiectione, & correctione quoad ea, quæ præcisè concernunt curam animarum, aut non sunt priuatiuè ad Episcopum. Quia ad hunc effectum opus esset, vt in suppressione, & erectione cautum fuisset, quod Episcopus non posset visitare, stante quod ius visitandi potest competere cumulatiuè, nec intelligitur datum priuatiuè, Greg. XV. *dec.* 4. *num.* 5. *& seqq. & dec.* 8. vbi ad rem allegantur declarationes S. Congregationis Concilij. Vndè semper censeri debet concessum cumulatiuè tantùm, vt minùs lædatur auctoritas Episcopi, & recedatur à S. Concilio. Seraph. *dec.* 1067. *num.* 3. Et gratia non sit intelligenda, vt deroget iurisdictioni alterius, sed vt cumulet, Bero *cons.* 22. *num.* 25. *&* 29. *ac seqq. lib.* 1. estque regula desumpta *ex l.* 1. *C. de offic. Præf. Vrb.* quam latè explanat Surd. *cons.* 56. *num.* 19. *ac per tot.* 4

Atque hinc est, quod Vrbanus VIII. postquam concesserat exemptionem cum eorundem verborum forma sub anno 1632. monasterio S. Mariæ de Rambona nullius siue S. Seuerini diœcesis, cuius Episcopus contendebat sibi monasterium subiectum esse, vt eius plenæ libertati consuleret, cognoscens ex verbis illis satis prouisum non fuisse, iussit expediri alias Literas sub anno 1641. in quibus Commendatori, eiusque successoribus præuia narratiua, & confirmatione exemptionis eiusdem monasterij, personis, bonis, Ecclesijs à se, ac suis Prædecessoribus tributa, à quacumque Ordinarij loci iurisdictione, de extinctione litis postbac excitatę per Episcopum S. Seuerini, prætendētem se, nisi ordinaria, saltem delegata auctoritate à S. Concilio Tridentino sibi concessa, posse monasteria quæcumque exempta visitare, motu proprio, & ex certa scientia Cardinali Abbati, & perpetuis Commendatarijs iurisdictionem Ecclesiasticam in monasterijs predictis, ac in bona, personas, Ecclesias &c. priuatiuè, quoad Episcopū S. Seuerini & quemuis alium loci Ordinarium, etiam vti Sedis Apostolicæ delegatum vigore decretorum dicti S. Concilij Tridentini ita, vt nullam omninò iurisdictionem, seu actum iurisdictionis in monasteria, bona, personas, & Ecclesias &c. quacunque de causa vnquam exercere, seu prætendere possit, concessit, & impertitus 5

fuit. Ex cuius indulti contextu Rota in dicta nullius, seu S. Seuerini parochialis dixit Monasteria, & loca exempta cum suis membris, & Ecclesijs, licet essent de diœcesi Episcopatus S. Seuerini, per illud tamen fuerunt ab eo subtracta, & translata in Abbatem Commendatarium, & effecta territorium separatum, vt legere est in decisione coram Beuilaqua 12. Ianuarij 1660.

6 Sed demus aliquando, quod sub prædictorum verborum forma, atque exemptione veniant omnes illi, qui in eis numerantur, non tamen venit populus; qui in dictis Ecclesijs recipit Sacramenta, & qui non viuit intra earundem Ecclesiarum ambitum, sed in Oppidis, & Castris diœcesis, quę nullibi constat Summum Pontificem voluisse à diœcesi Episcopi dimembrare, & alteri tribuere. Certa enim iuris propositio est, quod per exemptionem Ecclesiæ, non dicitur exemptus populus quoad curam animarum per textum expressum *in cap. per exemptionem de priuil. in 6.* ad quem omnes Canonistæ, & tradit *dec.* 324. *p.* 1. *rec.* & in Tullensi matrimonij 26. Iunij 1648. coram Ghislerio, & *dec.* 218. coram Royas, & in Toletana coram Beuilaqua 27. Ianuarij 1662. Atque adeò remanet sub iurisdictione Episcopi. Quia omnia, quæ per priuilegia iurisdictionis Episcopo expressè non adimuntur, illi censentur reseruata, & remanent sub eius iurisdictione, Rota *dec.* 324. *n.* 4. *p.* 1. *rec.*

7 Cùm itaque exemptio sit restricta ad Ecclesias, Clericos, & Clerum &c. non potest extendi ad populum, & consequenter non potest constituere territorium separatum, ac nullius, vt in terminis exemptionis, quæ respicit Ecclesiam, & Clerum, quod non comprehendat curam animarum, & populum, sed solùm liberat à lege diœcesana, quæ consistit in recipiendo cathedraticum, decimas, ac similia, non autem à lege iurisdictionis circa administrationem Sacramentorum, firmauit Rota in d. Tullensi matrimonij 15. Ianuarij 1653. coram Albergato §. *minus efficit*; & in specie exemptionis monasterij à iurisdictione Episcopi, quod non importet exemptionem populi, nisi sit specialiter dictum, resoluit Rota *dec.* 28. *n.* 15. *p.* 9. *rec.*

8 Et quamuis Pontifex videatur eximere à iurisdictione ordinaria Episcopi, & ex hoc Abbas, vel Commendatarius dici possit Ordinarius exemptorum; quia tamen non soluitur territorium à iurisdictione Episcopi, hic remanet Ordinarius de iure singulari, & nunquam Abbas, vel Commendatarius appellatione Ordinarij veniet, nisi in materia ipsis adaptabili, ac sine Episcopi præiudicio, vt per Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 24. *n.* 100. *cum seqq. & q.* 115. *n.* 11. vbi firmat, quod adhibenda est distinctio inter exemptionem simplicem sine populo, & plenam cum populo. Nam in primo casu, nihil per eam censetur detractum iurisdictioni Episcopali, etiamsi aliàs Ecclesię pertineret ad præsentationem Regularium, tamen præsentatur Rector Episcopo, vt ab eo, tanquam vniuersali Parocho suæ diœcesis recipiat curam, & institutionem authoritatiuam, sine qua impossibile est curam in hoc casu exercere.

9 Sicque stat simul Ecclesias huiusmodi esse amplissimè exemptas ita, vt impropriè dici possint nullius quoad liberam collationem beneficiorum, visitationem, & alia in litteris exemptionis expressa, populum tamen remanere subiectum Episcopo, ac dici de ouibus ipsius, non autem Prælati Ecclesias possidentis, Forma etenim præscripta per Concilium Tridentinum, & per Constitutionem B. Pij V. circa prouisiones parochialium non spectat prouisionem Ecclesiæ materialis, sed regimen, & administrationem populi; ideòque ad Episcopum, cui oues incumbunt, pertinere debet inquisitio de subordinato pastore, à quo oues eius regendæ sunt, an scilicet ab eo benè, anue male spiritualia pascua eis præbeantur. Quæ ratio est infallibilis, per quam, non data omnimoda separatione totius territorij, in quo populus viuit, est impossibile euitare Episcopi iurisdictionem, ac superioritatem.

Eòque magis quando Pontifex procedit per modum 10 sęcularizationis, & translationis. Secularizatio enim, & translatio nihil aliud importat, nisi surrogationem in locum Ordinis regularis absque vlla prorsus mutatione in reliquis, retenta exemptione eodem modo, qua prius aderat, vt declarat Abb. *in cap.* 2. *n.* 9. ibique Innoc. *num.* 4. *de Capel. Monach.* ac fusè Ripa *resp.* 3. *num.* 22. *de elect.* Surrogatus autem sapit in omnibus naturam eius, in cuius locum est surrogatus, vt ad hanc rem dixit Rota *dec.* 225. *num.* 2. *cum seqq. p.* 5. *rec.* addens, quod per secularizationem Pontifex nihil aliud præter qualitatem regularitatis censetur mutasse. Quod confirmauit coram Merlino *dec.* 547. *n.* 5. & in Barchinonem administrationis 6. Iunij 1640. eotam Em. Certo.

Immò licèt per litteras exemptionis separatum fuerit 11 territorium à diœcesi Episcopi, & constitutum denuò in statu nullius, adhuc tamen locum haberet dispositio S. Concilij Trid. *sess.* 24. *cap.* 9. *de ref.* Quod expressè loquitur non solùm de locis exemptis, verùm etiam de ijs, qui nullius diœcesis esse dicuntur. Et ita pluries declarasse S. Congregationem Concilij refert Barbosa ad d. locum Concilij, ac dixit Rota *dec.* 207. *n.* 3. *p.* 2. *diu. & dec.* 396. *n.* 1. & 3. *p.* 1. *rec. & dec.* 501. *n.* 1. & 5. *p.* 2. *rec.* in citata Beneuentana iurisdictionis 13. Maij 1652. §. *Vnde* coram Zatate.

Quo casu nulli dubium est, quod Episcopus saltem vti 12 Sedis Apostolicæ delegatus in vim S. Concilij Trident. *sess.* 7. & 21. vtrobique *cap.* 8. & *sess.* 24. *cap.* 9. *de ref.* possit prædictas Ecclesias visitare, ibique alios actus iurisdictionales curam animarum concernentes exercere, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, etiam ab immemorabili tempore præscriptis, vt sæpè dixit Rota, præcipuè *dec.* 207. *num.* 3. *p.* 2. *diu.* cum alijs congestis per Add. ad Buratum *dec.* 578. *num.* 18. Potest enim esse simul, quod Episcopus non possit tanquam Ordinarius iurisdictionem exercere, obstante exemptione, at nihilominùs habeat locum dispositio S. Concilij, quod in locis quomodolibet exemptis etiam nullius procedat tanquam Sedis Apostolicæ delegatus. Cùm igitur in his Ecclesijs deficiant requisita essentialia, nempe proprium territorium segregatum, & extra alienam diœcesim, ac iurisdictionem in Parochianos, & homines loci, ideò subiacent Episcopo, Rot. *d. dec.* 207. *n.* 2. Gratian. *discept.* t 12. *n.* 28. & per *tot.* Cochier. *de iurisd. Ordin. in exempt. q.* 44. *num.* 3. & 4. *p.* 5.

Neque obstat decisio 234. *p.* 4. *rec.* quia ibi omne ius 13 fuerat abdicatum ab Episcopo Squillacensi, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus. Neque decisio 203. *p.* 7. *rec.* cùm ibi fuerit comprobatum territorium S. Gulielmi membrum Abbatis Generalis Montis Virginis esse segregatum à diœcesi Episcopi, ex quo Abbas exercebat in eo omnimodam iurisdictionem, etiam contra subditos, & sic fuit dictum, totitorium S. Golielmi haberi extra diœcesim Episcopi.

Et quod ad tertium negatiuè resoluendum videtur, 14 vt in specie firmat Vuamez, *de iur. Pontif. conf.* 62. *num.* 2. & *seqq.* ex pluribus regulis, & præcipuè quod ea, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *l. de atate*, §. *ex causis*, *ff. de interrog. act.* & propter temporum varietatem variant humanæ constitutiones, *cap. sciendum d.* 29. *cap. non debet de consangu. & affin.* Neque debent exemptiones extendi vltra suos limites, *cap.* 1. *de priuil. in* 6. Neque aliter intelligi, aut accipi, quàm rebus sic stantibus, *l. quod seruus*, & ibi Doctores, *ff. de condic. caus. dat.* Et qualitas superueniens rei, vel personæ efficit, vt dispositio antiqua cesset in illa re, vel persona, *l. Cum quis*, ibique Castr. *ff. de solut.* Nec priuilegium extendi potest ad personam, de qua tempore priuilegij non fuit cogitatum, *cap. Cum persone, de priuil. in* 6. Addo textum *in cap. Abbate* 25. *ad fin. de verb. signif.* vbi tandiù priuilegium datum Mona-

Monasterio locum habet, quandiù ibi viget obseruatio regularis, vt ibi notant Innoc. alijque Canonistę, ac in nostris terminis hunc, atque alios textus adducit Rebuff. *cons*. 105. *n*. 2. *& seq*.

15 Confirmatur hoc idem ex ipsa secularizatione, in qua contineri solet clausula cum eisdem priuilegijs, & exemptionibus tamen consuetis, & non contrariis Sacris Canonibus, sacrique Concilii Tridentini decretis, & Apostolicis Constitutionibus. Ergo voluit Pontifex concedere omnia priuilegia, & exemptiones, non tamen à potestate Ordinariorum. Quia quoad istam pugnat manifestè cum S. Concilio Constantiensi sub Martino V. *sess*. 43. in quo prohibita fuit concessio exemptionum, & cum Lateranensi sub Leone X. *sess*. 10. §. *Exemptiones autem*, ac cum Tridentino, vt mox apparebit. Vndè non fuit prę̨iudicatum Episcopo in iuribus sibi, S. Concilio, ac Constitutionibus competentibus. Quia hic est effectus huiusmodi clausularum, vt nihil inducant, sed præseruent in suo primæuo esse, sicuti ponderat Gemin. *cons*. 108. *post princ*. *num*. 1. *&* 2. Cassador. *dec*. 2. *num*. 3. *de reseruat*. Pegoa *dec*. 554. *n*. 7.

16 His prælibatis, ad primum respondetur, appositionem Oeconomi in hisce Ecclesiis curatis, dum vacant, spectare ad Episcopum, tam inspecto iure communi, Butr. *in cap. Cum vos n*. 7. *de offic. Ordin*. Innoc. *in cap*. 1. *num*. 5. *vt Eccles. benef. sin. aliq. dimin: confer*. Mantic. *dec*. 107. *num*. 6. quàm vigore Concilii Trident. *sess*. 24. *cap*. 18. *de reform*. ac ibi, *non obstante quacunque exemptione*. Et censuit S. Congregatio Concilii in Aquileiensi 14. Iunii 1569. ac in Taruisina his verbis: *Cum vacauerint beneficia curata Abbatis prouisioni spectantia, Episcopus Ordinarius loci edicta concursus proponere debet, & Abbas collationem facere approbato ab eodem Episcopo, & examinatoribus Ordinarij. Idemque obseruandum si Patriarcha, seu alij habeant collationem parochialium existentium in aliena diœcesi. Et in hoc casu deputatio Vicarij, donec prouideatur parochialis de Rectore, ad Episcopum, in cuius diœcesi parochialis est, cum congrua arbitrio suo fructuum portionis assignatione spectabit*.

17 Et quoad secundam partem dubii constat ex eodem Tridentini decreto, concursum fuisse Episcopis, ac eorum Vicariis commissum, illumque esse de iurisdictione, ordinaria, firmauit Rot. *dec*. 41. *sub n*. 9. *p*. 5. *rec*. ita, vt non possit ab inferiori fieri, nisi concurrant illa tria requisita, de quibus Garz. *de benef. p*. 9. *c*. 2. §. 1. *num*. 121. *& seqq*. ac Mantic. *dec*. 218. *num*. 5. & eadem S. Congregatio in Legionen. nempè si monasterium verè sit nullius diœcesis, Abbas habeat ius congregandi Synodum diœcesanam, & solitus sit eam congregare, poterit facere ea, quæ continentur *in d. cap*. 18. *sess*. 24. Vndè eius Sacra Congregatio in Firmana, & Montis Alti sub die 17. Ianuarii 1643. dum oretenus fuit petitum suum votum à Commendatario, dubitauit de validitate præteritorum concursuum, ideòque consuluit, facto verbo cum Sanctissimo, eos conualidari, & in futurum deputari Examinatores, donec lis terminetur.

18 Ad secundum ex dictis sequitur, correctionem, & punitionem Parochorum, quoties delinquunt in concernentibus curam Animarum, & Sacramentorum administrationem spectare ad Episcopum, ac eius Vicarium, nedum ex Concilio Trident. *sess*. 6. *c*. 3. *& sess*. 14. *c*. 4. *de refor*. ac *sess*. 25. *c*. 11. *de Regular*. vbi expresè decernitur; *In Monasterijs, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, personæ tam regulares, quàm seculares huiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi sunt sita*. Sed etiam *ex cap. Licet, & cap. irrefragabili, de offic. Ordin. cap. de persona* 11. *q*. 3. & eassumit Lopez ad Diaz *in pr. crimin. c*. 2. *vers. punire*, Barbos. *de offic. & potest. Episc. p*. 3. *alleg*. 127. *num*. 29. ac etiam ex Constit. Gregorii XV. *Inscrutabili*, & ex Constitutione Pii IV. §. 5. quæ est 10. in Bullario Cherubini, amplians iurisdictionem Episcopi residentis etiam contra Regulares extra Monasterium degentes. Et constat etiam ex sequentibus declarationibus ad *d. c*. 11. *sess*. 25.

In Tergestensi. *In Monasterijs virorum, seu mulierum, in quibus malè spiritualia administrantur, Episcopi vltra admonitiones, alia etiam remedia adhibere possunt*. 19

In Puntin. *Parochiales Ecclesiæ vnitæ Monasterij, quæ sunt capita Ordinum, sed sunt extra dicta Monasteria, possunt ab Episcopis visitari*.

In Laudensi. *Episcopus nullam iurisdictionem habet etiam in seculares Sacerdotes, curam animarum exercentes in ijs Monasterijs, in quibus eorum Generales Sedem Ordinariam habent*. 20

In Legionensi. *Episcopus potest visitare Ecclesias curatas quibuscumque Regularibus Monasterijs vnitas, præterquam in casibus exceptis in hoc decreto. In Ecclesijs verò vnitis Religioni Ierosolymitanæ seruandæ sunt Bullæ Pij V*. 21

Squillacensi. *Ecclesiæ, in quibus Abbates habent iurisdictionem Episcopalem, ab Ordinarijs visitari non possunt. Si autem Abbates hanc iurisdictionem non habent, possunt ab Ordinariis visitari personæ, ibi curam animarum exercentes, ac etiam ipsæ parochiales Ecclesiæ, quas ipsi Abbates possident*. 22

Cæsaraugustana. *Quid possit Archiepiscopus in Ecclesiis curatis vnitis Religioni Ierosolymitanæ liquet ex c*. 8. *sess*. 21. 23

Sarzanensi, Lunensi. *Parochiales Ecclesias vnitas Monasteriis, quæ habent iurisdictionem, & personas ibi curam exercentes possunt Ordinarij quoad ea, quæ ad curam pertinent animarum, visitare, in hisque Parochialibus possunt à Superioribus regularibus Capellani ad nutum amouibiles deputari, dummodò ab Episcopo approbentur*. 24

Portugalliæ. *Hoc decretum habet locum etiam in Monasteriis, quibus animarum cura imminet, licèt sint subiecta Militiæ Regni Portugalliæ*. 25

Regulares, curam animarum exercentes in Monasteriis possunt ab Ordinariis visitari, non autem ipsa Monasteria, præter ea loca, & res, quæ pertinent ad curam animarum. 26

Dum loquitur de visitatione personarum, quæ curam animarum exercent, debet intelligi etiam de punitione eorum, si delinquant in rebus, quæ pertinent ad curam animarum. 27

Ad 3. Respondetur, Curatos præfatarum Ecclesiarum teneri accedere ad Synodum diœcesanam Episcopi, ex S. Concilio Trident. *sess*. 24. *c*. 2. *de ref*. etiamsi Parochiales possent dici exemptæ. Nam Synodus Episcoporum dicitur de iure diuino instituta, & in ea Curati rationem sui officii reddere debent, vt fusè prosequitur Rebuff. *cons*. 164. *à num*. 6. *& seqq*. Vgolin. *de offic. Episc. cap*. 48. §. 1. & Tambur. *de iur. Abbat. lib*. 1. *disp*. 24. *q*. 4. *num*. 4. *&* 5. vbi etiam ampliatur in Abbatiis, & Parochialibus nullius Diœcesis. 28

Ad 4. respondetur, quod quando loca sunt in diœcesi, Episcopus habet intentionem fundatam, quod nemo admitti possit ad confessiones secularium audiendas, nisi præuia approbatione à se facienda, vt ex Tridentin. *sess*. 23. *cap*. 15. *de ref*. & ex *Clem. Dudum* §. *ac inde*, vbi alii, *de sepult*. ac Rot. *dec*. 655. præcipuè *num*. 2. *p*. 4. *rec*. confirmata coram Cardin. Panzirolo, ac proinde requiritur licentia ad absoluendum à casibus reseruatis ex copiosè traditis ab Vgolino *loc. cit. cap*. 36. §. 1. *& seqq*. ac patet ex sequentibus declarationibus *ad d. cap*. 15. Concilii, etiam quoad Reguleres, vbi quoque obiter alia. 29

Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 21. *prohibuit Regularibus audire confessiones, nisi fuerint approba-* 30

probati ab Episcopis, cuius subditos absoluere vellent. Eadem iurisdictio super Regulares etiam in locis exemptis existentes competit Episcopis, etiam quoad Olea Sacra illis distribuenda.

31 Congregatio super Episcopis, & Concilii censuit. *Regulares ad audiendum in Ciuitate, & diœcesi secularium confessiones, semel ab Episcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos. Caterum à Successore posse vtique examinari iuxta Constitutionem Pij V. datam 8. idus Augusti anno 6. quæ à Gregorio XIII. non est reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini. Quod extenditur ad Sacerdotes seculares.*

32 In Forosemproniensi. *Monachi exempti in Monasterijs, & locis, in quibus iurisdictionem temporalem, & spiritualem habent, confessarios, & concionatores eligere non possunt sine approbatione, vel examine ab Episcopo intra cuius diœcesis fines loca sita sunt.*

33 In Toletana. *Hoc decretum habet locum etiam in presbyteris secolaribus subiectis Prælatis etiam exemptis, dummodò sint in diœcesi. Item Sacerdotes Ierosolymitanæ Militiæ, si non sunt Parochi, non possunt audire confessiones, nec alia Sacramenta administrare, nisi ab Episcopo sint approbati.*

34 In Materana. *Commendatarij Abbatiarum in ijs, quæ spectant ad approbandum Sacræ confessionis ministros se interponere non debent, sed hanc cognitionem, & curam Episcopo, vti Ordinario, cui huiusmodi data est facultas ex hoc Concilij decreto relinquere. Die 22. Ianuarij 1569.*

35 In Reatina Vicario Apostolico. *Quod Confessarij Regulares, qui confessiones audiunt Regularium tam mulierum, quàm fratrum, non possunt ab Episcopis cogi ad examen ex hoc decreto, si tamen ad tales confessiones audiendas depotati fuerint à superioribus Regularibus, die 29. Ianuarij 1574. ex S. Congregatione super Episcopis.*

36 Eadem S. Congregatio. *D'ordine di Papa Gregorio XIII. comando a tutti i superiori di Regolari di Roma, che scriuessero per tutti li Conuenti, e Monasteri, che si leuasse l'abuso d'ascoltare le confessioni nelle celle de' Conuenti, e Monasteri, etiandio che le celle hauessero le grati, che rispondessero in Chiesa, e'l Confessore stesse di dentro, die 25. Augusti 1575.*

37 In Cremensi. *In risposta quanto al decreto, che niun confessore, etiamdio approuato dall'Ordinario, possa nel tempo Pasquale vdir le confessioni d'alcuno senza licenza del proprio Curato, vi si dice che non si dee osseruare in modo alcuno, poiche assai sodisfa all'obligo suo il penitente, portando al Parocho la fede d'essersi confessato da persona approuata. E questo basta in tutti gli altri luoghi. Facendoui anche sapere, che se alcuno costì hauesse opinione, che le confessioni fatte ad vn Regolare approuato fussero nulle, ò che i confessori fossero sospetti, caderà nell'errore contenuto nell' Estrauagante di Giouanni XXII.*, che comincia *Vas electionis. Eadem S. Congregatio super Episcopis die 3. Aprilis 1584.*

38 In Camerinensi Vicario. *Si è riferito a questi miei Signori Illustrissimi, quanto scriuete circa i Frati Mendicanti, e in risposta vi si dice, che quando essi non sono atti ad esser approuati assolutamente per vdire le confessioni, non si debbono in modo alcuno ammettere ad tempus. Perche oltre non si debbono ammettere a carico di tanta importanza persone ignoranti, si dà loro occasione di esercitarsi più negli studi; e se vi sono poi di quelli che sono atti, e riescono nell' esame, dee concedersi loro licenza di confessare non determinata, ma assoluta; e generale, che così comanda il decreto del Concilio. E se bene si ha da caricar la coscienza degli esaminatori nell' esame, tuttauia è vfficio del Vicario vedere bene, che non si faccia torto agli esaminati, nè meno si approuino ignoranti; poiche dall' vno patiscon danno, e dishonore le Religioni, e dall' altro si caua detrimento all' anime. È piaciuta poi la diligenza, che quando i Regolari confessano infermi debbano auisare i Curati, accioche possino prouedere all' anime di quanto farà loro bisogno. Die 7. Martij 1585.*

39 *Vbi non adest copia Confessariorum peritorum potest Ordinarios approbare ad tempus, sed absolutè. Vbi verò adest copia debent approbari. Congregatio Episcop. Patriarcha Veneto die 15. Martij 1594.*

40 In Lucana, Episcopo, *quod mandet omnibus Confessarijs tàm Regularibus, quàm Secolaribus, quod intra vnum, aut plures dies postquam Confessiones ægrotorum audiuerint, in scriptis faciant fidem Curato de tali confessione 4. Februarij 1586. Congreg. Episcop. & pro Minoribus Obser. 17. Iunij 1602. & pro Conuentualibus 1. Iulij 1606. & in Senogallien. 26. Augusti 1616. & pro omnibus Regularibus 13. Septembris 1641. & 22. Septembris 1645. ac 8. Octobris 1649. & 7. Ianuarii 1650.* Quod Romæ præcipitur sub pœna suspensionis ipso facto audiendis confessionibus sine nouo examine, & approbatione ex decreto *Visitationis Apostolicæ.*

41 In Gerundensi. *Quod pro licentiis exercendi curam animarum, confessiones audiendi, & earum reuocatione nihil prorsus soluatur, eadem Congregatio super Episcopis anno 1588.*

42 Congregatio Concilij censuit, *confessionem eius esse nullam, qui omnia Sacerdoti non approbato ab Ordinario confessus est peccata sua, ignorans eum non esse approbatum. Et licet vere coram Deo sit absolutus, attenta eius bona fide, tamen cum sciuerit eum Confessarium non esse approbatum, teneri confessionem reiterari.*

43 Congregatio super Episcopis. *V. S. non permetta in modo alcuno, che i Tertiarii si confessino, se non a quelle persone, che sono state ammesse alle confessioni da lei, etiamdio che siano Frati, perche niuno dee confessare senza l'approuatione dell'Ordinario. Facendo intendere inoltre a' Tertiarii, che habitano nelle case loro, che s'ingannano pensando, che tutti quelli, che hanno l'habito di Tertiario, si debbano senz' altro, quando muoiono, sepellire nella Chiesa de' Frati, se essi non si sono eletta quella sepoltura, e gli faccia capaci che non hanno tanti priuilegi, quanti forse si persuadono, come si può vedere nel Concilio Lateranense vltimo nella sessione vndecima. Nè meno è vero, che ogn' vno che lascia morendo d'esser vestito con l'habito di Tertiario, ò di Frate, perciò debba esser sepellito nella Chiesa de' Frati, se non hanno mostrato più che chiaramente la loro volontà circa la elettione della sepoltura, ma douranno esser portati doue di ragione sarebbono andati senza quell' habito, die 23. Nouembris 1582.*

44 *Prælati regulares, seù alij Religiosi confessarij non possunt audire confessiones secularium, qui sunt de familia, aut deseruiunt ipsorum Monasterijs absque approbatione, vel licentia Episcopi, Congregatio super Episcopis die 14. Augusti 1568.*

45 Ratio autem est, quia non omnis Sacerdos est sufficiens Minister Sacramenti pœnitentiæ. Est de fide definitum in Concilio Trident. *sess. 14. cap. 3. & cap. 10. de pænitent.* & traditur communiter cum D. Thoma *in 4. d. 19. quæst. 2. ar. 3.* & probatur, quia Sacramentum pœnitentię est per modum iudicij, in quo iudicatur conscientia pœnitentis. Ergo requirit, quod pœnitens sit subditus Sacerdoti; quia iudicium non potest exerceri, nisi in subditos. Ergo Sacerdos, qui non habet subditos non potest ministrare validè hoc Sacramentum. Hinc absolutio non potest conferri, nisi subditis, aliàs est inualida ex Tridentino *d. sess. 14. cap. 7.*

46 Itaque approbatio Confessariorum pro locis exemptis pertinent ad Episcopum, intra cuius diœcesim existunt loca exempta, non autem ad Prelatum loci ex adductis, quibus addo Constit. 18. Gregorii XV. *Inscrutabili*, iuncta declaratione S. Congregationis. Immò Vrbanus VIII. *constit.* 12. quæ incipit: *Cum sicut accepimus*, reuocauit omnia priuilegia quibuscunque concessa, confessiones secularium audiend. absque examina-

minatione, & approbatione Ordinarij. Vndè reuocatum remanet priuilegium concessum à Sixto V. Congregationi presbyterorum secularium S. Mariæ de Vallicella Vrbis, atque alijs, siue principaliter, siue per communionem, quod approbati semel in Vrbe, non indigeant iterùm ab Ordinarijs approbari, sed sufficiat se coram eis præsentare, Dian. *p.3. tr.2. resol.* 123. & à Gregorio XIII. religiosis Societatis Iesu, vt semel approbati, & à Superioribus expositi possunt excipere confessiones fidelium, dum per alias diœceses pertranseunt. Et die 8. Maij 1610. omnes Cardinales Sac. Congregationis Concilij eius fuerunt sententiæ, vt confessarij extraordinarij ab Episcopo approbati ad Confessiones audiendas, siue sint regulares, siue seculares, nullo pacto eas audire possint extra diœcesim Episcopi approbantis, quamuis confitentes sint eidem Episcopo subiecti. Quod etiam procedit in Parochis, præcisa consuetudine. Vnde cum Episcopus Ciuitatis Plebis supplicasset per Sac. Congregationem Concilij declarari, an Parochus alienæ diœcesis possit absque eiusdem Episcopi licentia in diœcesi Ciuitatis Plebis confessiones audire? Eadem Sac. Coogregatio 19. Ianuarij 1641. respondit, non posse; estque contra Suarez *disp.28. de pœnit. sect.4. num.28.*

47 Quod verò ad casus reseruatos probatur. Quia peccatum reseruatum extrahit pœnitentem omninò à iurisdictione confessarij inferioris. Vndè ex Tridentino *d. sess.14. cap.7.* Sacerdos inferior extra mortis articulum nihil potest in casibus reseruatis. Et liquet ex sequentibus declarationibus.

48 In Neapolitana. *Cardinali Archiepiscope. Cum à Sac. Congregatione Cardinalium, qui præpositi sunt decretis Concilij Tridentini interpretandis Illustrissima Amplitudo tua quæsiuerit, an Regulares ex priuilegijs à Sede Apostolica impetratis, præsertim autem ex eo, quod Mare magnum vocant, possint in ijs casibus, quos sibi Episcopus reseruauerit, absoluere confitentes. Sanctissimus D. N. de sententia Congregationis censuit ex facultatibus per hoc Mare magnum, aliaque priuilegia Regularibus concessa, datam non esse eis potestatem absoluendi in casibus Episcopo reseruatis. Neque etiam id possunt vigore cuiuscumque Societatis, seu Confratriæ quomodocunque hactenus priuilegiatæ, nisi post Concilium Tridentinum confirmatio in specie super absolutione casuum, ac censurarum facta fuerit, aut nominatim alicui Societati talis facultas data sit à Sede Apostolica post Concilium.*

49 In Oscen. Taruisien. & Veronen. *Neque Mendicantes, neque Iesuitæ, neque alij vigore Maris magni possunt absoluere à casibus reseruatis.*

50 In Cremonensi. *Præpositus exemptus debet abstinere à casuum reseruatorum absolutione tam quoad Laicos, quàm quoad Clericos.*

51 In Mediolanensi. *Confessarij habentes ex priuilegio Sedis Apostolicæ facultatem absoluendi à nonnullis maioribus casibus Sanctissimo reseruatis, non possunt absoluere à casibus, quos Episcopus sibi reseruat.*

In Veronensi. *Pœnitentiarius non potest absoluere à casibus reseruatis, nisi de licentia Episcopi.*

52 *Regulares absoluentes Laicos excommunicatos à canone, aut à sententijs Synodalibus, incurrunt ipso iure excommunicationem Romano Pontifici reseruatam, Clem. Religiosi, de priuileg.*

53 Qui absoluunt à casibus reseruatis in Bulla cœnæ, incurrunt eandem sententiam excommunicationis, & alias pœnas, prout in dicta Bulla.

54 Alia apud alios. Vide Thesaurum de potestate absoluendi à casibus, &c. & censuris &c. & Constitutionem Clementis X.

55 Ad 5. Affirmatiuè ex decreto S. Concilii Trid. *sess.23. cap.10.* & constat ex his declarationibus.

In Marsicana. *Dare literas dimissorias ad Ordines Clericis nullius diœcesis, illosque ordinare, non ad Abbatem eorum Superiorem, quamuis Abbatialis iurisdictio intra fines plurium diœcesum existat, sed ad Episcopum, intra cuius diœcesis fines sunt ordinandi. Quod si non constat, tunc dare literas spectat ad Episcopum viciniorem, aliter promoti sunt suspensi, & ministrantes irregularitatem incurrunt, & pœnas Constitutionis Sixti V.*

In Farfensi. *Commendatarius Abbatiæ habens iura Episcopalia, non potest concedere literas dimissorias.* 56

Clarissimè autem ex sequenti decreto. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, Priorem, Abbatem, aliumue Episcopo inferiorem, etiamsi iurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem habeat, non posse literas dimissorias suis subditis secularibus concedere, sed id pertinere ad Episcopum, intra cuius diœcesis fines consistunt, vel si nullius diœcesis fuerint, ad viciniorem Episcopum, ad eumque spectare eisdem personis ordines conferre, atque ad hanc Ordinum collationem, vbi promouendos qualitatibus requisitis idoneos esse compererit, deuenire posse, etiam absque testimonio, & fide eorum superioris. Quod si Episcopus maluerit ipsius Superioris testimonium, & fidem ante collationem ordinum requirere, debere vtique eas dare Episcopo requirenti. Ad dignoscendum verò, quis sit vicinior Episcopus, attendendum esse vicinitatem Cathedralis Ecclesiæ, atque Abbatiæ, Prioratus, alteriusue non autem territorij. Planè nulli Episcopo licere in locis Abbatiæ, Prioratus, alteriusue loci nullius ritè aliquos ordinare sibi subiectos, vel alios, literas dimissorias suorum Ordinariorum habentes, nisi de licentia Abbatis, vel Prioris, quasi Episcopalem iurisdictionem habentis.* 57

Et quidem ex *d. cap.10. sess.23.* Abbates, & alii Prælati, quantumuis exempti, intra fines alicuius diœcesis consistentes, etiamsi dicantur nullius diœcesis, item Collegia, & Capitula quæcunque, etiam Ecclesiarum Cathedralium, Literas dimissorias Clericis secularibus, vt ab aliis ordinentur, concedere non possunt, sed hæc omnia facere, vel concedere pertinet ad Episcopos, intra quorum diœcesis fines existunt, non obstantibus priuilegiis, præscriptionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus. Aliàs promoti vigore talium dimissoriarum incurrunt in pœnas latas ab eodem Tridentino *sess. 7. c. 10. de reform.* idest, vt in minoribus ordinati non gaudeant priuilegio clericali; in sacris autem ordinati sint eo ipso suspensi ab executione Ordinum ad beneplacitum proprii Episcopi supradicti. Concedentes autem tales dimissorias contra formam huius decreti, ab officio & beneficio per annum sunt ipso iure suspensi. Adde quod ordinans vigore talium dimissoriarum prohibitarum incurrit suspensionem à collatione ordinum per annum, quia ordinat alienum subditum sine licentia proprii Episcopi, vt ex *c. Episcopus 7. quæst. 1.* vbi Turrecrem. *cap. eos, qui de temp. ordin. in 6. cap. fin. eod. tit.* pariter *in 6.* ex Trid. *sess.23. cap.8.* Quæ censura non requirit præsumptionem, sed sufficit ignorantia crassa, vel supina. An autem procedat contra conferentes minores ordines, an tantùm Sacros, lege Dian. *resol. 194. tr.4. tom.2.* 58

Quod autem dicitur de Capitulis, intelligitur, Sede non vacante, quando ex priuilegio, vel consuetudine, aut præscriptione prætendunt dimissorias posse concedere. Vel quando habeor territorium, & iurisdictionem priuatiuè ad Episcopum, vt declarauit Sac. Congregatio, & pœnæ contra concedentes dimissorias hic intelliguntur extensæ, non solùm ad Capitula, & Collegia, sed etiam ad Abbates & Prælatos supradictos, vt Tolet. *lib.1. c.49. §. quinta* Sayr. *lib.4. c.13. num.5. de censur.* Intelligitur autem illa pœna supensionis ab officio, & beneficio procedere contra Prælatos, & singulares personas, concedentes dimissorias huiusmodi. At Capitula, & Collegia incurrunt interdictum ex Trident. *sess.7. c.10.* 59

Immò etiam de iure communi *ex cap. Cum nullus de temp. ordin. in 6.* Prælati existentes intra fines alicuius diœcesis, non possunt concedere dimissorias, nisi ex 60

priui-

priuilegio Papæ speciali. Verùm si Prælatus aliquis habet propriam diœcesim cum iurisdictione, scilicet Episcopali, poterit etiam hodie dimissorias concedere, non obstante decreto Tridentino, quod non intrat in tali casu. Ita Campanil. *rubr.9.c.8. num.4.* Sanchez *opusc. lib.7. c.1. dub.21. num.6.* & infra, ac alibi. Vndè quoties Prælatus esset ordinarius priuatiuè ad Episcopum, habens ius visitandi, & congregandi Synodum, tunc poterit concedere dimissorias, vt Barbos. *alleg.7. num.8.* cum alijs præallegatis, qua de re nos alibi fusè.

61 Ad 6. Pariter affirmatiuè *ex cap. 8. sess. 22.* Concilij Trid. vbi loquitur etiam de locis pijs priuilegio munitis, traditque Barbos. *de potest. Episc. p.3. alleg.102. num.5. & 6.*

62 Ad 7. Affirmatiuè quoque quoad primam partem respondendum est ex eodem Trid. *sess.21. cap.8. & sess.24. c.9. de reform.* quæ decreta loquuntur etiam de Ecclesijs exemptis, statuitque quod eadem etiam in ijs Ecclesijs secularibus obseruentur, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur, vt ab Episcopo, cuius cathedralis Ecclesia est proximior, si id constet; aliòquin ab eo, qui semel in Concilio prouinciali à Prælato loci illius electus fuerit, tanquam sedis Apostolicæ delegato visitentur, non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus quibuscumque, etiam immemorabilibus. An etiam loquantur de Regularibus? Dic quod monasteria etiam regularia visitat Episcopus, si sint commendata, dummodò in eis non vigeat regularis obseruantia iuxta *cap.8. sess.21.* Si verò vigeat obseruantia regularis, & tunc quoad principalia loca monebit iuxta illum textum; quo verò ad membra secularia per Clericos seculares regi solita, quæ subsunt dicto capiti regulari, visitabit Episcopus. Ita pluries fuit dictum, nisi dicta membra pendeant immediatè à capite, & sint eiusdem regulæ iuxta notata *in cap.11. sess.25. de Regul.* & licèt alij codices conciliares legant, *si id possit*, vera tamen lectio est, *si id constet*, & ita S. Congregatio censuit in Conuersanensi 16. Ianuarij 1570.

63 *S. Congregatio decreuit, quod Collegiata nullius diœcesis debet visitari à viciniori Episcopo, tanquam Apostolicæ Sedis delegato.* Sic de alijs beneficijs nullius diœcesis statuendum est, vt visitentur à viciniori Episcopo. Id tamen ab eodem faciendum est solùm in capite, & non in membris ex Congregationis sententia, licèt contrarium reperiatur decisum in vna Feltrensi.

64 Sanè olim regulariter omnis Ecclesia in diœcesi subiecta erat Cathedrali, lap. *alleg.68. ad fin.* nisi speciali priuilegio ab eius iurisdictione eximeretur, Glos. *in c. omnes Basilicæ 16. qu.7.* Hodie autem in casu huius textus Concilij non prodest exemptio, vel si sint nullius diœcesis vide *cap.3. sess.6. & cap.14. sess.7.* cuius decretum comprehendit etiam Regulares militiarum Regni Portugalliæ, qui de licentia Magni Magistri extra Monasterium degunt, quamuis sint exempti, ac permittit, quod Præpositus exemptus possit conueniri pro causis ciuilibus coram Ordinario loci, si in Bulla exemptionis, aut in alijs literis Apostolicis non reperitur delegatus aliquis Iudex in partibus. Vide etiam *c.4. sess.14. de ref.* in quibus exemptiones tolluntur. Equites tamen Hierosolymitani, quatenus beneficia curata non obtineant, non possunt ab Ordinario visitari, vt censuit S. Congregatio per Bullam B. Pij V.

65 Visitator verò eligendus est à Prælato illius loci, qui visitandus est, non autem ab alio. Et licèt disponatur de visitatione, idem tamen non procedit inuocatione ad Synodum. Quia Rector nullius non potest cogi inuitus venire ad Synodum proximioris Episcopi, prout consuluit Nauar. *cons.11. p.1. lib.1. de offic. ordin.* Archipresbyteratus tamen, qui est nullius diœcesis debet visitari à viciniori Episcopo, & si habeat Ecclesias inferiores sibi subiectas pari ratione visitabuntur ab eodem Episcopo, vt aliàs fuit resolutum per dictum textum Concilij *c. 9. sess.24.*

66 An autem hæc exemptio comprehendat Episcopos, qui ordinario iure obtinent Ecclesias in aliena diœcesi, quas ab immemorabili tempore possident, S. Congregatio valdè dubitauit pro affirmatiua, si appareat titulus Ecclesiæ exemptæ, secus si sit pars Episcopatus. In Ecclesijs verò secularibus, quæ nullius diœcesis esse dicuntur, & de Episcopo viciniori non constat, eligi debet visitator in Concilio prouinciali à Prælato illius loci, qui est visitandus. Ecclesia autem secularis exempta nullius diœcesis ab Ordinario viciniori visitanda est 11. cal. Martij 1566. in Senensi. Et electio facta à Prælatis nullius diœcesis pro visitationibus ligat successores 25. Aprilis 1573. in Mediolanensi. Episcopus autem vicinior Ecclesijs exemptis, quæ regulares sunt, visitare non potest, cum Concilium in citato loco de secularibus tantùm expresserit, vt in Britenorien. 7. Nouembris 1573. Seculares tamen, quarum collatio ad Abbatos spectat, visitare poterit, 11. Ianuarij 1574. Episcopusque vicinior habens facultatem visitandi ex eodem decreto Trident. *cap. 9.* Ecclesiam parochialem secularem nullius diœcesis, habet etiam facultatem emendandi, corrigendi & puniendi tam in capite, quàm in membris ex quauis causa, vt in Sarsinatensi, & testatur Franc. Leo *in thes. for. Eccles. p. 2. c.2. num.74.*

Et quatenus etiam huiusmodi Abbas posset habere territorium separatum diœcesi Episcopi ex priuilegio, & per consequens dictæ Ecclesiæ dici nullius, tamen Ecclesiæ etiam nullius possunt visitari ab Ordinario minori, aut ab illo, in cuius diœcesi reperiuntur, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, & consuetudinibus iuxta dispositionem Concilij *d. sess.24. c.9.* Barbos. *de potest. Episc. p. 3. alleg.74. à num.5.* & Rot. *dec.501. num.1. ac 5. p.2. rec.* vbi testatur ita fuisse resolutum à S. Congregatione Concilij ac nos supra. Quod verò ad secundam partem alibi ad disquisitionem vocauimus. 67

Ad 8. Etiam affirmatiuè ex dispositione eiusdem Sac. Concilij Trident. *sess.14. cap.12. & 13.* quod procedit, etiamsi institutio spectaret ad Abbatem, cum semper cognitio validitatis, seu inualiditatis iurispatronatus spectet ad Episcopos, vt in in declarationibus expressis *ad cap.9. sess.25. de reform.* notandumque, quod decretum dicti *cap. 13.* loquitur dumtaxat de examine faciendo ab Ordinario de persona præsentati secundùm *cap.13. sess.7.* Et ideò salua remanet institutio pertinens ad inferiores, vt in *cap.9. sess.25.* Et talis præsentatio ad effectum examinis prædicti, virtute huius decreti ita necessariò facienda est ab Episcopo, quod contraria consuetudo, etiam immemorabilis non valeat. Item dictum decretum habet locum in iurispatronatibus acquisitis ante Concilium, sed legitimè, & ideò eorum tituli ostendendi sunt Ordinario, vt videat, an ritè, ac rectè concessi fuerint. Quod si statuto Ecclesiæ, vel in fundatione cautum sit, quod nullus præsentetur, vel nulli conferatur, nisi talis ætatis sit, vel presbyter, tunc nullus poterit derogare illis statutis, nisi Papa; sed hoc cessat quando patronorum accedit voluntas, Abb. *in cap. Cum accessissent, num.5. de constit.* Rebuf. *p.3. sign. num. 44. cum seq.* Idemque decretum in *cit. cap. 13. sess.14.* loquens de examinandis, & approbandis omnibus beneficiatis, habet locum etiam in illis personis, quæ admittuntur in Ecclesijs receptitijs, vt ex S. Congregatione in Calaguritana. 68

Ex d. autem *cap.9. sess.25.* Sacra Congregatio in Landensi, Bergomensi, ac alibi censuit, *quod decretum procedit, & qualitates requisitæ attendendæ sunt, etiam si ageretur in possessorio.* 69

Et in Nouariensi. *Beneficia iurispatronatus non possunt conferri consanguineis, & alijs personis prohibitis in constitutione B. Pij V. sub die prima Aprilis 1568.* 70

In Lucana. *Cognoscere de iuribus iurispatronatus patronatum spectat ad Episcopum, quamuis institutio pertineat ad Capitulum.* 71

In Feterrana, Lauden. &c. *Hoc decretum habet locum tam in petitorio, quàm in possessorio; vnde admittenda non est præsentatio, nec facienda institutio, nisi verificato patronatu. Si autem Ordinarius* 72

post

post Concilium cognouit de iurepatronatus, & admisit, non potest patronus repelli, secus si absque causa cognitione admissus esset, & si constat iurispatronatus non habere qualitates requisitas, abrogandum est.

73 In Vercellensi. *Iuspatronatus acquisitum per augmentum tertiæ partis dotis ante quadraginta annos à die confirmationis Concilij numerandos validum est. Si vere est acquisitum intra quadraginta annos, Episcopus, vti Sedis Apostolicæ delegatus, illud examinare debet, & quod non in euidentem factum inuenerit, reuocabit, restitui tamen debet patronis id, quod hoc nomine ab eis datum fuit, prout in fine huius decreti statutum est.*

74 In Vulterana, Placentina & alibi. *Ad probandum iuspatronatus non requiritur, vt simul probetur dotatio, vel fundatio ac immemorabilis, sed alterutrum sufficit.*

75 In Tudertina. *Iuspatronatus probatum solo documento fundationis sine aliqua præsentatione, non tollitur à Concilio, nisi tantum temporis præteriisset, quantum de iure requiritur ad præscribendam Ecclesiæ libertatem.*

76 In Placentina. *Præsentationes factæ à patronis in beneficijs ante Concilium, fuerunt validæ, siue ex consuetudine, siue ex priuilegio, secus si post Concilium; quandoquidem in hoc decreto sustulit priuilegium, non autem fundationem.*

77 In Tudertina. *Iuspatronatus ex solis præsentationibus continuis vltra hominum memoriam probatur, licèt in eis nulla mentio facta fuerit de fundatione, aut dotatione.*

78 In eadem. *Duæ præsentationes factæ post Concilium à prætensis patronis habent locum in possessorio, non autem in petitorio.*

79 In eadem. *Illa verba: antiquissimum temporis cursum intelliguntur prout de iure.*

80 In Terentana. *Ad conficiendum tempus immemorabile concurrunt anni elapsi vsque ad terminum controuersiæ motæ. Idemque censendum est de spatio quinquaginta annorum, quorum vnum requirit Concilium ad probandum iuspatronatus.*

81 In Tarulsina, Cremonen, &c. *Omnes præsentati ab Episcopo sunt examinandi, etiam quod institutio ad inferiores pertineat. Nam Episcopus probare debet, an sint ætate, litteris, & sufficientia idonei, licèt essent alienæ diœcesis, vt d. cap. 13. sess. 14.*

82 Pœnem, Cremonem. *Etiamsi isti inferiores institutores essent Monachi, vel Capitulum, examen præsentatorum ad omnia beneficia iuspatronatus ad Episcopum pertinet.*

83 In eadem. *In beneficijs autem simplicibus, quæ non sunt de iurepatronatus, sed sunt ad collationem inferiorum, examen non est necessarium.*

84 Iacen. Mediolanen. Cremonen. *Adeò verum est, quod in beneficijs iurispatronatus examen est necessarium ab Episcopo fieri, quod procedat etiamsi Capitulum, vel inferiores institutores haberent iurisdictionem Ordinariam in Clericos, ad illa beneficia præsentatos.*

85 In Camerinen. *Illi quadraginta anni numerandi sunt die confirmationis Concilij. Nam licèt à die, quo vellet Ordinarius inquietare super validitate iurispatronatus, essent transacti quadraginta anni, hoc nihil obstat examini. Interea tamen dum fit examen, nullus est in sua quasi possessione turbandus.*

86 In Bononiensi. *Licèt Episcopus possit reuidere vniones à quadraginta annis citra factas, vt in decreto, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, non impeditur tamen, quominus possit id facere, prout iuris fuerit.*

87 In eadem Camerinen. *Iuspatronatus minùs legitimè constitutum Episcopi reuocent, soluto tamen patronis quicquid Ecclesijs ratione augendæ dotis datum fuerit.*

88 Verùm quando non agitur de Ecclesijs exemptis, vel simplicis nullius, sed pleno iure spectantibus ad aliquam Abbatiam, quæ in nullo Episcopatu consistit, tunc illæ sub nullo Episcopo sunt, & in nullius Episcopi territorio, sed in speciali Prouincia Papæ, vt annotauerunt Io. Andr. *in addic. ad Specul. tit. de priuil. & in cap. Cum contingat, n. 4.* ac Butr. *n. 11. col. 3. propè fin. de for. comp.* certumque est, habere proprium territorium, ac forum, & ius conuocandi synodum speciali Sedis Apostolicæ priuilegio fulcitum, sicut *in d. cap. cum contingat* exemplificat Host. *n. 1.* Io. Andr. *n. 4.* Butr. *n. 11.* Bellarm. *n. 15.* & Abb. *n. 18.* Henric. Boich. *in cap. si diligenti, n. 12. in fin. de præscript.* & *in cap. 1. n. 5. de rapt.* Mantic. *dec. 361. n. 1.* & infra.

Nec dubitari potest de clara earumdem Ecclesiarum 89
comprehensione sub territorio proprio, iure Synodus, cæterisque alijs, si in priuilegio legantur hæc verba: *Nullus autem Episcopus, Ecclesias Monasterio vestro vtroque iure subiectas præsumat interdicere, seu Monachum, vel Clericum eiusdem Monasterij synodare, vel excommunicare audeat, sed per Abbatem eiusdem locicum opus fuerit regulariter corrigatur.* Quæ verba demonstrant Ecclesias eiusmodi pleno iure Abbati subiectas esse, tam scilicet in spiritualibus, quàm in temporalibus iuxta expositionem Glossæ *in cap. quoniam 21. v. vtroque iure de priuil.* & sic quoad vtramque legem diæcesanam, nempè & iurisdictionem, sicut in præcitato *cap. quoniam* notant Innoc. *vers. Vel quia*, Butr. *n. 5.* ac cæteri scribentes, probantque manifestè, quod dictus Abbas in Monachos, & Clericos ipsi subiectos quoad omnia gerat vices Episcoporum secundùm Glos. *in cap. 1. v. proprij, de reb. Eccles. non alienen.* quam singularem appellat Nauar. *cons. 5. num. 4. de sponsal.* Item si & ista: *Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, ordinationes Monachorum, & Clericorum vestrorum &c. à quocumque volueris Episcopo &c. gratis &c. recipiatis.* Quæ arguunt omnimodam liberationem à diæcesanis, etiam quoad ordines, vt in specie inquit Innoc. *in rubr. de cler. peregr. n. 2. in fin.* subdens, hoc rarissimè concedi.

Quæ simul iuncta euincunt, Abbatem huiusmodi in 90
Ecclesijs sibi vtroque iure subiectis habere iurisdictionem quasi Episcopalem cum iure agendi synodum, corrigendi Clericos, concedendi dimissorias, vt ordinentur, & de hoc aliàs, faciendi administrate sacramentum Confirmationis, & alia per quemcumque Antistitem, ei beneuisum, & consequenter illas, quoad Episcopum, esse in, ac de territorio ipsius Abbatis distincto, & separato à diæcesi, quamuis circundentur ex notatis per Glos. *in Clem. 1. §. volumus, v. diæcesani,* vbi Cardin. *n. 8.* Abb. *n. 15.* Vitalin. *n. 4.* Imol. *n. 8. de for. comp.* & traditis à Franc b. *in cap. 2. §. statuta n. 12. de constit. in 6.* Gemin. *in cap. Cum Episcopus n. 9. de offic. ordin. in 6.* Balb. *de præscript. p. 5. princ. q. 11. n. 7.* Gratian. *discept. 212. n. 33. & seqq.* ac Rot. coram Clemente VIII. in Salamantina iurisdictionis 9. Martij 1580. coram Brauo *dec. 207. n. 5. p. 2. diu.* coram Bubalo in nullius iurisdictionis 19. Martij 1586. coram Seraph. *dec. 1278. n. 4.* coram Gypsio *dec. 619. & 798. p. 4. diu.* coram Orano *dec. 100.* præsertim *n. 3. & dec. 105. n. 2.* post 2. *vol. consil.* Farinac. coram Mantica *dec. 361. n. 2. & dec. 362.* coram Ottembergo *dec. 48. n. 7. & dec. 54. n. 4.* cum *seqq.* & *dec. 55. n. 1. & 2.* post 3. *tom.* Tambur. *de iur. Abbat.* coram Vbaldo sen. *dec. 65. n. 7.* post eundem Tambur. ac in nullius iurisdictionis 13. Nouembris 1614. coram Martino Andrea *dec. 54. n. 8.* coram Coccino *dec. 70. n. 2.* post sæpè citatum Tambur. coram Merlino in Pampilonen. iurisdictionis 15. Decembris 1623. coram Pirouano in S. Angeli Lombardorum iurisdictionis 6. Martij 1637. *sub §. secundo principaliter*, coram Peutingero 10. Februarij 1640. *sub §. præbuit*, *cum §. quæ omnia*, cum *seqq.* coram Panzirolo 1. Iulij 1641. *§. Cum ergo*, coram Dunozetto Decano 14. Martij 1642. *in fin.* & coram Eminentiss. Otthobono in Auellina iurisdictionis 4. Iulij 1646. *§. quia in casu, post med.*

Ex quibus ad 1. respondetur, vtrumque spectare ad 91
Abbatem, vti habentem in eis territorium proprium, & ius cum solito conuocandi synodum iuxta declarationes S. Congregationis, editas super decreto Concilij Trid. *sess. 24. de refor. cap. 14.* quas referunt, & ad hoc ponderant Garz. *de benef. p. 9. c. 2. §. 1. à num. 129. & seq.* Ricc. *in prax. resol. 361. edit. 2.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 3. disp. 9. qu. 20. num. 2.* cum duobus *seqq.* Massobr. *in prax. hab. concurs. requis. 1. dub. 8. à num. 25.* & tradunt Paris. *de resign. lib. 8. qu. 9. num. 97. & 98.* Anast. Germon. *de indul. Cardin. §. quibusuis num. 18.* Io. Franc. Leo *in thesaur. for. Eccl. p. 2. c. 3. num. 54.* Aldan. *in comp. canon. resol. lib. 3. tit. 9. num. 27. 28. 30.* Barbos. *de offic. & potest. Paroch. c. 2. num. 39. in vlt. edit.* & in *collect. Bullar. v. Abbatia in fin.*

in fin. & in collect. ad Concil. d. c. 18. nu. 32. & 46. in princ. cum seqq. ac Ciatlin. *contr. for. lib. 2. cap.* 220. *an.* 122.

92 Ad 2. negatiuè. Quia dispositio Concilij *sess.* 25. *de regul. cap.* 11. loquitur de exemptis, qui sunt in diœcesi Episcopi, nec ideò locum habere potest in Curatis Ecclesiarum, quæ iuxta superius dicta, sunt de territorio Abbatis, ex hoc in eos habentis iurisdictionem Episcopalem, vt censuit Rot. in Legionen S. Facundi 13. Martij 1590. ac in Nullius 21. Februarij 1594. coram Pamphilio, eisque relatis annotat Barbos. *in collect. ad d. cap.* 11. *n.* 27. negans dictum decretum locum habere in Monasterijs, in quibus Abbates habent vtramque iurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos. Quare Aldan. *d. comp. tit.* 8. *num.* 40. Barbos. *ad d. cap.* 11. *num.* 6. referunt à S. Congregatione decisum fuisse in Theatina 7. Nouembris 1620. & in alia 17. Iunij 1617. non posse Episcopum vigore dicti decreti visitare Abbatiam, & loca ei subiecta, si penes ea sit vtraque iurisdictio temporalis, & spiritualis.

93 Nec quicquam refert, quod situs Ecclesiarum vndecumque circundetur finibus Episcopatus, cum satis, superque sit eas quoad vtramque legem subiectas esse Abbati, atque adeò illarum Curati subiaceant correctioni, & punitionis solius Abbatis, vt proprij diœcesani in delictis, etiam concernentibus curam animarum, vt de Ecclesia, quam Episcopus habent intra Ciuitatem Florentiæ notant Abb. *in cap. super eo, in 6. de Paroch.* Gemin. *in cap. statutum §. Cum verò sub num. 3. de rescript. in 6.* Rot. coram Brauo *d. dec.* 207. *num.* 4. & 5. *p. 2. diu.* Ottemberg. *d. dec.* 48. *num.* 7. & Martin. Andr. *d. dec.* 54. *num.* 9.

94 Ad 2. etiam negatiuè ex eo, quod accedere ad Synodum Episcopi ast signum subiectionis, *cap. fin. de caus. possess. & propriet.* qua prorsus erga Episcopum carent inseruientes curæ animarum in dictis Ecclesijs, quæ sunt in alieno territorio. Quin neque exempti habentes populum non exemptum tenentur accedere ad synodum Episcopi, si habeant priuilegium, ne valeant synodati, *cap. nimis praua, de excess. Prel. cap. quoniam, de priuil.* cum similibus relatis à Cochier. *de iurisd. in exemp. p. 4. qu. 19. num.* 5. Massobr. *de synod. cap. 3. dub. 2. num.* 3. Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 24. qu. 4. num.* 6. vel sunt in quasi possessione, ac consuetudine non accedendi, Massobr. *d. dub. 2. num.* 4. Tambur. *d. num.* 6. Contra autem tenentur accedere, ad Synodum diœcesanam ipsius Abbatis, qui procul dubio, vti habens populum, ac territorium distinctum de iure potest, & solet eam congregare, vt latè probant Tambur. *d. disp. 24. qu. 7. num.* 2. ac infra & Ciarlin. *contr. for. lib. 2. cap.* 220. *à num.* 125.

95 Ad 4. Videtur affirmatiuè respondendum, si fuerint per Abbatem approbati. Nam cum sit nullius diœcesis, & quasi Episcopalem iurisdictionem habeat in dictis Ecclesijs, vtique sub decreto Concilij *sess. 23. de reform. cap.* 15. venit appellatione Episcopi, sicut in specie tradunt Suar. *tom. 4. p. 3. disp. 28. sect. 5. num.* 3. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 1. num.* 182. Fagund. *in 5. præcept. Eccles. tom. 2. lib. 7. c. 2. num.* 55. Molfes. *in sum. tom. 1. tr. 7. de pœnit. c. 14. num.* 61. Campanil. *in diuers. iur. can. rubr. 12. c. 13. num.* 76. Ricc. *p. 4. dec. 22. num.* 4. & in *prax. resol.* 301. *in 2. edit.* Steph. Dalnit. *de potest. Episcop. & Abbat. cap. 20. num.* 5. & infra, Boss. *de triplic. subd. priuil. sect. 3. cas. 2. num.* 62. & *seqq.* Mar. Nouar. *singul. iur. can. concl.* 68. *num.* 4. Tambur. *de iur. Abbat. tom. 2. disp. 6. qu. 11. num.* 1. & 2. Barbos. *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 25. num.* 5. & latius *in collect. ad Concil. d. c. 15. num.* 28. Ea verò, quæ fuerunt in contrarium deducta per Rot. in Calaguritana iurisdictionis coram Pegna, Ortembergo, & Vbaldo *sen. dec.* 45. 64. 49. & 50. procedunt in Abbate, qui nititur simplici exemptione, non autem in eo, qui est nullius diœcesis, & habet territorium proprium, vt S. Congregatio Concilij supposuit in declaratione relata *d. dec.* 45. *num.* 1. ac censuit in Nullius 20. Augusti 1630. & 24. Ianuarij in Neocastren. 1595.

96 Ad 5. Negatiua suadetur. Quia dispositio Concilij *sess. 23. de reform. cap.* 10. quod Abbates, & alij exempti non concedant litteras dimissorias Clericis secularibus, vt ab alijs ordinentur loquitur de consistentibus intra fines alicuius diœcesis, non autem de habentibus territorium separatum cum plena iurisdictione, ac iure visitandi, & congregandi synodum. Hi enim sunt Ordinarij priuatiuè ad Episcopos; ideoque possunt dimissorias concedere etiam Clericis sibi subiectis. Nec quia loquitur de exemptis trahendum est ad Clericos earum Ecclesiarum, quæ habent proprios Prælatos cum iurisdictione ordinaria, Gratian. *discept.* 212. *num.* 25. cum tribus *seqq. ac num.* 48. & 49. Campanil. *rubr. 9. cap. 8. num.* 4. Grillenzon. *cons.* 142. *num.* 8. & 30. Genuen. *in prax. cap. 83. num.* 9. in prima edit. Tambur. *de iur. Abbat. tom. 2. disp. 2. qu. 26. num.* 2. & 3. Ciarlin. *lib. 2. d. c.* 220. *num.* 99. cum pluribus *seqq.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 7. num.* 8. & *de iur. Eccles. lib. 1. c. 17. num.* 95. & *in collect. ad dictum cap. 10. num.* 14. Rot. coram Seraph. in Salmaticen. iurisdictionis 9. Maij 1594. post Tambur. *tom. 3. dec. 117. num.* 4. Quod etiam admisit S. Congregatio reuocando die 18. Iunij 2632. prohibitionem, quam prius die 21. Februarij 1631. in vim præfati decreti fecerat Priori Monasterij S. Stephani de Bosco Ordinis Cartusiani, ne subditis proprijs secularibus concederet literas dimissorias ad ordines, quia per decisionem, & sententias Rotales constiterat dictum monasterium habere proprium territorium, & omnimodam iurisdictionem exercere in suos subditos, vt referunt Tambur. *d. qu. 26. num.* 3. & Barbos. *in collect. Bullar. v. Abbas*, & resoluerat antea S. Congregatio in Neapolitana 16. Iulij 1601. Verùm de hac re vide Consultationem nostram, in qua contrarium propugnamus ex nouis rationibus, & authoritate etiam S. Congregationis Concilij.

Ad 6. Negatiuè in vtroque dubio. Nam quoad clan- 97
suram Monialium obstat, quod neque licet Episcopo in moniales exemptas, cum Bonifacius VIII. *in cap. vn. §. fin. de stat. Regular. in 6.* id demandauerit suis Prælatis, & Concilium Trid. *sess.* 25. *de Regular. cap.* 5. innouet, non immutet dictam constitutionem Bonifacij, vt inquiunt Sanch. *in præcept. decal. tom. 2. lib. 6. c. 15. num.* 21. Mirand. *de Sacram. Monial. qu. 2. ar. 14. num.* 3. Bonac. *de Clausur. qu. 1. pun.* 6. Tambur. *de iur. Abbatis disp. 24. qu. 9. num.* 5. Barbos. *in collect. ad Concil. d. cap. 5. num.* 18. Ideòque existimantes Episcopum non posse ad clausuram cogere Moniales ab eis exemptas, neque eis licere ingredi huiusmodi monasteria exempta, & alijs Præfatis subiecta, etiam prætextu videndi, an violata ibi fuerit clausura. Verùm hæc ratio nullius est momenti, vt aliàs docuimus. Ratio igitur ea est, quia Concilium loco allegato non obtinet in Monasterijs Abbatiæ, quæ sunt in eius peculiari territorio, non autem in diœcesi Episcopi, in quibus terminis solùm vrgere possunt dicta per Gallet. *in Margar. cas. consc. v. Moniales* 4. Gauant. *in man. Episcop. v. Monialium clausura num.* 58.

Quod verò ad Confraternitates Laicorum ratio de- 98
sumitur ex ipso decreto Concilij *sess.* 22. *de ref. c.* 8. dum loquitur de munitis priuilegio exemptionis. Quare resolutiones S. Congregationis præpositæ negotijs Episcoporum & Regularium adductæ per Ciarlin. *contr. for. lib. 1. c. 65. sub num. 5. & seq.* ac Barbos. *in collect. ad d. cap. 8. num.* 24. loquuntur de confraternitatibus Laicorum erectis in Ecclesijs Regularium, sitis quidem in diœcesi Episcopi, sed exemptis. Inde enim liquet, quod sicut verba Concilij non conueniunt erectis in dictis Ecclesijs, circa quas sunt fines diœcesis Episcopi, non tamen intus eam existunt, sed in territorio proprio Abbatiæ, neque ideò nituntur priuilegio exemptionis, sed iure peculiaris territorij contradistincti, ac penitus separatim à finibus diœcesum circumstantium, ita neque includuntur sub dicta Conciliari dispositione, vt pluribus congestis rectè arguit Ciarlin. *d. cap.* 250. *num.* 110. *cum seqq.* inferens ad visitationem *num.* 112. Hinc Flor. de Mena *var. quæst. lib. 3. qu. 24. num.* 22. Ricc. *in prax. resol.* 303. *in 2. edit.* & Barbos. *in d. cap. 8. num.* 16. dixerunt, Abbates habentes iurisdictionem quasi Episcopalem posse in vim prædicti decreti Conciliaris visitare collegia pia, fraternitates, & confraternitates. Tum ex identitate rationis in eis vigentis quoad proprium

ter-

territorium. Tum quia nomen Episcopi eisdem congruere videtur, dum curam Episcopalem ibi gerunt.

99 Ad 7. Si loquimur de visitatione, dicitur primò, verba Concilij *sess.7. de ref. c.7.* quod locorum Ordinarij Ecclesias quascumque quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, verificari etiam in inferioribus habentibus iura Episcopalia ex Azor. *instit. moral. p.1. lib.12. c.18. qu.6.* cuius etiam meminit Barbos. *in collect. Concil. sess.21. de ref. c.8. num.5.* ac sententia Rotæ coram Gypsio *dec.298. p.4. div.* quod ab ea repetunt Ricc. *in pr. resol.238. num.3. in 2. edit.* & Barbos. *ad d. sess.7. c.8. num.24.* quare eadem Rota in præcitata Salmaricen. iurisdictionis coram Seraph. *dec.117.* apud Tambur. respondit, hoc decretum non obstare Abbati exercenti iurisdictionem in aliquo territorio ex consuetudine immemorabili confirmata per Sedem Apostolicam, quin possit Ecclesiam visitare, cuius etiam mentionem fecit Barbos. *d. num.25. & in Collect. Bullar. v. Abbas 1.*

100 Neque refert, quod *sess.24. de ref. cap.9.* sancitum sit, constituta in visitatione exemptorum obseruanda esse etiam in ijs Ecclesijs secularibus, quæ in nullius diœcesi dicuntur. Nam respondetur cum Flore de Mena *d. qu.24. num.24.* relato etiam à Barbos. *in collect. ad d. cap.9. num.7.* non procedere in Ecclesijs, pleno iure subiectis Abbati, in eas habenti iurisdictionem Episcopalem, & temporalem ad textum eiusdem Concilij *sess.25. de Regul. cap.11. propè fin.* quod ibidem Flores subdit practicari in Curia Romana, ac decreuisse Auditores Rotæ. Quare Ciarlin. in citato *cap.120. num.112. & seqq.* negauit, Episcopum viciniorem posse vigore dicti *cap.9.* visitare Ecclesias subiectas Prælato in eis habenti iura episcopalia. Quia non solùm dicuntur esse extra diœcesim cuiuscumque Episcopi, sed ipsum in eis tanquam suo peculiari territorio habere ius visitandi priuatiuè quoad alios.

101 Si verò ad exercitium Pontificalium dicitur, Episcopum viciniorem non posse Pontificalia exercere in Ecclesijs, ac locis Abbatiæ, quæ sit nullius diœcesis sine expressa licentia Abbatis, in cuius facultate est vocare, quem maluerit Antistitem Catholicum, quemadmodum à Sac. Congregatione decisum fuisse referunt Aldan. *in comp. Can. resol. tit. 8. sub num. 11.* & Barbos. *in collect. ad Concil. sess. 6. de ref. cap.5. num.16.*

102 Si demùm de administratione Sacramenti confirmationis admittitur, quidem illius Ordinarium ministrum esse solum Episcopum iuxta *can.3. de reform. sess.7.* dicti Concilij. At si locus sit nullius diœcesis, dicitur, inferiorem ab Episcopo, cui ille subest absque licentia viciniotis posse vocare, quem maluerit pro dicto Sacramento Confirmationis administrando, prout inquiunt resolutum fuisse Aldanus, & Barbosa vbi supra, iterumque post Armendariz in *addit. ad recopil. leg. Nauar. lib.1. tit.18. l.7. de Episcop. num.68.* testatur idem Barbos. *in collect. ad Concil. sess.7. de confir. d. can.3. num.11.* & in *collect. ad Bullar. v. Confirmationis Sacramentum.* Et ratio videtur clara, quia ad collationem dicti Sacramenti requiritur iurisdictio. Et ideò Episcopus non debet confirmare, nisi spiritualiter sibi subditos.

103 Postremò ad 8. respondetur, quod S. Congregatio eam non abnegauit inferioribus Episcopo, si habuerint iurisdictionem ordinariam in loco, cuius verba refert Garz. *de benef. p.2. cap.3. num.19. propè fin.* à quo idem mutuatus refert Barbos. *in collect. ad d. cap.9. Concilij num.77.*

104 Nec replicetur dictas Ecclesias hodie non esse regulares, sed vnà cum Monachis redactas fuisse ad statum secularem. Nam respondetur, quod ex regulis iuris communis non mutant subiectionem ex Abbate in Episcopum, neque illam amittunt, sed illæsas, ac integras retinent omnes priores libertates, & priuilegia ex annotatis ab Innoc. *in cap.2. num.4.* Io. Andr. *col.4. in princ.* Abb. *num.9.* Imol. *num.4.* & alijs, *de capel. monach.* iterumque *in cap. Abbate 25. num.4. de verb. signif.* vb ietiam Butr. *num.22.* & Abb. *nu.16.* traditque Prob. ad Monach. *in cap. cum de beneficiis 5. num.46. de preb. in 6.* Oldr. *cons.267. num.1.* Gemin. *cons.125. num.12.* Rip. *resp.3. ad cap.2. de rescript. num.12.* ac fusè Tambur. *de iur. Abb. tom.1. disp.15. qu.11. à num.4.* Rot. in Taraconen. Sacristiæ 29. Maij 1601. coram Iusto apud Garz. *de benef. p.7. c.15. num.8.* & in Aquilana iurisdictionis 30. Martij 1607. coram Innocentio X. & coram Coccino *dec. 452. num.8. & dec.59. num. 3.* cum *seqq. post tom.3. Tamburini.*

CONSVLTATIO IX.

An Archihospitale S. Spiritus cogi possit ad contribuendum Seminario pro rata suorum Prioratuum ex decreto S. Concilij Tridentini sess.23. cap.18.

NEgatiuè respondendum videtur. Primò, quia fru- 1
ctus, ac redditus, qui colliguntur ex bonis huiusmodi Prioratuum spectant ad Archihospitale, & sunt destinati pro infirmis, ac pauperibus ab ipso alendis, qui propterea sunt à qualibet etiam canonica contributione immunes ex priuilegijs Cælestini III. Cælestini V. Eugenij IV. & Sixti IV. ipsi concessis, ibi: *Vt de bonis intuitu pietatis à Christi fidelibus vobis, & Hospitalibus membrorum, seu domorum Hospitalis nostro S. Spiritus subiectorum ad substentationem pauperum hospitalium prædictorum nulli canonicam iustitiam, seu portionem teneamini soluere, & ad id à quoquam coarctari aliquatenus non possitis auctoritate Apostolica nobis præsentium tenore indulgemus.* Et mox: *Concedentes insuper motu, scientia, & auctoritate similibus tam hospitalis prædicti, quàm omnium aliorum eius membrorum, & locorum in obedientia, subiectione, correctione, & omnimoda dispositione Præceptoris dicti nostri Archihospitalis S. Spiritus in Saxia de Vrbe solùm, & duntaxat existentium, ab eodem dependentium Præceptoribus, Prioribus, seu Rectoribus pro tempore existentibus, quod de relictis, & obuentitiis ex nomine dictarum Præceptoriarum, membrorum, & locorum factorum ad soluendum aliquam quartam Episcopalem, seu parochialem, neque aliquam gabellam, passum, seu impositionem, & quoduis aliud onus, etiam occasione rerum, bonorum, fructuum, & animalium dicti Hospitalis nostri S. Spiritus de Vrbe, in quibus locis deinceps præteritis futuris temporibus non teneantur, nec ad id à quoquam inuiti compelli, seu coarctari possint, aut valeant.*

Secundò. Quia redditus dictorum Prioratuum sunt 2
destinati pro auxilio Mendicantium, qui idcircò sunt immunes ab eiusmodi contributione, etiam ex decreto Concilij, ibi: *Et omnium Monasteriorum, non tamen mendicantium.* Appellatione autem mendicantium venit Hospitale pauperum infirmorum, quia pauperes infirmi sunt verè mendicantes.

Tertiò. Quia Archihospitale S. Spiritus est Ordinis 3
Eremitarum S. Augustini, quod propterea gaudet priuilegio Mendicantium, vt per Rodriq. *tom.1. q.2. ar.1. cum seqq. & qu.4. ar.1. & tom.3. qu.49. ar.1. & 4.* Ricc. *dec.196. n.9. vers. item Collegia,* Monasteria mendicantium à contributione Seminarij immunia sunt. Et quia in dicto Archihospitali constructum est Monasterium monialium pauperum proiectarum, quibus administrat omnia ad victum necessaria. Vndè est locus pius, ac opus mendicantium, quod pariter videtur immune à contributione Seminarij ex verbis decreti Tridentini, ibi: *Non tamen mendicantium.*

Quartò, quia gaudet omnibus priuilegijs Mona- 4
chorum Casinensium, vt patet ex Constitutione 22. Sixti IV. quæ incipit: *Religionis zelus,* vbi Pontifex pro maiori fauore, & quiete Archihospitalis, ac illius membrorum, ac Præceptoriarum motu proprio concessit, & communicauit Archihospitalis omnis & singulas prærogatiuas, exemptiones, immunitates, libertates, priuilegia, & indulta quæcumque, aliàs concessa Congregationi S. Iustinæ, & in futurum concedenda tam in genere, quàm in specie, ac omni-

omnibus Monasterijs, locis, membris, ac personis dictæ Congregationis cum clausula: *Quorum tenores &c. ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur* habere voluit pro sufficienter expressis cum clausula, *perinde ac si* Archihospitali, & eius membris concessa fuissent &c. communicatio cum sit generalis, & Congregatio Casinensis sit prorsus immunis quoad omnia eius membra à contributione Seminarij, vt constat ex indulto Pij V. sub anno 1570. decimo Kal. Aprilis, de quo in Bullario Casinensi in ordine 182. *n. 2.* sequitur, quod priuilegium præfatum, licèt fuerit concessum post dictam communicationem, suffragetur Archiospitali, ac omnibus illius membris propter communionem generalissimam, quæ comprehendit etiam futura, & operatur, ac si priuilegium Pij V, concessum Casinensibus fuisset concessum Archihospitali ex vi commucationis, Oldr. *cons.* 300. & Rot. *dec.* 40. *num.* 1. *p.* 4. *rec.* & coram Crescentio. *dec.* 5. *prinsl. p.* 2. *diu. dec.* 8. *num.* 5. cum alijs plena manu congestis à Tambur, *de iur. Abbat, disp.* 17. *quæst.* 5. *num.* 17. vbi sub *num.* 19. firmat, quod per dictum priuilegium Pij V. communicans Casinensibus omnia priuilegia Mendicantium, omnia quoque priuilegia Mendicantium censentur communicata Basilianis ob communicationem priuilegiorum Casinensium ad fauorem Basilianorum, factam à Gregorio XIII.

5 Neque obstar, quod ex huiusmodi communicatione lædatur ius Seminarijs, vndè priuilegia non sunt amplianda, & quia communicatio priuilegiorum est potius odiosa, ex quo agitur de subtractione iuris tertij, quo casu clausula generalis non videtur suffragari ad effectum derogandi priuilegio contributionis concesso Seminarijs ex decreto Concilij. Nam respondetur communicationem huiusmodi priuilegiorum emanasse pro fauore: ac quiete Archihospitali, quo in casu communicatio dicitur fauorabilis, præcipuè quia emanauit motu proprio, atque ex certa scientia, & cum clausula, perinde ac si priuilegia Casinensium essent concessa Archihospitali. Quare communicatio detegitur fauorabilis, atque adeò comprehendit omnia priuilegia concessa Casinensibus, ac stante dictione *perinde*, quæ importat omnimodam qualitatem, ac refertur ad omnes qualitates expressas in priuilegijs communicatis, vt per Barbos. *in dicta dictione num.* 3. & 4. Et quia communicatio priuilegij immunitatis à contributione Seminarij est conformis priuilegijs Archihospitalis supra relatis, & attento Concilij decreto, quod loca Archihospitalis sunt loca Mendicantium.

6 Præterea non applicatur conclusio, quia communicatio à Sixto IV. facta fuit tempore, quo ius hoc Seminario non erat quæsitum. Vndè videtur cessare obiectum, cum priuilegium Pontificis, & si non tollat ius quæsitum, benè tamen potest tollere ius quærendum, Dec. *cons.* 149. *num.* 10. Crauet. *cons.* 135. *num.* 7. Ruin. *cons.* 108. *num.* 6. *vol.* 2. & *cons.* 160. *num.* 8. *vol.* 4. Accedente præsertim obseruantia immunitatis, quæ tanquam interpretatiua vel dictæ communicationis priuilegiorum, vel qualitatis superius expressæ bonorum Prioratuum Archihospitalis, tollendo omnem difficultatem, quæ circa illa oriri posset, tueatur ius Archihospitalis, cum tanta sit vis interpretationis resultantis ex obseruantia, vt præualeat interpretationi iuris, etiam si verior esset, Rot. coram Buratto *dec.* 944. *num.* 6. & *p.* 6. *rec. dec.* 16. *num.* 10.

7 Demùm quia in his Prioratibus non habet locum decretum Trid. *d. cap.* 18. *sess.* 23. Nam in eo decernitur, quod Seminario applicentur fructus mensæ Episcopalis, & Capituli, ac Dignitatum, Personatuum, officiorum, præbendarum, Abbatiarum, & Prioratuum cuiuscumque Ordinis, & Hospitalium, quæ dantur in titulum, vel in administrationem perpetuam. Prioratus autem Ordinis S. Spiritus non dantur in titulum, neque in administrationem perpetuam, vetante id Constitutione Sixti IV. incipit. *Et si vniuersis* sub anno 1470. Septimò Kal. Febr. ibi: *Hospitalia, Præceptoria, membra, loca Ordinis S. Spiritus in Saxia non conferantur, nisi fratribus dicti Ordinis expressè professis ad nutum Præceptoris pro tempore, nec in titulum, vel commendam conferri possint, nec in administrationem*. Quinimmò iuxta Constitutionem 7. Innocentij III. sub §. 2. nunquam fuit à sua erectione datum in titulum, seu administrationem, sicuti iuxta Constitutionem Concilij Viennensis, quæ est inter Clementinas *in cap.* 2. *de relig. domib.* requirit Concilium Trid. *d. cap.* 18. *de ref.* Præfatus ad eius curam destinatus, illud non habet neque in titulum, neque in administrationem, sed duntaxat tanquam Magnis Præceptor Ordinis designatus à Summo Pontifice præest, vti caput Regularium eius regimini.

Adde, quod bona horum Prioratuum, tanquam donata à Sede Apostolica Archihospitali subeundi hospitalitatis oneribus, licèt deinde assignata fuerint singulis Fratribus dicti Ordinis S. Spiritus, vti Præceptoribus, non tamen dicendum est, quod fuerint separata à dote, seu mensa Archihospitalis, & dictis Fratribus assignata pro eorum portionibus, vt in puncto firmat Corn. omninò videndus *cons.* 125. *n.* 5. *vol.* 1. 8

Maximè quia cum huiusmodi bona sic diuisa non eriguntur in beneficia separata à tota mensa Archihospitalis, non debent considerari tanquam beneficia ecclesiastica, neque etiam vti manualia, cùm remaneant tanquam bona prædialia, & temporalia dicti Archihospitalis, licèt singulis assignata quoad solam fructuum administrationem, commodiotis seruitij causa in præstanda pauperibus hospitalitate, vt subdit Corn. *d. cons.* 255. *nu.* 4. Est autem generale, quod officia etiam in administrationem concessa Regularibus, nullatenus dici possint beneficia Ecclesiastica ex traditis à Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 23. quia verè tunc non continent administrationem iurisdictionalem beneficij, sed duntaxat nudam administrationem fructuum partis bonorum Monasterij, vt in specie Prioratuum Archihospitalis S. Spiritus dixit Rot. in Troiana pensionis coram Pirouano, quæ est decisio 302. *n.* 5. *ac* 2. *p.* 2. *rec.* quam repetit Lezan. *in Mare magno Eremit. S. Augustini* §. 6. *n.* 15. 9

Ex quibus sequitur, huiusmodi bona non teneri ad contributionem Seminarij diœcesis, in qua situm non est Archihospitale, licèt in dictis bonis erecta fuisset Ecclesia, & vulgare id esse colligitur ex adductis à Barbos. *ad d. cap.* 18. *Concilij n.* 15. 10

Vndè non obstat, quod hospitalia teneantur pro beneficijs annexis contribuere Seminario diœcesis, in qua sita sunt beneficia, licèt illa sint extra ipsum. Quia Prioratus, & Præceptoriæ S. Spiritus non sunt beneficia annexa, atque adeò non versamur in casu Concilij, quod sanè probandum est à Seminario tanquam fundamentum suæ intentionis, *l. circa eum, ff. de probat.* sed sunt officia administrandi ea bona, quæ nunquam fuerunt sub dominio alicuius beneficij Archihospitali annexi, sed semper sub dominio Archihospitalis, distributa tamen per eius Administratores in singulas Præceptorias non annexas, sed erectas. 11

At nihilominùs censeo, huiusmodi Prioratus comprehendi in decreto S. Concilij Trid. *d. cap.* 18. *sess.* 23. *de reform.* atque adeò teneri ad Seminarij contributionem. Nam Concilium ad illud Hospitalium genus se restringit, quæ dantur in titulum, seu administrationem, & vel oratione redituum, vel personarum dicuntur Ecclesiastica, *Clem. quia contingit*, ibique Anchar. *num.* 8. Tob. Nonn. *cons.* 61. *num.* 7. & 8. Zerol. *in prax. Episcop. p.* 1. *v. Hospitale vers.* 50. *dub.* 7. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 77. non autem ad Hospitalia, quæ administrantur à Laicis, & in quibus sunt bona Laicorum, vt in Glos. *d. Clem. v. Altare, de relig. dom.* Armiadar. *in addit. ad recopil. l. Nauar. lib.* 1. §. 2. *de Hospital. n.* 3. 13. & 15. Barbos. *d. alleg.* 77. Tob. Non. *d. cons.* 61. *n.* 9.

Dubitari autem nequit, quin Hospitalia, siue Prioratus S. Spiritus sint Ecclesiastica ex eo præcipuè, quod publicam habeant annexam Ecclesiam, & authoritate Summi Pontificis sint fundata per text. *in cap. de Xenodochiis, & cap. Ad hoc, de relig. dom.* ac *in l. priuilegia, C. de Sacros. Eccles.* Cardin. *in d. Clem. quia contingit, in* 4. *notab.* & annotat Innoc. *in cap. Inter dilectos, de donat.* 12

Minùsue inter exceptos ab eodem Concilio Tridènt. ibi: *non tamen Mendicantium*, connumerari valent. 13

valent. Quia Concilium excipit Mendicantes, de quibus *in cap. 1. §. sane, de relig. domib. in 6. & in cap. quia ex eo, in princ.* iun. Glos. *v. alij Mendicantes, de pact.* ij autem dicuntur Mendicantes, quibus regula, vel constitutio interdicit possessiones, siue redditus ad propriam sustentationem, & incerta mendicitas eis præbet victum per publicum quæstum, *d. cap. 1. §. Confirmatos, de relig. dom. in 6.* Glos. *in cap. quorundam, v. Mendicantium*, vbi Archid. & Io. Andr. *de elect. eod. lib. & in cap. vn. v. mendicantes, de excess. Prelat.* pariter *in 6.* Feder. de Sen. *cons. 12. num. 1.* Bald. *cons. 438. num. 21. lib. 2.* Ancbar. *cons. 109. num. 2.* traduntque Aretin. *in l. 1. num. 6. ff. de testam.* Rebuff. *super concord. tit. de Regia ad Prælat. nom. fac. §. 1. v. mendicantes.* Atqui talis definitio non adaptatur Hospitalibus, seu Prioratibus huiusmodi. Quia multa bona, ac redditus possident, qui licèt in pauperum, ac miserabilium personarum subsidium erogentur, libera tamen eorum possessio & administratio est penes ipsum Hospitale, Felin. *in cap. querelam num. 7. de iureiur.* Bartol. *in l. si quis seruo in 2. notab. de furt.* & Gratian. *discept. 291. num. 11.*

14 Quod autem Archihospitale S. Spiritus, cuius membra asseruntur esse Prioratus, sit Ordinis S. Augustini, ac propterea inter Mendicantes relatus *in d. cap. 1. de relig. dom.* nullatenus probatur, nec in ipsius fundatione, de qua in diplomate Innocentij III. *in Bullar. tom. 1. constit. 7.* id habetur. Neque simplex enunciatiua in priuilegio Sixti IV. emissa aliquid probat ex traditis à Bald. *in l. ad probationem, in fin. C. locati*, Abb. *cons. 33. vol. 2.* Alex. *cons. 36. col. fin.* & obseruant Doctores *in l. optimum, C. de contrah. & commit. stipul.* Præter quod non nisi ex vi priuilegij, seu communicationis inter Mendicantes, de quibus *in d. cap. 1. de relig. dom.* adscribi valet, & Concilium excipiendo mendicantes, intelligendum est de Mendicantibus in iure expressis, prout omnis dispositio intelligi debet, *cap. Cum dilectus, de consuet. cap. causam de rescript. l. 1. C. de noxal.* Extatque constitutio B. Pij V. sub anno 1570. die vltima Iunij Pontificatus sui anno 5. in qua reuocantur omnia priuilegia, quæ temporalitatem concernunt, concessa quatuor Ordinibus Mendicantium, quæ deinde fuerant communicata Canonicis regularibus S. Augustini Congregationis Lateranensis, S. Saluatoris, S. Crucis Colimbriensis, ac Monachis S. Benedicti Cassinensis, Montis Oliueti, Vallis Vmbrosæ, nec non Congregationis Cisterciensis, & Cartusianæ, ac S. Hieronymi Hispaniarum, & Camaldulensis, ac fratrum militiæ Iesu Christi reformatorum, atque alijs quibuscumque Ordinibus, asserente Pontifice, absurdum esse, eos, qui Mendicantes ex quatuor Ordinibus non sunt, sub Mendicantium huiusmodi colore à solutionibus eximi. Et apparet, Canonicos Regulares, qui sunt Ordinis S. Augustini, & pro talibus appellantur in dicta Constitutione non posse ex hoc prætextu euitare contributionem Seminarijs debitam vigore quorumcunque priuilegiorum etiam Mendicantium ipsis communicatorum. Verba Pontificis summi sunt ista: *Pius Papa V. &c. Romani Pontificis &c. sanè, licèt aliàs nos cupientes Mendicantium Ordines &c. diuersa Concilij Tridentini decreta, quæ ipsis contraria videbantur esse, declarauerimus, variaque priuilegia concesserimus, deinde verò illa omnia ad Canonicos Regulares Ordinis S. Augustini &c. ac etiam Monachos S. Benedicti Congregationis & Ordinis Cassinensium &c. extenderimus &c. ita tamen, vt ipsi à contributione Seminariorum pauperum Clericorum iuxta ordinationem Concilij Tridentini erigendorum &c. minimè exempti essent &c. Attendentes nihilominus iam excommunicatione, & concessione huiusmodi locorum Ordinarijs, Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, alijsque beneficiatis, & personis diuersa inferri præiudicia, quod intentionis nostræ nunquam extitisse, nec esse, quatuor Ordinum Mendicantium priuilegia, quæ temporalitatem concernunt eis communicare &c. cum absurdum sit, eos, qui Mendicantes ex quatuor Ordinibus non sunt, sub Mendicantium huiusmodi colore à solutionibus eximi, motu proprio omnia & singula priuilegia, exemptiones, & alia præmissa, quæ temporalitatem, etiam si sit solutio decimarum, primitiarum, quarta, medietatis, vel alia funerum, & oblationum pars, concernunt, præter, & contra mentem nostram emanasse declaramus.*

Constitutione verò Cœlestini, ac Sixti, quarum vigore prætenditur immunitas à contributione Seminarij, vltra quod per subsecutum Concilium Trident. *d. cap. 18.* fuerunt abrogatæ per ea, quæ diffusè tradit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. num. 25.* attenta præsertim clausula, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, *Clem. 1. in fin. de sepult.* Io. Andr. *in cap. 1. num. 4. de excess. Prælat. in 6.* Bartol. *in extr. ad reprimendum sub num. 11.* Ruin. *cons. 163. num. 17. & seq. lib. 1.* Cum in illis non sit facta specifica mentio Seminarij, ac expressè derogatum huic dispositioni Conciliari, nihil suffragatur, Arcbid. *in cap. 1. num. 2. de constit.* Coccin. *dec. 219. num. 6. & dec. 341. num. 2. p. 1. rec.* Caual. *dec. 247. num. 10.* & fuit dictum in Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. coram Corrado. 15

Neque releuat communicatio concessa, etiam quod futura ab eodem Sixto IV. Archihospitalis S. Spiritus priuilegiorum Congregationis S. Iustinæ, cui postea B. Pius V. concessit expressè immunitatem à taxa Seminarij, & consequenter eadem immunitate frui debeat Archihospitale *ad text. in l. asse toto, ff. de hered. institut. l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstrat.* Oldrad. *cons. 300. num. 8.* Paris. *cons. 22. num. 8. lib. 4.* 16

Quia respondetur primò, quod idem B. Pius V. declarauit, reuocauitque præfata priuilegia, quæ temporalitatem concernunt, vt dictum est. Secundò, quia cum hæc immunitas sit exorbitans à iure, & præiudicialis Seminario, communicatio priuilegiorum ad hæc minimè extendi potest, Rot. *dec. 214. num. 4. p. 2. & dec. 40. num. 8. p. 4. recent.* quia est in genere, ac perindè non recipit extensionem, vt comprehendere valeat immunitatem à solutione taxæ, quæ tanquam tertio præiudicialis sub generalitate verborum comprehendi non potest, sed speciali nota digna est, prout in simili de exemptione à solutione decimarum dixit Rota cum alijs relatis in Cæsaraugustana decimarum 12. Decembris 1650. coram Meltio, *§. quod autem*, vbi, quod in communicatione priuilegiorum non veniunt ea quæ facilè concedi non solent, nisi de ijs in ipsa communicatione fiat specialis mentio, quæ in hoc casu non extat. Tertiò, quia cum Cassinenses, & aliæ vndecim Congregationes hanc immunitatem obtinuerint titulo oneroso, soluta scilicet Cameræ Apostolicæ ingenti pecuniarum summa, ex sola vi communicationis ad æqualitatem seruandam dici nequit immune Archihospitale, quod nihil omninò soluit. 17

Neque difficultatem facit, quod Sixtus IV. prohibuerit, Prioratus huiusmodi conferri in titulum, seu administrationem, ac proindè versemur in casu excepto à Concilio Tridentino; quodque eorum redditus erogentur in curandis infirmis, ac sustentatione proiectorum, atque adeò contributioni Seminariorum obnoxios non esse, cùm ex ijs, deductis expensis, nihil ad commodum Priorum supersit. 18

Nam quoad primum dicimus in Ordine S. Spiritus, præter hospitalia adesse domos, Prioratus, & beneficia, vt apertè dignoscitur ex citata Constitutione Sixti IV. ibi: *omnia & singula Hospitalia, domos, Præceptorias, Oratoria, Prioratus, Ecclesias, capellas, membra, seu beneficia dicti Hospitalis*, & aduertit Rota in Aquilana Prioratus *dec. 772. p. 1. diu.* Hi autem Prioratus, tanquam Regulares, non nisi eisdem Sanctus Spiritus fratribus conferri possunt, *cap. Cum singula, de præb. in 6. Clement. 1. de suplem. negligent. Prælat.* & quod Prioratus Sancti Spiritus conferantur in titulum, seu ad- 19

Rot. *diu. par.* 1. *dec*, 744. Gonzal. *glos.* 43. *num.* 190.

10 In loco igitur exempto siue primo, siue secundo modo Episcopus dicitur esse, vt in propria diœcesi, & residens in diœcesi sua, Gonzal. *d. Gloss.* 43. *num.* 187. & potest ibi exercere Pontificalia, & Cathedram habere, iuxta tamen *Clem.* 2. *de priuileg.* Cathedram tamen ad modicum tantùm tempus ibi habere debet, quia non debet mutari sine causa, *c. placuit vt nemo in* 7. *q.* 1. Gemin. & Franch. *in cap. Cum Episcopus, de offic. Ordin. in* 6. Gonzal. *n.* 192.

11 Non potest autem Episcopus in loco exempto secundo modo exercere iurisdictionem contentiosam, seu tribunal erigere per *cap. Cum Episcopus*, *de offic. ord. in* 6. Rot. *diu. dec.* 145. *num.* 1. *par.* 2. *tom.* 1. secus in loco exempto primo modo, vt per Rodriq. *vbi supra*, Salas, & Filiucius *ibid.* & communem ait Suarez *loco citato*.

12 Tertio tandem modo dicitur locus nullius diœcesis, quando scilicet Prælatus loci habet Episcopalem iurisdictionem in subditos Clericos, & Laicos loci, & locus non est intra fines alicuius diœcesis, sed inter diuersas diœcesis, vel in extremo, verbi gratia ad littus maris, & dicitur habere propriam, seu particularem diœcesim, vt declarat Rot. *dec.* 683. *per tot.* Et quidem in fauorabilibus venit nomine diœcesis, & Prælatus continetur nomine diœcesani, at in odiosis non venit, sed venit nomine Ordinarij loci, Cochier *lib.* 1 *quest.* 1. *num.* 7. *& seqq.* Episcopus ergo in hoc territorio nullam habet iurisdictionem, nisi in tribus casibus, scilicet quoad visitationem; nam visitatur talis locus à viciniori Episcopo, Trident. *sess.* 24. *cap.* 9 *reform.* Et quoad licentiam, & cognitionem super causa extractionis reorum è loco Sacro ex Constitutione Gregorij XIV. Et tertio in casu præscriptæ iurisdictionis, vel priuilegij, Rot. *diu. par.* 2. *tom.* 1. *dec.* 207. *num* 5.

13 Ex quibus apparet, quod Episcopus, si se ingerat contra iura in loco nullius, primò incidit in suspensionem latam à Tridentino contra exercentem Pontificalia in aliena diœcesi, & in excommunicationes latas in Concilio Lateranensi in Bulla Cœnæ Domini, & Tridentino, ac ita in terminis de suspensione tenet Cochier *lib.* 2. *q.* 1. *n.* 7.

14 Si autem se ingerat in loco exempto primo, vel secundo modo contra iura, tunc secundo incurrit in excommunicationem latam in Tridentino, & in Bulla Cœnæ contra vsurpantes iurisdictionem Ecclesiarum. Si tamen se ingerat, non vt ad illum actum tantum, sed animo acquirendæ, vel prætendendæ iurisdictionis talis in genere, seu ad vniuersitatem causarum, nullam suspensionem incurrit exercendo Pontificalia in illis locis, immò licitè potest exercere.

15 Ratio autem huius resolutionis desumitur ex argumento *cap. Responso* 43. *de sent. excommun.* Vbi ex concessione baptismi tempore interdicti Pontifex interpretatus est intelligi, concessum esse chrisma, quod ex Glossa est, quasi quoddam complementum baptismi. Ergo sicut Episcopus tanquam primus Parochus potest proculdubio baptizare in Ecclesijs parochialibus Regularium, ita etiam & confirmare, ac chrisma conficere, *arg. cap. quoniam* 19. *eod. in tit.* 6. Atque ita declarauit S. Congregatio Concilij. Cum enim quæsitum fuisset primò, *an Eminentissimus Episcopus Brixiensis in Ecclesia parochiali Monachorum exemptorum possit administrare Sacramentum Confirmationis, inuitis ipsis Regularibus? Secundo & quatenus possit, an contra eosdem Regulares impedientes dictam administrationem valeat censuris procedere?*

16 *Sacra Congregatio, re pluries proposita, & maturè examinata, vtraque parte informante, affirmatiuè ad vtramque dubitationem respondit* 9. *Iunij* 1657.

17 Eadem videtur esse ratio quoad Ordinationes. Nam cum Episcopus tanquam vniuersalis Parochus suæ diœcesis possit suo gregi Sacramenta ministrare, poterit quoque ordines conferre in Ecclesia parochiali Regularium, quæ ratione administrationis Sacramentorum, ac populi illi subiecta est, saltem in ordine ad Sacramenta.

18 Non obstant in contrarium adducta, quia fortè locum habent in Ecclesijs Regularium, quæ non sunt parochiales, de quibus alio in loco à nobis dictum est. Et quidem cùm Episcopi sæpissimè conquerantur aduersus nonnullos Regulares, qui vel in concernentibus curam animarum, quam ipsi in seculares personas exercent, illorum iurisdictionem studiosè declinare satagunt, aliquas eorum querimonias infrascriptis dubitationibus, ac resolutionibus concludere non ab re esse putaui.

19 Et primò. *An Episcopus, seu Visitator ab ipso deputatus, possit visitare Parochos, etiam regulares Monasteriorum, etiam Ordinis Cisterciensis S. Benedicti, Carthusianorum, etiam quantumuis exemptorum, qui exercent curam animarum personarum secularium in parochijs in sua diœcesi existentibus, licèt illa Monasterijs exemptis sint annexa, incorporata, aut de iurepatronatus, non obstantibus priuilegijs dictorum Monasteriorum, & ab illis procurationem habere?*

20 Secundò. *An Monachi prædictorum Monasteriorum, quantumuis exemptorum iuxta limites Diœcesis ad Curam animarum personarum secularium expositi, subesse debeant iurisdictioni, visitationi, & correctioni diœcesani Episcopi quoad dictam curam, & excessus extra claustra commissos?*

21 Tertiò. *An Parochi prædicti, etiam Regulares Monasteriorum, vt supra, quantumuis exemptorum, possint curam animarum exercere in dictis Parochijs sine approbatione ipsius Episcopi?*

22 Quartò. *An sub nomine Episcopi precisè veniant Abbates, prout ipsi se iactant, vel etiam sub nomine Ordinarij in Bullis nominatis in subiecta materia?*

23 Quintò. *An prædicti Parochi, etiam Religiosi Monasteriorum exemptorum, vt supra, vocati ad Synodum teneantur venire, & mandata Episcopalia accipere circa ea, quæ pertinent ad dictam curam, pariterque festa propria diœcesis populo denunciare, & celebrare, iubilæa, & alia mandata Apostolica ab ipso diœcesano Episcopo accipere?*

24 Sextò. *An prædicti, vt supra teneantur Sacrum Chrisma, & olea accipere ab Episcopo diœcesano, cui possit constare nouis, an veteribus, vel nullis, nisi ordinarijs, vel communibus vtantur?*

25 Septimò. *An prædicti vt supra, teneantur Cathedraticum quotannis iuxta vsum diœcesis, pariterque iura Episcopalia, quoties res feret, portionesque pro Seminario iam erecto debitas ex dictis Parochijs, licèt Monasterijs exemptis vnitis?*

26 Octauò. *An Abbates, & alij Prælati regulares in Parochijs, vbi habent iuspatronatus acquisitum, vel cessum à Laicis, quibus in hoc succedunt, teneantur Episcopo diœcesano præsentare Sacerdotes seculares, vt antea laici tenebantur, an verò possint substituere Monachos, eosque pro libitu, non salutato D. Ordinario, remouere, & sic Episcopis iurisdictionem, & reliqua iura subtrahere?*

27 Nonò. *An Episcopus, siue eius officialis possit Religiosos prædictos exemptorum monasteriorum, vt supra, per censuras Ecclesiasticas ad obedientiam in præmissis compellere?*

28 Sacra Congregatio Concilij in Passauiensi iurisdictionis de prima Octobris 1661. ita respondendum censuit.

29 Ad 1. *Affirmatiuè quoad primam partem. Et quoad secundam etiam affirmatiuè, nisi adsit speciale priuilegium.*

30 Ad 2. *Affirmatiuè. Et quoad excessus seruetur Concilium c.* 14. *de regular.*

31 Ad 3. *Negatiuè.*

32 Ad 4. *Abbates non venire sub nomine Episcopi.*

33 Ad 5. *Affirmatiuè in omnibus.*

34 Ad 6. *Affirmatiuè.*

Ad

35 Ad 7. *Etiam affirmatiuè.*

36 Ad 8. *Item affirmatiuè.*

37 Ad 9. *Affirmatiuè in omnibus quibus subijciuntur ob curam animarum, nisi habeant speciale priuilegium.*

CONSVLTATIO VIII.

1 *An in Ecclesijs Monasteriorum Regularium secularizatis, in quibus exercebatur per Monachos cura Animarum, sicuti etiam nunc exercetur per Sacerdotes seculares, spectet apponere œconomum, occurrente illarum vacatione, ad Episcopos, an ad Abbatem, cui subijciuntur cum eisdem priuilegijs, & exemptionibus tamen consuetis, & non contrarijs Sacris Canonibus, Sacri Concilij Tridentini Decretis, & Apostolicis Constitutionibus, & coram quo sit faciendus concursus?*

2 *An Episcopus possit corrigere, ac punire Curatos, ac Monacos secularizatos, aliosque Clericos possidentes beneficia in supradictis Ecclesijs ob delicta ab eisdem commissa, & præcipuè in his, quæ pertinent ad curam Animarum, & Sacramentorum administrationem?*

3 *An Curati præfatarum Ecclesiarum teneantur accedere ad Synodum Diœcesanam Episcopi, vel potius ad Synodum dicti Abbatis?*

4 *An Rectores, seu Capellani dictarum Ecclesiarum possint audire confessiones secularium, etiam de casibus Episcopo reseruatis absque eius licentia?*

5 *An ad Episcopum pertineat concedere dimissorias pro ordinandis Clericis dictarum Ecclesiarum?*

6 *An Episcopus possit visitare clausuram Monialium existentium in supradictis Monasterijs, vel in eis saltem exercere iurisdictionem vti Delegatus Apostolicus, ac etiam Confraternitates Laicorum, quæ habent altare in præfatis Ecclesijs?*

7 *An Episcopus possit visitare dictas Ecclesias, & in eis exercere pontificalia, & præcipuè Sacramentum confirmationis administrare?*

8 *An ad Episcopum spectet cognitio causarum validitatis iurispatronatus Laicalis, & honestatis personarum præsentatarum ad beneficia in dictis Ecclesijs existentia? In quibus resoluendis plura in explicationem Tridentini obiter adducuntur.*

1 RESolutio horum, ac huiusmodi dubiorum maximè pendet à duobus. Primò, an probetur, quod Ecclesiæ, de quibus agitur, existant intra fines Episcopatus. Secundò, an ex literis suppressionis, & secularizationis eædem Ecclesiæ effectæ fuerint proprium territorium adeò, vt amplius non sint, neque in diœcesi, neque de diœcesi. Addi potest tertium, an per secularizationem exemptionis, quæ antea concessæ fuerant Regularibus, adhuc durent quoad Clericos seculares subrogatos in Ecclesijs, olim subiectis eisdem Regularibus.

2 Quod attinet ad primum, earum existentia intra fines satis probari poterit ex actibus iurisdictionalibus per Episcopum gestis, visitando, mittendo prædicatores, instituendo in beneficijs, aliaque plura exercendo, quæ certè concludunt ad hunc effectum, vt in decisionibus coram Pegna, & Attrebatensi, quas sequitur Rota *dec.* 310. præsertim ante *num.* 3. in congestis ad tractatum Postij *de manut.* & aliàs sæpè. Item probatur ex enuntiatiua Summi Pontificis, vt in simili probari existentiam monasterij sub diœcesi Episcopi, dixit Rota in Beneuentana iurisdictionis 13. Maij 1652. §. 1. & 27. Ianuarij 1653. in princ. coram Zarate, & Montis Casinensis iurisdictionis 27. Martij 1651. §. ex quibus coram Bichio.

3 Quod ad secundum. Ex quo quælibet Ecclesia præsumitur esse in aliqua diœcesi, Rot. *dec.* 324. *num.* 2. *& dec.* 681. *n.* 1. *in fin. p.* 1. *rec.* ac passim alibi, & fortiùs quando alius Episcopus in eadem iurisdictionem non prætendit, contendens contrarium tenetur quidem probase, vel loca esse nullius, vel fuisse constitutum territorium separatum iuxta plenam decisionem Butatti 188. *n.* 1. cum binis sequentibus. Vnde si præfatæ Ecclesiæ sunt in diœcesi, dicuntur esse illius, non autem nullius, & sic in illis Episcopus habet assistentiam iuris, vt per Rot. *dec.* 683. *n.* 1. *p.* 1. *& dec.* 41. *num.* 1. *p.* 5. *rec.* & in Brixien. Iurisdictionis 11. Aprilis 1639. coram Carillo. Etenim quæ sunt nullius, non sunt in diœcesi, nec de diœcesi, quia hæc aliàs implicant, vt declarat Rot. *dec.* 207. *num.* 2. *p.* 2. *div.* & latiùs *dec.* 324 *num.* 1. *circa fin. p.* 1. *recent.* Et ad hoc vt efficiantur proprium, ac separatum territorium, probandum est, quod omnis iurisdictio, quæ Episcopo in dictis locis competebat, fuerit ab eo totaliter abdicata, & in Abbatem, siue Commendatarium translata iuxta Glos. *in Clem.* 1. §. *volumus, v. diœcesani, de for. comp.* cum pluribus alleg. *in dec.* 54. Martin. Andreę *sub n.* 4. Hęc autem probari o non potest elici ex literis suppressionis status Regularis, si non contineant expresè huiusmodi abdicationem, & translationem. Nàm tacitè, ac virtualiter ex verbis *supponimus, & subijcimus, & earum futuros Priores, Canonicos, Clericos, & alios, eisdem inseruientes visitationi, correctioni, & omnimodæ iurisdictioni Commendatarij pro tempore existentis*, deduci non potest.

4 Tum quia licèt Monasterium mutet statum de regulari ad secularem, non iccircò mutat subiectionem, cum remaneat Ecclesia subiecta illi, cui antea subijciebatur, licèt in alijs mutet mores, vt inquit Abb. *in cap. dilectus num.* 9. *de Capel. Monach.* vbi testatur de communi, & ait, esse valdè notandum. Quare verba illa tribuendo ius visitandi, & corrigendi, ne sint otiosa, aut debent intelligi de subiectione, & correctione quoad ea, quæ præcisè concernunt curam animarum, aut non sunt priuatiuè ad Episcopum. Quia ad hunc effectum opus esset, vt in suppressione, & erectione cautum fuisset, quod Episcopus non posset visitare, stante quod ius visitandi potest competere cumulatiuè, nec intelligitur datum priuatiuè, Greg. XV. *dec.* 4. *num.* 5. *& seqq. & dec.* 8. vbi ad rem allegantur declarationes S. Congregationis Concilij. Vndè semper censeri debet concessum cumulatiuè tantùm, vt minùs lædatur auctoritas Episcopi, & recedatur à S. Concilio. Seraph. *dec.* 1067. *num.* 3. Et gratia non sit intelligenda, vt deroget iurisdictioni alterius, sed vt cumulet, Bero *cons.* 22. *num.* 25. *&* 29. *ac seqq. lib.* 1. estque regula desumpta *ex l.* 1. *C. de offic. Præf. Vrb.* quam latè explanat Surd. *cons.* 56. *num.* 19. *ac per tot.*

5 Atque hinc est, quod Vrbanus VIII. postquam concesserat exemptionem cum eorundem verborum forma sub anno 1632. monasterio S. Mariæ de Rambona nullius siue S. Seuerini diœcesis, cuius Episcopus contendebat sibi monasterium subiectum esse, vt eius plenæ libertati consuleret, cognoscens ex verbis illis satis prouisum non fuisse, iussit expediri alias Literas sub anno 1641. in quibus Commendatori, eiusque successoribus prętia narratiua, & confirmatione exemptionis eiusdem monasterij, personis, bonis, Ecclesijs à se, ac suis Prædecessoribus tributa, à quacumque Ordinarij loci iurisdictione, de extinctione litis postbac excitatę per Episcopum S. Seuerini, prætendétem se, nisi ordinaria, saltem delegata auctoritate à S. Concilio Tridentino sibi concessa, posse monasteria quæcumque exempta visitare, motu proprio, & ex certa scientia Cardinali Abbati, & perpetuis Commendatarijs iurisdictionem Ecclesiasticam in monasterijs prędictis, ac in bona, personas, Ecclesias &c. priuatiuè, quoad Episcopū S. Seuerini & quemuis alium loci Ordinarium, etiam vti Sedis Apostolicæ delegatum vigore decretorum dicti S. Concilij Tridentini ita, vt nullam omninò iurisdictionem, seu actum iurisdictionis in monasteria, bona, personas, & Ecclesias &c. quacunque de causa vnquam exercere, seu prætendere possit, concessit, & impertitus fuit.

probati ab Episcopis, cuius subditos absoluere vellent. Eadem iurisdictio super Regulares etiam in locis exemptis existenses competit Episcopis, etiam quoad Olea Sacra illis distribuenda.

31 Congregatio super Episcopis, & Concilii censuit. *Regulares ad audiendum in Ciuitate, & diœcesi secularium confessiones, semel ab Episcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos. Cæterum à Successore posse vtique examinari iuxta Constitutionem Pii V. datam 8. idus Augusti anno 6. quæ à Gregorio XIII. non est reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini. Quod extenditur ad Sacerdotes seculares.*

32 In Forosemproniensi. *Monachi exempti in Monasterys, & locis, in quibus iurisdictionem temporalem, & spiritualem habent, confessarios, & concionatores eligere non possunt sine approbatione, vel examine ab Episcopo intra cuius diœcesis fines loca sita sunt.*

33 In Toletana. *Hic decretum habet locum etiam in presbyteris secularibus subiectis Prælatis etiam exemptis, dummodo sint in diœcesi. Item Sacerdotes Ierosolymitana Militia, ii non sunt Parochi, non possunt audire confessiones, nec alia Sacramenta administrare, nisi ab Episcopo sint approbati.*

34 In Materana. *Commendatary Abbatiarum in iis, quæ spectant ad approbandum Sacræ confessionis ministras se interponere non debent, sed hanc cognitionem, & curam Episcopo, vti Ordinario, cui huiusmodi data est facultas ex hoc Concily decreto relinquere. Die 22. Ianuary 1569.*

35 In Reatina Vicario Apostolico. *Quod Confessarij Regulares, qui confessiones audiunt Regularium tam mulierum, quàm fratrum, non possunt ab Episcopis cogi ad examen ex hoc decreto, si tamen ad tales confessioneo audiendas deputati fuerint à superioribus Regularibus, die 29. Ianuary 1574. ex S. Congregatione super Episcopis.*

36 Eadem S. Congregatio. *D'ordine di Papa Gregorio XIII. comando a tutti i superiori di Regolari di Roma, che scriuessero per tutti li Conuenti, e Monasteri, che si leuasse l'abuso d'ascoltare le confessioni nelle celle de' Conuenti, e Monasteri, etiandio che le celle hauessero le crati, che rispondessero in Chiesa, e'l Confessore stesse di dentro, die 25. Augusti 1575.*

37 In Cremensi. *In risposta quanto al decreto, che nun confessore, etiamdio approuato dall'Ordinario, possa nel tempo Pasquale vdir le confessioni d'alcuno senza licenza del proprio Curato, vi si dice che non si dee osseruare in modo alcuno, poiche assai sodisfa all'obligo suo il penitente, portando al Parocho la fede d'essersi confessato da persona approuata. E questo basta in tutti gli altri luoghi. Facendoui anche sapere, che se alcuno costi hauesse opinione, che le confessioni fatte ad vn Regolare approuato fussero nulle, ò è confessori fossero sospetti, caderà nell'errore contenuto nell' Estrauagante di Giouanni XXII.*, che comincia *Vas electionis. Eadem S. Congregatio super Episcopis die 3. Aprilis 1584.*

38 In Camerinensi Vicario. *Si è riferito a questi miei Signori Illustrissimi, quanto scriuete circa i Frati Mendicanti, e in risposta vi si dice, che quando essi non sono atti ad esser approuati assolutamente per vdire le confessioni, non si debbono in modo alcuno ammettere ad tempus. Perche oltre non si debbono ammettere a carico di tanta importanza persone ignoranti, si dà loro occasione di essercitarsi più negli studi; e se vi sono poi di quelli che sono atti, e riescono nell' esame, dee concedersi loro licenza di confessare non determinata, ma assoluta; e generale, che così comanda il decreto del Concilio. E se bene si ha da caricar la coscienza degli esaminatori nell'esame, tuttauia è vfficio del Vicario vedere bene, che non si faccia torto agli esaminati, nè meno si approuino ignoranti; poiche dall' vno patiscon danno, e dishonore le Religioni, o dall' altro si caua detrimento all' anime. E piaciuta poi la diligenza, che quando i Regolari confissano infermi debbano auisare i Curati, accioche possino prouedere all' anime di quanto farà loro bisogno. Die 7. Marty 1585.*

Vbi non adest copia Confessariorum peritorum potest Or- 39
dinarius approbare ad tempus, sed absolutè. Vbi verò adest copia debent approbari. Congregatio Episcop. Patriarchæ Veneto die 15. Marty 1594.

In Lucana, Episcopo, *quod mandet omnibus Confes-* 40
sarys tàm Regularibus, quàm Secularibus, quod intra vnum, aut plures dies postquam Confessiones ægrotorum audiuerint, in scriptis faciant fidem Curato de tali confessione 4. February 1586. Congreg. Episcop. & pro Minoribus Obser. 17. Iuny 1602. & pro Conuentualibus 1. July 1606. & in Senogallien. 26. Augusti 1616. & pro omnibus Regularibus 13. Septembris 1641. & 21. Septembris 1645. ac 8. Octobris 1649. & 7. Ianuarii 1650. Quod Romæ præcipitur sub pœna suspensionis ipso facto audiendis confessionibus sine nouo examine, & approbatione ex decreto *Visitationis Apostolica.*

In Gerundensi. *Quod pro licentiis exercendi curam* 41
animarum, confessiones audiendi, & earum reuocatione nihil prorsus soluatur, eadem Congregatio super Episcopis anno 1588.

Congregatio Concilij censuit, *confessionem eius esse* 42
nullam, qui omnia Sacerdoti non approbato ab Ordinario confessus est peccata sua, ignorans eum non esse approbatum. Et licet verè coram Deo sit absolutus, attenta eius bona fide, tamen cum sciuerit eum Confessarium non esse approbatum, teneri confessionem reiterari.

Congregatio super Episcopis. *V. S. non permet-* 43
ta in modo alcuno, che i Tertiarii si confessino, se non a quelle persone, che sono state ammesse alle confessioni da lei, etiamdio che siano Frati, perche niuno dee confessare senza l'approuatione dell'Ordinario. Facendo intendere inoltre a' Tertiarii, che habitano nelle case loro, che s'ingannano pensando, che tutti quelli, che hanno l'habito di Tertiario, si debbano senz' altro, quando muoiono, sepellire nella Chiesa de' Frati, se essi non si sono eletta quella sepoltura, e gli faccia capaci che non hanno tanti priuilegi, quanti forse si persuadono, come si puo vedere nel Concilio Lateranense vltimo nella sessione vndecima. Nè meno è vero, che ogn' vno che lascia morendo d'esser vestito con l'habito di Tertiario, ò di Frate, perciò debba esser sepellito nella Chiesa de' Frati, se non hanno mostrato più che chiaramente la loro volontà circa la elettione della sepoltura, ma douranno esser portati doue di ragione sarebbono andati senza quell' habito, die 23. Nouembris 1582.

Prælati regulares, seù alii Religiosi confessarii non pos- 44
sunt audire confessiones secularium, qui sunt de familia, aut deseruiunt ipsorum Monasterys absque approbatione, vel licentia Episcopi, Congregatio super Episcopis die 14. Augusti 1568.

Ratio autem est, quia non omnis Sacerdos est 45
sufficiens Minister Sacramenti pœnitentiæ. Est de fide definitum in Concilio Trident. *sess.* 14. *cap.* 3. & *cap.* 10. *de pœnitent.* & traditur communiter cum D. Thoma *in* 4. *d.* 19. *quæst.* 2. *ar.* 3. & probatur, quia Sacramentum pœnitentię est per modum iudicij, in quo iudicatur conscientia pœnitentis. Ergo requirit, quod pœnitens sit subditus Sacerdoti; quia iudicium non potest exerceri, nisi in subditos. Ergo Sacerdos, qui non habet subditos non potest ministrare validè hoc Sacramentum. Hinc absolutio non potest conferri, nisi subditis, aliàs est inualida ex Tridentino *d. sess.* 14. *cap.* 7.

Itaque approbatio Confessariorum pro locis exemptis 46
pertinent ad Episcopum, intra cuius diœcesim existunt loca exempta, non autem ad Prelatum loci ex adductis, quibus addo Constit. 18. Gregorii XV. *Inscrutabilis*, iuncta declaratione S. Congregationis. Immò Vrbanus VIII. *constit.* 12. quæ incipit: *Cum sicut accepimus*, reuocauit omnia priuilegia quibuscunque concessa, confessiones secularium audiend. absque exa-

mina-

minatione, & approbatione Ordinarij. Vndè reuocatum remanet priuilegium concessum à Sixto V. Congregationi presbyterorum secularium S. Mariæ de Vallicella Vrbis, atque alijs, siue principaliter, siue per communionem, quod approbati semel in Vrbe, non indigeant iterùm ab Ordinarijs approbari, sed sufficiat se coram eis præsentare, Dian. *p.3. tr.2. resol.* 123. & à Gregorio XIII. religiosis Societatis Iesu, vt semel approbati, & à Superioribus expositi possunt excipere confessiones fidelium, dum per alias diœceses pertranseunt. Et die 8. Maij 1610. omnes Cardinales Sac. Congregationis Concilij eius fuerunt sententiæ, vt confessarij extraordinarij ab Episcopo approbati ad Confessiones audiendas, siue sint regulares, siue seculares, nullo pacto eas audire possint extra diœcesim Episcopi approbantis, quamuis confitentes sint eidem Episcopo subiecti. Quod etiam procedit in Parochis, præcisa consuetudine. Vnde cum Episcopus Ciuitatis Plebis supplicasset per Sac. Congregationem Concilij declarari, an Parochus alienæ diœcesis possit absque eiusdem Episcopi licentia in diœcesi Ciuitatis Plebis confessiones audire? Eadem Sac. Congregatio 19. Ianuarij 1641. respondit, non posse; estque contra Suarez *disp.28. de pænit. sect.4. num.28.*

47 Quod verò ad casus reseruatos probatur. Quia peccatum reseruatum extrahit pœnitentem omninò à iurisdictione confessarij inferioris. Vndè ex Tridentino *d. sess.14. cap.7.* Sacerdos inferior extra mortis articulum nihil potest in casibus reseruatis. Et liquet ex sequentibus declarationibus.

48 In Neapolitana. *Cardinali Archiepiscopo. Cum à d Sac. Congregatione Cardinalium, qui præpositi sunt decretis Concilij Tridentini interpretandis Illustrissima Amplitudo tua quæsiuerit, an Regulares ex priuilegijs à Sede Apostolica impetratis, præsertim autem ex eo, quod Mare magnum vocant, possint in ijs casibus, quos sibi Episcopus reseruauerit, absoluere confitentes. Sanctissimus D. N. de sententia Congregationis censuit ex facultatibus per hoc Mare magnum, aliaque priuilegia Regularibus concessa, datam non esse eis potestatem absoluendi in casibus Episcopo reseruatis. Neque etiam id possunt vigore cuiuscumque Societatis, seu Confratriæ quomodocumque hactenus priuilegiatæ, nisi post Concilium Tridentinum confirmatio in specie super absolutione casuum, ac censurarum facta fuerit, aut nominatim alicui Societati talis facultas data sit à Sede Apostolica post Concilium.*

49 In Oscen. Taruisien. & Veronen. *Neque Mendicantes, neque Iesuitæ, neque alij vigore Maris magni possunt absoluere à casibus reseruatis.*

50 In Cremonensi. *Præpositus exemptus debet abstinere à casuum reseruatorum absolutione tam quoad Laicos, quàm quoad Clericos.*

51 In Mediolanensi. *Confessarij habentes ex priuilegio Sedis Apostolicæ facultatem absoluendi à nonnullis maioribus casibus Sanctissimo reseruatis, non possunt absoluere à casibus, quos Episcopus sibi reseruat.*

In Veronensi. *Pænitentiarius non potest absoluere à casibus reseruatis, nisi de licentia Episcopi.*

52 *Regulares absoluentes Laicos excommunicatos à canone, aut à sententijs Synodalibus, incurrunt ipso iure excommunicationem Romano Pontifici reseruatam, Clem. Religiosi, de priuileg.*

53 Qui absoluunt à casibus reseruatis in Bulla cœnæ, incurrunt eandem sententiam excommunicationis, & alias pœnas, prout in dicta Bulla.

54 Alia apud alios. Vide Thesaurum de potestate absoluendi à casibus, &c. & censuris &c. & Constitutionem Clementis X.

55 Ad 5. Affirmatiuè ex decreto S. Concilij Trid. *sess.23. cap.10.* & constat ex his declarationibus.

In Marsicana. *Dare literas dimissorias ad Ordines Clericis nullius diœcesis, illosque ordinare, non ad Abbatem eorum Superiorem, quamuis Abbatialis iurisdictio intra fines plurium diœcesum existat, sed ad Episcopum, intra cuius diœcesis fines sunt ordinandi. Quod si non constat, tunc dare literas spectat ad Episcopum viciniorem, aliter promoti sunt suspensi, & ministrantes irregularitatem incurrunt, & pœnas Constitutionis Sixti V.*

In Farfensi. *Commendatarius Abbatiæ habens iura Episcopalia, non potest concedere literas dimissorias.* 56

Clarissimè autem ex sequenti decreto. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, Priorem, Abbatem, aliumue Episcopo inferiorem, etiamsi iurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem habeat, non posse literas dimissorias suis subditis secularibus concedere, sed id pertinere ad Episcopum, intra cuius diœcesis fines consistunt, vel si nullius diœcesis fuerint, ad viciniorem Episcopum, ad eumque spectare eisdem personis ordines conferre, atque ad hanc Ordinum collationem, vbi promouendos qualitatibus requisitis idoneos esse compererit, deuenire posse, etiam absque testimonio, & fide eorum superioris. Quod si Episcopus maluerit ipsius Superioris testimonium, & fidem ante collationem ordinum requirere, debere vtique eas dare Episcopo requirenti. Ad dignoscendum vero, quis sit vicinior Episcopus, attendendum esse vicinitatem Cathedralis Ecclesiæ, atque Abbatiæ, Prioratus, alteriusue non autem territorij. Planè nulli Episcopo licere in locis Abbatiæ, Prioratus, alteriusue loci nullius ritè aliquos ordinare sibi subiectos, vel alios, literas dimissorias suorum Ordinariorum habentes, nisi de licentia Abbatis, vel Prioris, quasi Episcopalem iurisdictionem habentis.* 57

Et quidem ex *d. cap.10. sess.23.* Abbates, & alij 58 Prælati, quantumuis exempti, intra fines alicuius diœcesis consistentes, etiamsi dicantur nullius diœcesis, item Collegia, & Capitula quæcunque, etiam Ecclesiarum Cathedralium, Literas dimissorias Clericis secularibus, vt ab aliis ordinentur, concedere non possunt, sed hæc omnia facere, vel concedere pertinet ad Episcopos, intra quorum diœcesis fines existunt, non obstantibus priuilegiis, præscriptionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus. Aliàs promoti vigore talium dimissoriarum incurrunt in pœnas latas ab eodem Tridentino *sess.7. c.10. de reform.* idest, vt in minoribus ordinati non gaudeant priuilegio clericali; in sacris autem ordinati sint eo ipso suspensi ab executione Ordinum ad beneplacitum proprii Episcopi supradicti. Concedentes autem tales dimissorias contra formam huius decreti, ab officio & beneficio per annum sunt ipso iure suspensi. Adde quod ordinans vigore talium dimissoriarum prohibitarum incurrit suspensionem à collatione ordinum per annum, quia ordinat alienum subditum sine licentia proprii Episcopi, vt ex *c. Episcopus 7. quæst. 1.* vbi Turrecrem. *cap. eos, qui de temp. ordin. in 6. cap. fin. eod. tit.* pariter *in 6.* ex Trid. *sess.23. cap.8.* Quæ censura non requirit præsumptionem, sed sufficit ignorantia crassa, vel supina. An autem procedat contra conferentes minores ordines, an tantùm Sacros, lege Dian. *resol. 194. tr.4. tom.2.*

Quod autem dicitur de Capitulis, intelligitur, Sede non vacante, quando ex priuilegio, vel consuetudine, aut præscriptione prætendunt dimissorias posse concedere. Vel quando habent territorium, & iurisdictionem priuatiuè ad Episcopum, vt declarauit Sac. Congregatio, & pœnæ contra concedentes dimissorias hic intelliguntur extensæ, non solùm ad Capitula, & Collegia, sed etiam ad Abbates & Prælatos supradictos, vt Tolet. *lib.1. c.49. §. quinta* Sayr. *lib.4. c.13. num.5. de censur.* Intelligitur autem illa pœna suspensionis ab officio, & beneficio procedere contra Prælatos, & singulares personas, concedentes dimissorias huiusmodi. At Capitula, & Collegia incurrunt interdictum ex Trident. *sess.7. c.10.* 59

Immò etiam de iure communi *ex cap. Cum nullus de temp. ordin. in 6.* Prælati existentes intra fines alicuius diœcesis, non possunt concedere dimissorias, nisi ex 60

priui-

priuilegio Papæ speciali. Verùm si Prælatus aliquis habet propriam diœcesim cum iurisdictione, scilicet Episcopali, poterit etiam hodie dimissorias concedere, non obstante decreto Tridentino, quod non intrat in tali casu. Ita Campanil. *rubr.9.c.8. num.4.* Sanchez *opusc. lib.7. c.1. dub.*21. *num.6.* & infra, ac alibi. Vndè quoties Prælatus esset ordinatius priuatiuè ad Episcopum, habens ius visitandi, & congregandi Synodum, tunc poterit concedere dimissorias, vt Barbos. *alleg.7. num.8.* cum alijs præallegatis, qua de re nos alibi fusè.

61 Ad 6. Pariter affirmatiuè *ex cap.* 8. *sess.* 22. Concilij Trid. vbi loquitur etiam de locis pijs priuilegio munitis, traditque Barbos. *de potest. Episc. p.*3. *alleg.*102. *num.*5. *& 6.*

62 Ad 7. Affirmatiuè quoque quoad primam partem respondendum est ex eodem Trid. *sess.* 21. *cap.*8. *& sess.*24. *c.9. de reform.* quæ decreta loquuntur etiam de Ecclesijs exemptis, statuitque quod eadem etiam in ijs Ecclesijs secularibus obseruentur, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur, vt ab Episcopo, cuius cathedralis Ecclesia est proximior, si id constet; aliòquin ab eo, qui semel in Concilio prouinciali à Prælato loci illius electus fuerit, tanquam sedis Apostolicæ delegato visitentur, non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus quibuscumque, etiam immemorabilibus. An etiam loquantur de Regularibus? Dic quod monasteria etiam regularia visitat Episcopus, si sint commendata, dummodò in eis non vigeat regularis obseruantia iuxta *cap.8. sess.*21. Si verò vigeat obseruantia regularis, & tunc quoad principalia loca monebit iuxta illum textum; quo verò ad membra secularia per Clericos seculares regi solita, quæ subsunt dicto capiti regulari, visitabit Episcopus. Ita pluries fuit dictum, nisi dicta membra pendeant immediatè à capite, & sint eiusdem regulæ iuxta notata *in cap.*11. *sess.*25. *de Regul.* & licèt alij codices conciliares legant, *si id possit*, vera tamen lectio est, *si id constet*, & ita S. Congregatio censuit in Conuersanensi 16. Ianuarij 1570.

63 *S. Congregatio decreuit, quod Collegiata nullius diœcesis debet visitari à viciniori Episcopo, tanquam Apostolicæ Sedis delegato.* Sic de alijs beneficijs nullius diœcesis statuendum est, vt visitentur à viciniori Episcopo. Id tamen ab eodem faciendum est solùm in capite, & non in membris ex Congregationis sententia, licèt contrarium reperiatur decisum in vna Feltrensi.

64 Sanè olim regulariter omnis Ecclesia in diœcesi subiecta erat Cathedrali, lap. *alleg.*68. *ad fin.* nisi speciali priuilegio ab ejus iurisdictione eximeretur, Glos. *in c. omnes Basilicæ* 16. *qu.7.* Hodie autem in casu huius textus Concilij non prodest exemptio, vel si sint nullius diœcesis vide *cap.*3. *sess.6. & cap.*14. *sess.7.* cuius decretum comprehendit etiam Regulares militiarum Regni Portugalliæ, qui de licentia Magni Magistri extra Monasterium legunt, quamuis sint exempti, ac permittit, quod Præpositus exemptus possit conueniri pro causis ciuilibus coram Ordinario loci, si in Bulla exemptionis, aut in alijs literis Apostolicis non reperitur delegatus aliquis Iudex in partibus. Vide etiam *c.4. sess.*24. *de ref.* in quibus exemptiones tolluntur. Equites tamen Hierosolymitani, quatenus beneficia curata non obtineant, non possunt ab Ordinario visitari, vt censuit S. Congregatio per Bullam B. Pij V.

65 Visitator verò eligendus est à Prælato illius loci, qui visitandus est, non autem ab alio. Et licèt disponatur de visitatione, idem tamen non procedit inuocatione ad Synodum. Quia Rector nullius non potest cogi inuitus venire ad Synodum proximioris Episcopi, prout consuluit Nauar. *conf.*11. *p.1. lib.1. de offic. ordin.* Archipresbyteratus tamen, qui est nullius diœcesis debet visitari à viciniori Episcopo, & si habeat Ecclesias inferiores sibi subiectas pari ratione visitabuntur ab eodem Episcopo, vt aliàs fuit resolutum per dictum textum Concilij *c. 9. sess.*24.

66 An autem hæc exemptio comprehendat Episcopos, qui ordinario iure obtinent Ecclesias in aliena diœcesi, quas ab immemorabili tempore possident, S. Congregatio valdè dubitauit pro affirmatiua, si appareat titulus Ecclesiæ exemptæ, secus si sit pars Episcopatus. In Ecclesijs verò secularibus, quæ nullius diœcesis esse dicuntur, & de Episcopo viciniori non constat, eligi debet visitator in Concilio prouinciali à Prælato illius loci, qui est visitandus. Ecclesia autem seculares exempta nullius diœcesis ab Ordinario viciniori visitanda est 11. cal. Martij 1566. in Senensi. Et electio facta à Prælatis nullius diœcesis pro visitationibus ligat successores 25. Aprilis 1573. in Mediolanensi. Episcopus autem vicinior Ecclesijs exemptis, quæ regulares sunt, visitare non potest, cum Concilium in citato loco de secularibus tantùm expresserit, vt in Britenorien. 7. Nouembris 1573. Seculares tamen, quarum collatio ad Abbatos spectat, visitare poterit, 11. Ianuarij 1574. Episcopusque vicinior habens facultatem visitandi ex eodem decreto Trident. *cap.* 9. Ecclesiam parochialem secularem nullius diœcesis, habet etiam facultatem emendandi, corrigendi & puniendi tam in capite, quàm in membris ex quauis causa, vt in Sarsinatensi, & testatur Franc. Leo *in thes. for. Eccles. p.* 2. *c.2. num.*74.

Et quatenus etiam huiusmodi Abbas posset habere territorium separatum diœcesi Episcopi ex priuilegio, & per consequens dictæ Ecclesiæ diei nullius, tamen Ecclesiæ etiam nullius possunt visitari ab Ordinario minori, aut ab illo, in cuius diœcesi reperiuntur, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, & consuetudinibus iuxta dispositionem Concilij *d. sess.*24. *c.9.* Barbos. *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.*74. *à num.*5. & Rot. *dec.*501. *num.* 1. *ac* 5. *p.*2. *rec.* vbi testatur ita fuisse resolutum à S. Congregatione Concilij ac nos supra. Quod verò ad secundam partem alibi ad disquisitionem vocauimus. 67

Ad 8. Etiam affirmatiuè ex dispositione eiusdem Sac. Concilij Trident. *sess.*14. *cap.*12. *&* 13. quod procedit, etiamsi institutio spectaret ad Abbatem, cum semper cognitio validitatis, seu inualiditatis iurispatronatus spectet ad Episcopos, vt in in declarationibus expressis *ad cap.9. sess.25. de reform.* notandumque, quod decretum dicti *cap.* 13. loquitur dumtaxat de examine faciendo ab Ordinario de persona præsentati secundùm *cap.*13. *sess.7.* Et ideò salua remanet institutio pertinens ad inferiores, vt in *cap.9. sess.*25. Et talis præsentatio ad effectum examinis prædicti, virtute huius decreti ita necessariò facienda est ab Episcopo, quod contraria consuetudo, etiam immemorabilis non valeat. Item dictum decretum habet locum in iurispatronatibus acquisitis ante Concilium, sed legitimè, & ideò eorum tituli ostendendi sunt Ordinario, vt videat, an ritè, ac rectè concessi fuerint. Quod si statuto Ecclesiæ, vel in fundatione cautum sit, quod nullus præsentetur, vel nulli conferatur, nisi talis ætatis sit, vel presbyter, tunc nullus poterit derogare illis statutis, nisi Papa; sed hoc cessat quando patronorum accedit voluntas, Abb. *in cap. Cum accessissent, num.5. de constit.* Rebuf. *p.3. sign. num.* 44. *cum seq.* Idemque decretum in *cit. cap.* 13. *sess.*14. loquens de examinandis, & approbandis omnibus beneficiatis, habet locum etiam in illis personis, quæ admittuntur in Ecclesijs receptitijs, vt ex S. Congregatione in Calaguritana. 68

Ex d. autem *cap.9. sess.*25. Sacra Congregatio in Laudensi, Bergomensi, ac alibi censuit, *quod decretum procedit, & qualitates requisitæ attendendæ sunt, etiam si ageretur in possessorio.* 69

Et in Nouariensi. *Beneficia iurispatronatus non possunt conferri consanguineis, & alijs personis prohibitis in constitutione B. Pij V. sub die prima Aprilis* 1568. 70

In Lucana. *Cognoscere de iuribus iurispatronatus patronatum spectat ad Episcopum, quamuis institutio pertineat ad Capitulum.* 71

In Feretrana, Lauden. &c. *Hoc decretum habet locum tam in petitorio, quàm in possessorio; vnde admittenda non est præsentatio, nec facienda institutio, nisi verificato patronatu. Si autem Ordinarius* 72

post

post Concilium cognouit de iurepatronatus, & admisit, non potest patronus repelli, secus si absque causa cognitione admissus esset, & si constat iurispatronatus non habere qualitates requisitas, abrogandum est.

73 In Vercellensi. *Iuspatronatus acquisitum per augmentum tertiæ partis dotis ante quadraginta annos à die confirmationis Concilij numerandos validum est. Si verò est acquisitum intra quadraginta annos, Episcopus, vti Sedis Apostolicæ delegatus, illud examinare debet, & quod non in euidentem factum inuenerit, reuocabit, restitui tamen debet patronis id, quod hoc nomine ab eis datum fuit, prout in fine huius decreti statutum est.*

74 In Vulterana, Placentina & alibi. *Ad probandum iuspatronatus non requiritur, vt simul probetur dotatio, vel fundatio, ac immemorabilis, sed alterutrum sufficit.*

75 In Tudertina. *Iuspatronatus probatum solo documento fundationis sine aliqua præsentatione, non tollitur à Concilio, nisi tantum temporis præteriisset, quantum de iure requiritur ad præscribendam Ecclesiæ libertatem.*

76 In Placentina. *Præsentationes factæ à patronis in beneficijs ante Concilium, fuerunt validæ, siue ex consuetudine, siue ex priuilegio, secus si post Concilium; quandoquidem in hoc decreto sustulit priuilegium, non autem fundationem.*

77 In Tudertina. *Iuspatronatus ex solis præsentationibus continuis vltra hominum memoriam probatur, licèt in eis nulla mentio facta fuerit de fundatione, aut dotatione.*

78 In eadem. *Duæ præsentationes factæ post Concilium à prætensis patronis habent locum in possessorio, non autem in petitorio.*

79 In eadem. *Illa verba: antiquissimum temporis cursum intelliguntur prout de iure.*

80 In Terentana. *Ad conficiendum tempus immemorabile concurrunt anni elapsi vsque ad terminum controuersiæ motæ. Idemque censendum est de spatio quinquaginta annorum, quorum vnum requirit Concilium ad probandum iuspatronatus.*

81 In Taruisina, Cremonen, &c. *Omnes præsentati ab Episcopo sunt examinandi, etiam quod institutio ad inferiores pertineat. Nam Episcopus probare debet, an sint ætate, litteris, & sufficientia idonei, licèt essent alienæ diœcesis, vt d. cap. 13. sess. 14.*

82 Pœnem, Cremonem. *Etiamsi isti inferiores institutores essent Monachi, vel Capitulum, examen præsentatorum ad omnia beneficia iuspatronatus ad Episcopum pertinet.*

83 In eadem. *In beneficijs autem simplicibus, quæ non sunt de iurepatronatus, sed sunt ad collationem inferiorum, examen non est necessarium.*

84 Iacen. Mediolanen. Cremonen. *Adeò verum est, quod in beneficijs iurispatronatus examen est necessarium ab Episcopo fieri, quod procedit etiamsi Capitulum, vel inferiores institutores haberent iurisdictionem Ordinariam in Clericos, ad illa beneficia præsentatos.*

85 In Camerinen. *Illi quadraginta anni numerandi sunt die confirmationis Concilij. Nam licèt à die, quo vellet Ordinarius inquietare super validitate iurispatronatus, essent transacti quadraginta anni, hoc nihil obstat examini. Interea tamen dum fit examen, nullus est in sua quasi possessione turbandus.*

86 In Bononiensi. *Licèt Episcopus possit reuidere vniones à quadraginta annis citra factas, vt in decreto, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, non impeditur tamen, quominus possit id facere, prout iuris fuerit.*

87 In eadem Camerinen. *Iuspatronatus minùs legitimè constitutum Episcopi reuocent, soluto tamen patronis quicquid Ecclesijs ratione augendæ dotis datum fuerit.*

88 Verùm quando non agitur de Ecclesijs exemptis, vel simplicis nullius, sed pleno iure spectantibus ad aliquam Abbatiam, quæ in nullo Episcopatu consistit, tunc illæ sub nullo Episcopo sunt, & in nullius Episcopi territorio, sed in speciali Prouincia Papæ, vt annotauerunt Io. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de priuil. & in cap. Cum contingat, n. 4.* ac Butr. *n. 11. col. 3. propè fin. de for. comp.* certumque est, habere proprium territorium, ac forum, & ius conuocandi synodum speciali Sedis Apostolicæ priuilegio fulcitum, sicut *in d. cap. cum contingat* exemplificat Host. *n. 1.* Io. Andr. *n. 4.* Butr. *n. 11.* Bellarm. *n. 15.* & Abb. *n. 18.* Henric. Boich. *in cap. si diligenti, n. 12. in fin. de præscript.* & *in cap. 1. n. 5. de rapt.* Mantic. *dec. 361. n. 1.* & infra.

Nec dubitari potest de clara earumdem Ecclesiarum comprehensione sub territorio proprio, iure Synodus, cæterisque alijs, si in priuilegio legantur hæc verba: *Nullus autem Episcopus, Ecclesias Monasterio vestro vtroque iure subiectas præsumat interdicere, seu Monachum, vel Clericum eiusdem Monasterij synodare, vel excommunicare audeat, sed per Abbatem eiusdem loci cum opus fuerit regulariter corrigatur.* Quæ verba demonstrant Ecclesias eiusmodi pleno iure Abbati subiectas esse, tam scilicet in spiritualibus, quàm in temporalibus iuxta expositionem Glossæ *in cap. quoniam 21. v. vtroque iure de priuil.* & sic quoad vtramque legem diœcesanam, nempè & iurisdictionem, sicut in præcitato *cap. quoniam* notant Innoc. *vers. Vel quia*, Butr. *n. 5.* ac cæteri scribentes, probantque manifestè, quod dictus Abbas in Monachos, & Clericos ipsi subiectos quoad omnia gerat vices Episcoporum secundùm Glos. *in cap. 1. v. proprij, de reb. Eccles. non alienen.* quam singularem appellat Nauar. *cons. 5. num. 4. de sponsal.* Item si & ista: *Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, ordinationes Monachorum, & Clericorum vestrorum &c. à quocumque volueris Episcopo &c. gratis &c. recipiatis.* Quæ arguunt omnimodam liberationem à diœcesanis, etiam quoad ordines, vt in specie inquit Innoc. *in rubr. de cler. peregr. n. 2. in fin.* subdens, hoc rarissimè concedi. 89

Quæ simul iuncta euincunt, Abbatem huiusmodi in Ecclesijs sibi vtroque iure subiectis habere iurisdictionem quasi Episcopalem cum iure agendi synodum, corrigendi Clericos, concedendi dimissorias, vt ordinentur, & de hoc aliàs, faciendi administrare sacramentum Confirmationis, & alia per quemcumque Antistitem, ei beneuisum, & consequenter illas, quoad Episcopum, esse in, ac de territorio ipsius Abbatis distincto, & separato à diœcesi, quamuis circundentur ex notatis per Glos. *in Clem. 1. §. volumus, v. diœcesani,* vbi Cardin. *n. 8.* Abb. *n. 15.* Vitalin. *n. 4.* Imol. *n. 8. de for. comp.* & traditis à Francb. *in cap. 2. §. statuto n. 12. de constit. in 6.* Gemin. *in cap. Cum Episcopus n. 4. de offic. ordin. in 6.* Balb. *de præscript. p. 5. princ. q. 11. n. 7.* Gratian. *discept. 212. n. 33. & seqq.* ac Rot. coram Clemente VIII. in Salamantina iurisdictionis 9. Martij 1580. coram Brauo *dec. 207. n. 5. p. 2. diu.* coram Bubalo in nullius iurisdictionis 19. Martij 1586. coram Seraph. *dec. 1278. n. 4.* coram Gypsio *dec. 619. & 798. p. 4. diu.* coram Orano *dec. 100.* præsertim *n. 3. & dec. 105. n. 2.* post *2. vol. consil.* Farinac. coram Mantica *dec. 361. n. 2. & dec. 362.* coram Ottembergo *dec. 48. n. 7. & dec. 54. n. 4.* cum *seqq.* & *dec. 55. n. 1. & 2.* post *3. tom.* Tambur. *de iur. Abbat.* coram Vbaldo sen. *dec. 65. n. 7.* post eundem Tambur. ac in nullius iurisdictionis 13. Nouembris 1614. coram Martino Andrea *dec. 54. n. 8.* coram Coccino *dec. 70. n. 2.* post sæpè citatum Tambur. coram Merlino in Pampilonen. iurisdictionis 15. Decembris 1623. coram Pirouano in S. Angeli Lombardorum iurisdictionis 6. Martij 1637. *sub §. secundo principaliter*, coram Peutingero 10. Februarij 1640. *sub §. præbuit*, *cum §. quæ omnia*, cum *seqq.* coram Panzirolo 1. Iulij 1641. *§. Cum ergo*, coram Dunozetto Decano 14. Martij 1642. *in fin.* & coram Eminentiss. Otthobono in Auellina iurisdictionis 4. Iulij 1646. *§. quia in casu, post med.* 90

Ex quibus ad 1. respondetur, vtrumque spectare ad Abbatem, vti habentem in eis territorium proprium, & ius cum solito conuocandi synodum iuxta declarationes S. Congregationis, editas super decreto Concilij Trid. *sess. 24. de refor. cap. 14.* quas referunt, & ad hoc ponderant Garz. *de benef. p. 9. c. 2. §. 1. à num. 129. & seq.* Ricc. *in prax. resol. 361. edit. 2.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 3. disp. 9. qu. 20. num. 2.* cum duobus *seqq.* Massobr. *in prax. hab. concurs. requis. 1. dub. 8. à num. 25.* & tradunt Paris. *de resign. lib. 8. qu. 9. num. 97. & 98.* Anast. Germon. *de indul. Cardin. §. quibusuis num. 18.* Io. Franc. Leo *in thesaur. for. Eccl. p. 2. c. 3. num. 54.* Aldan. *in comp. canon. resol. lib. 3. tit. 9. num. 27. 28. 30.* Barbos. *de offic. & potest. Paroch. c. 2. num. 39. in vlt. edit.* & in *collect. Bullar. v. Abbatia in fin.* 91

omnibus Monasterijs, locis, membris, ac personis dictæ Congregationis cum clausula: *Quorum tenores &c. ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur* habere voluit pro sufficienter expressis cum clausula, *perinde ac si* Archihospitali, & eius membris concessa fuissent &c. communicatio cuio sit generalis, & Congregatio Casinensis sit prorsus immunis quoad omnia eius membra à contributione Seminarij, vt constat ex indulto Pij V. sub anno 1570. decimo Kal. Aprilis, de quo in Bullario Casinensi in ordine 182. *n.* 2. sequitur, quod priuilegium præfatum, licèt fuerit concessum post dictam communicationem, suffragetur Archiospitali, ac omnibus illius membris propter communionem generalissimam, quæ comprehendit etiam futura, & operatur, ac si priuilegium Pij V. concessum Casinensibus fuisset concessum Archihospitali ex vi commucationis, Oldr. *cons.* 300. & Rot. *dec.* 40. *num.* 1. *p.* 4. *rec.* & coram Crescentio. *dec.* 5. *priuil. p.* 2. *diu. dec.* 8. *num.* 5. cum alijs plena manu congestis à Tambur. *de iur. Abbat. disp.* 17. *quæst.* 1. *num.* 17. vbi sub *num.* 19. firmat, quod per dictum priuilegium Pij V. communicans Casinensibus omnia priuilegia Mendicantium, omnia quoque priuilegia Mendicantium censentur communicata Basilianis ob communicationem priuilegiorum Casinensium ad fauorem Basilianorum, factam à Gregorio XIII.

5 Neque obstat, quod ex huiusmodi communicatione lædatur ius Seminarijs, vndè priuilegia non sunt amplianda, & quia communicatio priuilegiorum est potius odiosa, ex quo agitur de subtractione iuris tertij, quo caso clausula generalis non videtur suffragari ad effectum derogandi priuilegio contributionis concesso Seminarijs ex decreto Concilij. Nam respondetur communicationem huiusmodi priuilegiorum emanasse pro fauore: ac quiete Archihospitalis, quo in casu communicatio dicitur fauorabilis, præcipuè quia emanauit motu proprio, atque ex certa scientia, & cum clausula, perinde ac si priuilegia Casinensium essent concessa Archihospitali. Quare communicatio detegitur fauorabilis, atque adeò comprehendit omnia priuilegia concessa Casinensibus, ac stante dictione *perinde*, quæ importat omnimodam qualitatem, ac refertur ad omnes qualitates expressas in priuilegijs communicatis, vt per Barbos. *in dicta dictione num.* 3. & 4. Et quia communicatio priuilegij immunitatis à contributione Seminarij est conformis priuilegijs Archihospitalis supra relatis, & attento Concilij decreto, quod loca Archihospitalis sunt loca Mendicantium.

6 Præterea non applicatur conclusio, quia communicatio à Sixto IV. facta fuit tempore, quo ius hoc Seminario non erat quæsitum. Vndè videtur cessare obiectum, cum priuilegium Pontificis, & si non tollat ius quæsitum, benè tamen potest tollere ius quærendum, Dec. *cons.* 569. *num.* 10. Crauet. *cons.* 135. *num.* 7. Ruin. *cons.* 108. *num.* 4. *vol.* 2. & *cons.* 160. *num.* 8. *vol.* 4. Accedente præsertim obseruantia immunitatis, quæ tanquam interpretatiua vel dictæ communicationis priuilegiorum, vel qualitatis superius expressæ bonorum Prioratuum Archihospitalis, tollendo omnem difficultatem, quæ circa illa oriri posset, tueatur ius Archihospitalis, cum tanta sit vis interpretationis resultantis ex obseruantia, vt præualeat interpretationi iuris, etiam si verior esset, Rot. coram Buratto *dec.* 944. *num.* 6. & *p.* 6. *rec. dec.* 16. *num.* 10.

7 Demùm quia in his Prioratibus non habet locum decretum Trid. *d. cap.* 18. *sess.* 23. Nam in eo decernitur, quod Seminario applicentur fructus mensæ Episcopalis, & Capituli, ac Dignitatum, Personatuum, officiorum, præbendarum, Abbatiarum, & Prioratuum cuiuscumque Ordinis, & Hospitalium, quæ dantur in titulum, vel in administrationem perpetuam. Prioratus autem Ordinis S. Spiritus non dantur in titulum, neque in administrationem perpetuam, vetante id Constitutione Sixti IV. incipit. *Et si vniuersis* sub anno 1470. Septimò Kal. Febr. ibi: *Hospitalia, Præceptoria, membra, loca Ordinis S. Spiritus in Saxia non conferantur, nisi fratribus dicti Ordinis expressè professis ad nutum Præceptoris pro tempore, nec in titulum, vel commendam conferri possint, nec in administrationem*. Quinimmò iuxta Constitutionem 7. Innocentij III. sub §. 2. nunquam fuit à sua erectione datum in titulum, seu administrationem, sicuti iuxta Constitutionem Concilij Viennensis, quæ est inter Clementinas *in cap.* 2. *de relig. domib.* requirit Concilium Trid. *d. cap.* 18. *de ref.* Præfatus ad eius curam destinatus, illud non habet neque in titulum, neque in administrationem, sed duntaxat tanquam Magnus Præceptor Ordinis designatus à Summo Pontifice præest, vti caput Regularium eius regimini.

8 Adde, quod bona horum Prioratuum, tanquam donata à Sede Apostolica Archihospitali subeundi hospitalitatis oneribus, licèt deinde assignata fuerint singulis Fratribus dicti Ordinis S. Spiritus, vti Præceptoribus, non tamen dicendum est, quod fuerint separata à dote, seu mensa Archihospitalis, & dictis Fratribus assignata pro eorum portionibus, vt in puncto firmat Corn. omninò videndus *cons.* 225. *n.* 1. *vol.* 1.

9 Maximè quia cum huiusmodi bona sic diuisa non eriguntur in beneficia separata à tota mensa Archihospitalis, non debent considerari tanquam beneficia ecclesiastica, neque etiam vti manualia, cùm remaneant tanquam bona prædialia, & temporalia dicti Archihospitalis, licèt singulis assignata quoad solam fructuum administrationem, commodioris seruitij causa in præstanda pauperibus hospitalitate, vt subdit Corn. *d. cons.* 255. *nu.* 4. Est autem generale, quod officia etiam in administrationem concessa Regularibus, nullatenus dici possint beneficia Ecclesiastica ex traditis à Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 23. quia verè tunc non continent administrationem iurisdictionalem beneficij, sed duntaxat nudam administrationem fructuum partis bonorum Monasterij, vt in specie Prioratuum Archihospitalis S. Spiritus dixit Rot. in Troiana pensionis coram Pirouano, quæ est decisio 302. *n.* 1. *ac* 2. *p.* 2. *rec.* quam repetit Lezan. *in Mare magno Eremit. S. Augustini* §. 6. *n.* 15.

10 Ex quibus sequitur, huiusmodi bona non teneri ad contributionem Seminarij diœcesis, in qua situm non est Archihospitale, licèt in dictis bonis erecta fuisset Ecclesia, & vulgare id esse colligitur ex adductis à Barbos. *ad d. cap.* 18. *Concilij n.* 15.

11 Vndè non obstat, quod hospitalia teneantur pro beneficijs annexis contribuere Seminario diœcesis, in qua sita sunt beneficia, licèt illa sint extra ipsam. Quia Prioratus, & Præceptoriæ S. Spiritus non sunt beneficia annexa, atque adeò non versamur in casu Concilij, quod sanè probandum est à Seminario tanquam fundamentum suæ intentionis, *l. circa cum, ff. de probat.* sed sunt officia administrandi ea bona, quæ nunquam fuerunt sub dominio alicuius beneficij Archihospitali annexi, sed semper sub dominio Archihospitalis, distributa tamen per eius Administratores in singulas Præceptorias non annexas, sed erectas.

At nihilominùs censeo, huiusmodi Prioratus comprehendi in decreto S. Concilij Trid. *d. cap.* 18. *sess.* 23. *de reform.* atque adeò teneri ad Seminarij contributionem. Nam Concilium ad illud Hospitalium genus se restringit, quæ dantur in titulum, seu administrationem, & vel ratione redditum, vel personarum dicuntur Ecclesiastica, *Clem. quia contingit*, ibique Anchar. *num.* 8. Tob. Nonn. *cons.* 61. *num.* 7. & 8. Zerol. *in prax. Episcop. p.* 1. *v. Hospitale vers.* 10. *dub.* 7. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 77. non autem ad Hospitalia, quæ administrantur à Laicis, & in quibus sunt bona Laicorum, vt in Glos. *d. Clem. v. Altaro, de relig. dom.* Armiadat. *in addit. ad recopil. l. Nauar. lib.* 1. §. 2. *de Hospital. n.* 3. 13. & 15. Barbos. *d. alleg.* 77. Tob. Non. *d. cons.* 61. *n.* 9.

12 Dubitari autem nequit, quin Hospitalia, siue Prioratus S. Spiritus sint Ecclesiastica ex eo præcipuè, quod publicam habeant annexam Ecclesiam, & authoritate Summi Pontificis sint fundata per text. *in cap. de Xenodochijs*, & *cap. Ad hoc, de relig. dom.* ac *in l. priuilegia, C. de Sacros. Eccles.* Cardin. *in d. Clem. quia contingit, in* 4. *notab.* & annotat Innoc. *in cap. Inter dilectos, de donat.*

13 Minùsue inter exceptos ab eodem Concilio Trident. ibi: *non tamen Mendicantium*, connumerati valent.

valent. Quia Concilium excipit Mendicantes, de quibus *in cap.1. §. sane, de relig. domib. in 6. & in cap. quia exeo, in princ.* iun. Glos. *v. alij Mendicantes, de pact.* ij autem dicuntur Mendicantes, quibus regula, vel constitutio interdicit possessiones, siue redditus ad propriam sustentationem, & iocerta mendicitas eis præbet victum per publicum quæstum, *d. cap.1. §. Confirmatos, de relig. dom. in 6.* Glos. *in cap. quorundam, v. Mendicantium*, vbi Archid. & Io. Andr. *de elect. eod. lib. & in cap. vn. v. mendicantes, de excess. Prælat.* pariter *in 6.* Feder. de Sen. *cons.12. num.1.* Bald. *cons.438. num.21. lib.2.* Anchar. *cons.109. num.2.* traduntque Aretin. *in l.1. num.6. ff. de testam.* Rebuff. *super concord. tit. de Regia ad Prælat. nom. fac. §.1. v. mendicantes.* Atqui talis definitio non adaptatur Hospitalibus, seu Prioratibus huiusmodi. Quia multa bona, ac redditus possident, qui licèt in pauperum, ac miserabilium personarum subsidium erogentur, libera tamen eorum possessio & administratio est penes ipsum Hospitale, Felin. *in cap. querelam num.7. de iureiur.* Bartol. *in l. si quis seruo in 2. notab. de furt.* & Gratian. *discept. 291. num. 11.*

14 Quod autem Archihospitale S. Spiritus, cuius membra asseruntur esse Prioratus, sit Ordinis S. Augustini, ac propterea inter Mendicantes relatus *in d. cap.1. de relig. dom.* nullatenus probatur, nec in ipsius fundatione, de qua in diplomate Innocentij III. *in Bullar. tom. 1. constit.7.* id habetur. Neque simplex enunciatiua in priuilegio Sixti IV. emissa aliquid probat ex traditis à Bald. *in l. ad probationem, in fin. C. locati*, Abb. *cons.33. vol.2.* Alex. *cons.36. col. fin.* & obseruant Doctores *in l. optimum, C. de contrah. & commit. stipul.* Præter quod non nisi ex vi priuilegij, seu communicationis inter Mendicantes, de quibus *in d. cap.1. de relig. dom.* adscribi valet, & Concilium excipiendo mendicantes, intelligendum est de Mendicantibus in iure espressis, prout omnis dispositio intelligi debet, *cap. Cum dilectus, de consuet. cap. causam de rescript. l.1. C. de noxal.* Extatque constitutio B. Pij V. sub anno 1570. die vltima Iunij Pontificatus sui anno 5. in qua reuocantur omnia priuilegia, quæ temporalitatem concernunt, concessa quatuor Ordinibus Mendicantium, quæ deinde fuerant communicata Canonicis regularibus S. Augustini Congregationis Lateranensis, S. Saluatoris, S. Crucis Colimbriensis, ac Monachis S. Benedicti Cassinensis, Montis Oliueti, Vallis Vmbrosæ, nec non Congregationis Cisterciensis, & Cartusianæ, ac S. Hieronymi Hispaniarum, & Camaldulensis, ac fratrum militiæ Iesu Christi reformatorum, atque alijs quibuscumque Ordinibus, asserente Pontifice, absurdum esse, eos, qui Mendicantes ex quatuor Ordinibus non sunt, sub Mendicantium huiusmodi colore à solutionibus eximi. Et apparet, Canonicos Regulares, qui sunt Ordinis S. Augustini, & pro talibus appellantur in dicta Constitutione non posse ex hoc prætextu euitare contributionem Seminarijs debitam vigore quorumcunque priuilegiorum etiam Mendicantium ipsis communicatorum. Verba Pontificis summi sunt ista: *Pius Papa V. &c. Romani Pontificis &c. sanè, licèt aliàs nos cupientes Mendicantium Ordines &c. diuersa Concilij Tridentini decreta, quæ ipsis contraria videbantur esse, declarauerimus, variaque priuilegia concesserimus, deinde verò illa omnia ad Canonicos Regulares Ordinis S. Augustini &c. ac etiam Monachos S. Benedicti Congregationis & Ordinis Cassinensium &c. extenderimus &c. ita tamen, vt ipsi à contributione Seminariorum pauperum Clericorum iuxta ordinationem Concilij Tridentini erigendorum &c. minimè exempti essent &c. Attendentes nihilominus tam excommunicatione, & concessione huiusmodi locorum Ordinarijs, Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, alijsque beneficiatis, & personis diuersa inferri præiudicia, quod intentionis nostræ nunquam extitisse, nec esse, quatuor Ordinum Mendicantium priuilegia, quæ temporalitatem concernunt eis communicare &c. cum absurdum sit, eos, qui Mendicantes ex quatuor Ordinibus non sunt, sub Mendicantium huiusmodi colore à solutionibus eximi, motu proprio omnia & singula priuilegia, exemptiones, & alia præmissa, quæ temporalitatem, etiam si sit solutio decimarum, primitiarum, quarta, medietatis, vel alia funerum, & oblationum pars, concernunt, præter, & contra mentem nostram emanasse declaramus.*

Constitutione verò Cœlestini, ac Sixti, quarum vigore prætenditur immunitas à contributione Seminarij, vltra quod per subsecutum Concilium Trident. *d. cap.18.* fuerunt abrogatæ per ea, quæ diffusè tradit Gonzal. *ad reg.8. Cancel. num.25.* attenta præsertim clausula, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, *Clem.1. in fin. de sepult.* Io. Andr. *in cap.1. num.4. de excess. Prælat. in 6.* Bartol. *in extr. ad reprimendum sub num. 11.* Ruin. *cons.163. num.17. & seq. lib.1.* Cum in illis non sit facta specifica mentio Seminarij, ac expresse derogatum huic dispositioni Conciliari, nihil suffragatur, Archid. *in cap.1. num.2. de constit.* Coccin. *dec. 219. num.6. & dec.341. num.2 p.1. rec.* Caual. *dec.247. num.10.* & fuit dictum in Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. coram Corrado. 15

Neque releuat communicatio concessa, etiam quod futura ab eodem Sixto IV. Archihospitalis S. Spiritus priuilegiorum Congregationis S. Iustinæ, cui postea B. Pius V. concessit expresse immunitatem à taxa Seminarij, & consequenter eadem immunitate frui debeat Archihospitale *ad text. in l. asse toto, ff. de hered. institut. l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstrat.* Oldrad. *cons.300. num.8.* Paris. *cons.22. num.8. lib.4.* 16

Quia respondetur primò, quod idem B. Pius V. declarauit, reuocauitque præfata priuilegia, quæ temporalitatem concernunt, vt dictum est. Secundò, quia cum hæc immunitas sit exorbitans à iure, & præiudicialis Seminario, communicatio priuilegiorum ad hæc minimè extendi potest, Rot. *dec.214. num. 4. p.2. & dec.40. num.8. p.4. recent.* quia est in genere, ac perindè non recipit extensionem, vt comprehendere valeat immunitatem à solutione taxæ, quæ tanquam tertio præiudicialis sub generalitate verborum comprehendi non potest, sed speciali nota digna est, prout in simili de exemptione à solutione decimarum dixit Rota cum alijs relatis in Cæsaraugustana decimarum 12. Decembris 1650. coram Meltio, §. *quod autem*, vbi, quod in communicatione priuilegiorum non veniunt ea quæ facilè concedi non solent, nisi de ijs in ipsa communicatione fiat specialis mentio, quæ in hoc casu non extat. Tertiò, quia cum Cassinenses, & aliæ vndecim Congregationes hanc immunitatem obtinuerint titulo oneroso, soluta scilicet Cameræ Apostolicæ ingenti pecuniarum summa, ex sola vi communicationis ad æqualitatem seruandam dici nequit immune Archihospitale, quod nihil omninò soluit. 17

Neque difficultatem facit, quod Sixtus IV. prohibuerit, Prioratus huiusmodi conferri in titulum, seu administrationem, ac proindè versemur in casu excepto à Concilio Tridentino; quodque eorum redditus erogentur in curandis infirmis, ac sustentatione proiectorum, atque adeò contributioni Seminariorum obnoxios non esse, cùm ex ijs, deductis expensis, nihil ad commodum Priorum supersit. 18

Nam quoad primum dicimus in Ordine S. Spiritus, præter hospitalia adesse domos, Prioratus, & beneficia, vt apertè dignoscitur ex citata Constitutione Sixti IV. ibi: *omnia & singula Hospitalia, domos, Præceptorias, Oratoria, Prioratus, Ecclesias, capellas, membra, seu beneficia dicti Hospitalis*, & aduertit Rota in Aquilana Prioratus *dec. 772. p. 1. diu.* Hi autem Prioratus, tanquam Regulares, non nisi eisdem Sanctus Spiritus fratribus conferri possunt, *cap. Cum singula, de præb. in 6. Clement. 1. de suplem. negligent. Prælat.* & quod Prioratus Sancti Spiritus conferantur in titulum, seu admini-

CONSVLTATIO VI.

An adiuncti, siue Coniudices Capitulares teneantur iurare, quando, & in cuius manibus?

1 RESpondeo. Quamuis in S. Concilio Tridentino *cap.6. sess.25. de reform.* nihil disponatur circa iuramentum per Adiunctos præstandum, vnde, si nunquam de consuetudine fuit ab Adiunctis præstitum, non tenentur illud præstare, cum ex hac interpretatiua obseruatione declaratur à Concilio, illud non requiri, neque esse præstandum, vt in specie iuramenti arguit Menoch. *cons. 748. num. 17. & seqq.* cùm tamen ipsi iurisdictionem habeant vna cum Episcopo, & reipsa coniudices vocentur, ac sint, vt in terminis plenè probat, ac tuetur Sarau. *de iurisd. Adiunct. q.3.* vbi testatur, hanc opinionem esse veriorem, respondens obiectionibus, ideò tenentur iurare de ritè, ac rectè exercendo suum officium, ac de obseruando statuta suæ Ecclesiæ, iuxta tradita à Io. Andr. *in cap.1. de his, quæ fiunt à mai. par. Cap.* Gratian. *discept. 564. num. 28.* & iuxta regulam textus in *l. rem non nouam 12. C. de iudic.* cum declaratione tamen, quod præstatio talis iuramenti non sit substantialis pro validitate processus, ac sententiæ ita, vt illo omisso adhuc sententia sustineatur, vt per Bald. *ibid. num.6.*

2 Et licèt hoc iuramentum regulariter præstandum sit tempore acceptationis, vel in principio electionis, quæ fit à Capitulo, quemadmodum cæteri Iudices initio sui officij, vt notatur in *auth. Vt iusiurandum*, ac tradit Grat. *cons.122. num. 9. lib. 1.* Seraph. *priuil. iuram.149. num.2.* Ex quo acceptatio est pars electionis, si tamen tempore acceptationis id facere neglexerint, non idcircò amitterent iurisdictionem sibi concessam, sed tantummodò illius exercitium, sicuti nec Capitulum amittit ius eligendi coniudices, si in exordio anni illos non elegerit ad tradita per Barbos. *in collect. ad d. locum Concilij num.5.* Hinc si contigerit tempore electionis non iurasse, adhuc videtur, non posse tunc Episcopum per se solum procedere: sicuti nequit, quando Capitulum in principio anni Coniudices non elegit, nisi præuia monitione, vt censuit S. Congregatio Concilii, teste Sarauia *q. 13.* Par enim est ratio de non electione, & de non iuramento præstito, ideòque idem ius est seruandum, ex vulg. *l. illud, ff. ad l. Aquil.* Euerard. *loc. 35. à ratione legis* cum aliis per Sur. *decis.286. num.8.*

3 Recipi autem debet à Capitulo, & in eius præstari manibus, siue in manibus personæ deputatæ à Capitulo. Siquidem electio Adiunctorum spectat ad Capitulum iuxta dispositionem Concilii *d.cap.6.* ibi: *Vt Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex capitulo duos.* Præstatio autem iuramenti fieri debet in manibus eligentis, vel personæ ab eo deputatæ ad textum *in Clem. vn. de iureiur. §. Porrò*, ibi: *In manibus dilecti filii Ioannis, &c. Capellani nostri ad hoc specialiter per nos missi, nostro & præfatæ Ecclesiæ nomine recipientis.* Maximè quod Adiuncti in iudicando repræsentant Capitulum. Nam de iure antiquo Capitulum erat Iudex competens in causis arduis, & criminalibus Capitularium, Rota apud Mohed. *decis.2. de for. compet.* vbi subdit, quod neque allegari poterat suspectum, & consonant Canones relati à Lotter. *lib.1. quæst.25. num. 60. & seq.* Barbos. *de Canon. quæst.28. num.1.* & Cardinal. de Lugo. *lib.5. respons. moral. dub.25. num. 11.* Et ex hoc antiquo Canone iure profluxit deputatio Adiunctorum à Concilio ordinata, sicuti annotauit Lotther. *loc.cit. num.62.* & propterea per hanc Adiunctorum deputationem, quoad minus fieri potest, iure antiquo derogatum esse intelligi debet.

4 Neque videtur hæsitandum de facultate Capituli circa delationem iuramenti. Primò, quia in Capitulo præsidet vel Episcopus, vel eius Vicarius Capitularis, qui habet facultatem deferendi iuramentum. Secundò, quia cum agatur de Coniudicibus, siue Adiunctis deputandis per Capitulum, censetur sibi data facultas deferendi iuramentum dictis Coniudicibus de exequendo omnia necessaria pro confectione electionis Coniudicum. Tertiò, quia Capitulum in omnibus actibus Capitularibus, in Capitulo explicandis, prout sunt officiales Capituli, potest illis deferre iuramentum.

5 Neque obstare videtur, quod Episcopus sit Caput Capituli, & quod iuramentum debet fieri in manibus Episcopi Superioris. Quia cùm deputatio Coniudicum spectet ad Capitulum, & in hac parte Capitulum habeat æqualem iurisdictionem cum Episcopo, iuramentum debet præstari in manibus Capituli, in quo, vt dixi, interuenit Episcopus, vel eius Vicarius, qui præsidet Capitulo loco Episcopi, quæ præsidentia sufficit, ex quo agitur de interesse solius Episcopi Capituli, nec Episcopus videtur habere maiorem iurisdictionem, quam habet Capitulum, & in omnem casum iurisdictio Episcopi in hac parte non potest separari à Capitulo, cum deputatio, seu electio Coniudicum sit facienda in Capitulo, & consequenter ibi perficienda, cum sit accessoria ad electionem, & accessorium sequitur naturam principalis dispositionis ad *l. 2. ff. de iurisd. omn. Iud.*

6 Immò neque Episcopus in tali iuramenti receptione se ingerere potest, dum ipse in electione Adiunctorum nullum habet suffragium, sed Capitulum seorsim ab Episcopo eligit, & deputat. Solùm enim in communibus Episcopo, & Capitulo, vtrique iuramentum præstari debet, sed in segregatis, ac diuisis inter eos, iurans vni non tenetur alteri iurare, sicuti distinguendo firmauit Innoc. *in cap. Cùm Clericus 19. num. 2. de verb. signif.* quem sequitur Bellam. *cons. 31. num. 24.* Eòque minus Adiuncti iurare debent in manibus Episcopi, dum vnà cum illo coæqualem iurisdictionem exercent, & ab illius opinione, ac sententia discedere possunt adeò, vt in casu discordiæ eligi debeat tertius ad præscriptum *d. cap.6.* Tridentini.

7 Vel dicendum; supposito quod Adiunctorum iurisdictio censeatur simultanea, siue aggregatiua, quatenus simul Episcopus, & Adiuncti iustitiam administrant in hisce causis criminalibus per ea, quæ tradit Scacc. *de iudic.cap.66. num.4. lib.1.* & Bald. *in auth. habita sub num. 32. C. ne fil. pro patr.* quos ad hanc rem adducit Sarau. *quæst.4.* præcipuè *num.8. & seqq.* non idcircò tenentur accedere ad Palatium Episcopi, & in eius manibus iurare, sed in aula Capitulari, & coram Capitulo, eos eligente ex regula par in parem non habet imperium, *l. nam Magistratus, ff. de Vrb.* Dec. *cons.118. num.16.* & diffusè Tusch. *concl.89. v. Par, tom.6.*

8 Quod facilè admittendum est, etiamsi Episcopus sit in maiori dignitate constitutus. Quia ad hunc effectum oportet, quod vnus habeat maiorem iurisdictionem altero Coniudice, Surd. *cons.47. num.9.* Capye. *decis. 27. num.10. & seq.* Franc. Marc. *decis.52. num.2. lib.1.* In hac autem materia Episcopus non existimatur maior, siue superior, sed par ex Mantica *decis.180. num.1. & 2.*

9 Comprobatur ex verbis Concilii eo *cap.6.* ibi: *Coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut consueto Tribunali.* Statuendo enim locum in fabricatione processus, & in alijs actibus causæ, in cæteris videtur sensisse, vt fiant in Capitulo, seu aula Capitulari, eò magis cum ibi præsideat Vicarius Capitularis, qui Episcopum repræsentat, & eius loco tenet ad *cons.302. num.1.* Feder. de Sen. *& cap.20. n.4. lib.3. var. resol.* Couarruuiæ.

10 Accedit, quod quando contingit dubitari de loco, in quo actus Ecclesiasticus fieri debeat, vel attenditur consuetudo, si adest, vel ea deficiente celebrandus est in Ecclesia, vt obseruant Doctores *in cap. Cùm terra*, speciatim Butr. *num.18. de elect.* sufficitque locus honestus, vt ibidem ijdem aduertunt. Atque ita etiam declarauit S. Congregatio Concilij in Maioricensis die 16. Martij 1652. ad *d. cap. 6. sess. 25. de ref.*

ref. nempè S. Congregatio censuit, Adiunctos à Capitulo electos teneri iurare, nisi adsit legitima consuetudo in contrarium, in loco Capitulari, statim sequuta electione.

CONSVLTATIO VII.

An Episcopus in Ecclesijs parochialibus exemptis tempore visitationis possit etiam inuitis Regularibus conferre Sacros Ordines, ac chrisma, aliaque Pontificalia exercere?

1 NEgatiuè respondendum videtur. Ratio vna, eaque præcipua est, quia Ecclesiæ Regularium sunt exemptæ, vt alibi ostendimus, solùmque hæc exemptio reuocata est per S.Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de Regul. cap.* 11. & per Constit. Gregorij XV. *de exempt. priuileg.* in his, quæ ad curam animarum, & actualem Sacramentorum administrationem pertinent, vt in declarationibus adiectis post *d. cap.* 11. videre est. Collatio autem Sacrorum Ordinum, ac Chrismatis in Ecclesia parochiali Regularium longè excedit facultatem à Tridentino Episcopis concessam; nam est actus iurisdictionis à visitatione Episcopali quoad Curam animarum distinctus. Et licèt ex præscripto eiusdem S.Concilij *sess.* 23. *cap.* 8. *de reform.* Sacri Ordines conferri possint, nedum in Cathedrali Ecclesia, sed etiam in alio diœcesis loco, attamen locus, & Ecclesia huiusmodi debet esse diœcesis dictæ Cathedralis; locus autem exemptus, licèt sit in diœcesi, non tamen est de diœcesi, Rot. *dec.* 207. *num.* 2. *&* 4. *p.* 2. *diu. & dec.* 324. *n.* 3. *p.* 1. *recent.*

2 Quinimmò quoad effectum, vt diœcesanus possit in illo iurisdictionalia exercere, reputantur tanquam extra territorium diœcesanum. Exempti enim non dicuntur de diœcesi, à qua per exemptionem sunt exempti, Cochier. *de iurisd. Ordin. in exempt. p.* 4. *q.* 29. Proindèque locus exemptus iudicatur à pari cum loco extra diœcesim, Martin. Lauden. *tr. de priuil. q.* 60. quem sequitur Cochier. *loc. cit. p.* 2. *q.* 1. *num.* 60. & plenius *d. p.* 4. *q.* 54. *num.* 2. vbi quod locus exemptus non censetur esse de territorio, seu de diœcesi Episcopi, & quod comparari soleat loca extra territorium, ac non posse Ordinarios in his locis exemptis licèt sitis in suis diœcesibus, iurisdictionem exercere eo modo, quo illam exercere non possunt in alia diœcesi, Cochier *p.* 5. *q.* 84. *n.* 1.

3 Quamobrem sicut Ordinarius confirmare, ac ordinare non potest suos subditos in diœcesi aliena ex Trid. *sess.* 6. *c.* 5. *de reform.* vbi habetur, quod nulli Episcoporum liceat cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantùm, si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & ab eo ordinati ab executione ordinum sint ipso iure suspensi, illosque in dicta aliena diœcesi confirmando peccat mortaliter, & incurrit suspensionem ab exercitio Pontificalium, vt per Castropal. *tom.* 3. *tract.* 20. *disp. vn. pun.* 9. *num.* 8. & sicut etiam Archiepiscopus non licet in diœcesi suorum Suffaganeorum absque eorum licentia confirmare, Quintanaduegn. *de septem Eccles. Sacram. tr.* 2. *sign.* 13. Ita neque ea facere potest in locis exemptis.

4 Et in specie, quod Episcopi non possunt in locis exemptis Ordinationes Sacras celebrare, nec Confirmationis Sacramentum administrare, plenè probat Tambur. *de iur. Abb. tom.* 1. *disp.* 15. *num.* 10. ca ex antiquioribus Canonistis adducta ratione, quod dictæ Confirmationis ministerium habet mixturam iurisdictionis, Peytin. *de priuil. Minim. tom.* 1. *Constit.* 26. *Leonis X.* §. 147. *n.* 45. & Dian. *resol. mor.* 109. *p.* 3. *tr.* 2.

5 Ac notandum, quod Pontificalium nomine, veniunt actiones propriæ Ordinis Episcopalis, vt collatio Ordinum, consecrationes vasorum, Ecclesiarum, Virginum, & Chrismatis confirmatio, & benedictio vestium, & corporalium, Sanch. *consil. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 50. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 29. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 6. *num.* 5. Item omnes actus Sacerdotales, quatenus exercentur cum apparatu Pontificali, idest Mitra, & Baculo, Sayr. & Barbos. *ibid.* Et aiunt Doctores, incurrere Episcopum in pœnam Tridentini, etiam conferendo primam tonsuram; quia, inquiunt, venit nomine Pontificalium, Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 29. Salzed. ad Diaz *cap.* 26. *lit.* *A* Sanch. *d. cap.* 1. *dub.* 50. *num.* 2. cum alijs, estque communis, quamuis aliqui contrarium teneant, vt Henriquez *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. eamque sententiam probabilem ait Bonacin. *tract. de suspens. in partic. quæst.* 1. *punct.* 12. *num.* 2. sed improbabilem ait Sanchez *loco allegato.*

Quoad vsum verò Pontificalium in ordine ad cęremonialia supradictæ visitationis à Cęremoniali Episcoporum præscripta, non denegatur, quia illa ad solum visitationis effectum exercere valeat. At quoad illorum vsum in signum auctoritatis, & per modum habentem mixturam iurisdictionis non videtur concedendum, cum de iure prohibeatur, Gratian. *in addit. ad decis. March.* 113. *num.* 11. *& discept.* 467. *num.* 27. *& seqq.* Et quando adest speciale priuilegium exemptionis non posse Ordinarios in locis exemptis Pontificalia exercere, admittit Rot. *dec.* 238. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* & firmat Cochier. *p.* 5. *quæst.* 21. *num.* 4. qui etiam *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. pluribus citatis ait, quod Episcopi in locis exemptis, nisi inuitati mitra vti non possunt, nec generaliter Pontificalia exercere ex ipso Tridentino *sess.* 6. *cap.* 3. *& sess.* 14. *cap.* 2. *de reform.* Vndè S. Congregatio super Episcopis 26. Nouembris 1602. declarauit, quod Episcopus in Ecclesijs exemptis se se non debet in aliud ingerere, nisi in approbandis Sacerdotibus ad curam animarum. Et in nullius Putineani 20. Augusti, ac 1. Octobris 1601. quod Episcopus, cui conceditur facultas ordinandi, vel dandi dimissorias exemptis, non ideò potest exercere Pontificalia in eorum locis exemptis, nisi ab ipsis inuitatus, nec ibi affigere edictum Ordinationum, nisi de ipsorum consensu. 6

Quæ eò faciliùs admittenda videntur, si hæc nouitas ab Episcopis introducatur, cui cùm sæpè sit causa discordiæ, Sacri Canones resistunt, *cap. Cum consuetudinis, de consuet. cap. quod dilectio, in fin. de consangu. & affin.* Ias. *in l. In rebus, num.* 2. *de constit. Princip.* Rebuf. *in repet. rubr. de rescript. num.* 25. *vers. Item in rebus omnis nouitas præsumitur mala*, Ias. vbi supra *num.* 5. etiam inuitis, & contradicentibus ipsis exemptis, qui tenentur suas exemptiones defendere etiam in foro conscientiæ, vt ex Nauar. *cons.* 15. *num.* 6. *de præb.* tradit Cochier. *d. par.* 5. *quæst.* 89. 7

At nihilominùs affirmatiuè respondeo. Pro quo aduertendum est, locum exemptum ab Episcopi iurisdictione posse trifariam dici. Primò impropriè, & per accidens, cùm ratione tantùm personarum exemptarum dicitur exemptus, vt ferè omnia monasteria Regularium. Verè enim loca illa sunt in, & de diœcesi Episcopi, & Prælatus regularis habet iurisdictionem in personas sine territorio, Rodriq. *quæst. regul.* 59. *ar.* 1. *tom.* 2. Suarez *de censur. disp.* 5. *sect.* 4. *num.* 6. Filiucius *tract.* 11. *num.* 149. Salas *de legib. disp.* 14. *sect.* 6. *num.* 85. In multis tamen casibus, etiam in Regulares exemptos iurisdictionem habet, vt Henriquez *lib.* 7. *c.* 24. *num.* 2. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 74. cum pluribus *seqq.* 8

Secundò modo dicitur locus propriè exemptus, quando Prælatus Episcopo inferior habet in eo loco plenam iurisdictionem Episcopalem, vt plurimùm eum cum temporali coniunctam, sed est intra fines Episcopatus alicuius, seu diœcesis, Rot. *p.* 1. *rec. dec.* 683. Episcopus tamen habet etiam ibi iurisdictionem in multis casibus, vt per Seraph. *dec.* 311. 9

Rot. *diu. par.* 1. *dec.* 744. Gonzal. *glof.* 43. *num.* 190.

10 In loco igitur exempto fiue primo, fiue fecundo modo Epifcopus dicitur effe, vt in propria diœcefi, & refidens in diœcefi fua, Gonzal. *a.Gloff.* 43. *num.* 187. & poteft ibi exercere Pontificalia, & Cathedram habere, iuxta tamen *Clem.* 2. *de priuileg.* Cathedram tamen ad modicum tantùm tempus ibi habere debet, quia non debet mutari fine caufa, *c.placuit vt nem.in* 7. *q.* 1. Gemin. & Franch. *in cap.Cum Epifcopus, de offic. Ordin. in* 6. Gonzal. *n.* 192.

11 Non poteft autem Epifcopus in loco exempto fecundo modo exercere iurifdictionem contentiofam, feu tribunal erigere per *cap.Cum Epifcopus, de offic. ord. in* 6. Rot. *diu. dec.* 145. *num.* 1. *par.* 2. *tom.* 1. fecus in loco exempto primo modo, vt per Rodriq. *vbi fupra*, Salas, & Filiucius *ibid.* & communem ait Suarez *loco citato.*

12 Tertio tandem modo dicitur locus nullius diœcefis, quando fcilicet Prælatus loci habet Epifcopalem iurifdictionem in fubditos Clericos, & Laicos loci, & locus non eft intra fines alicuius diœcefis, fed inter diuerfas diœcefis, vel in extremo, verbi gratia ad littus maris, & dicitur habere propriam, feu particularem diœcefim, vt declarat Rot. *dec.* 683. *per tot.* Et quidem in fauorabilibus venit nomine diœcefis, & Prælatus continetur nomine diœcefani, at in odiofis non venit, fed venit nomine Ordinarij loci, Cochier *lib.* 1 *queft.* 1. *num.* 7. *& feqq.* Epifcopus ergo in hoc territorio nullam habet iurifdictionem, nifi in tribus cafibus, fcilicet quoad vifitationem; nam vifitatur talis locus à viciniori Epifcopo, Trident. *feff.* 24. *cap.* 9. *reform.* Et quoad licentiam, & cognitionem fuper caufa extractionis reorum è loco Sacro ex Conftitutione Gregorij XIV. Et tertio in cafu prefcriptę iurifdictionis, vel priuilegij, Rot. *diu. par.* 2. *tom.* 1. *dec.* 207. *num* 5.

13 Ex quibus apparet, quod Epifcopus, fi fe ingerat contra iura in loco nullius, primò incidit in fufpenfionem latam à Tridentino contra exercentem Pontificalia in aliena diœcefi, & in excommunicationes latas in Concilio Lateranenfi in Bulla Cœnę Domini, & Tridentino, ac ita in terminis de fufpenfione tenet Cochier *lib.* 2. *q.* 1. *n.* 7.

14 Si autem fe ingerat in loco exempto primo, vel fecundo modo contra iura, tunc fecundo incurrit in excommunicationem latam in Tridentino, & in Bulla Cęnę contra vfurpantes iurifdictionem Ecclefiarum. Si tamen fe ingerat, non vt ad illum actum tantùm, fed animo acquirendæ, vel prætendendæ iurifdictionis talis in genere, feu ad vniuerfitatem caufarum, nullam fufpenfionem incurrit exercendo Pontificalia in illis locis, immò licitè poteft exercere.

15 Ratio autem huius refolutionis defumitur ex argumento *cap. Refponfo* 43. *de fent. excommun.* Vbi ex conceffione baptifmi tempore interdicti Pontifex interpretatus eft intelligi, conceffum effe chrifma, quod ex Gloffa eft, quafi quoddam complementum baptifmi. Ergo ficut Epifcopus tanquam primus Parochus poteft proculdubio baptizare in Ecclefijs parochialibus Regularium, ita etiam & confirmare, ac chrifma conficere, *arg. cap. quoniam* 19. *eod. in tit.* 6. Atque ita declarauit S. Congregatio Concilij. Cum enim quæfitum fuiffet primò, *an Eminentiffimus Epifcopus Brixienfis in Ecclefia parochiali Monachorum exemptorum poffit adminiftrare Sacramentum Confirmationis, inuitis ipfis Regularibus? Secundo & quatenus poffit, an contra eofdem Regulares impedientes dictam adminiftrationem valeat cenfuris procedere?*

16 *Sacra Congregatio, re pluries propofita, & maturè examinata, vtraque parte informante, affirmatiuè ad vtramque dubitationem refpondit 9. Iunij* 1657.

17 Eadem videtur effe ratio quoad Ordinationes. Nam cum Epifcopus tanquam vniuerfalis Parochus fuę diœcefis poffit fuo gregi Sacramenta miniftrare, poterit quoque ordines conferre in Ecclefia parochiali Regularium, quæ ratione adminiftrationis Sacramentorum, ac populi illi fubiecta eft, faltem in ordine ad Sacramenta.

Non obftant in contrarium adducta, quia fortè locum 18
habent in Ecclefiis Regularium, quæ non funt parochiales, de quibus alio in loco à nobis dictum eft. Et quidem cùm Epifcopi fępiffimè conquerantur aduerfus nonnullos Regulares, qui vel in concernentibus curam animarum, quam ipfi in feculares perfonas exercent, illorum iurifdictionem ftudiosè declinare fatagunt, aliquas eorum querimonias infrafcriptis dubitationibus, ac refolutionibus concludere non ab re effe putaui.

Et primò. *An Epifcopus, feu Vifitator ab ipfo depu-* 19
tatus, pofsit vifitare Parochos, etiam regulares Monafteriorum, etiam Ordinis Cifterclenfis S. Benedicti, Carthufianorum, etiam quantumuis exemptorum, qui exercent curam animarum perfonarum fecularium in parochijs in fua diœcefi exiftentibus, licèt illa Monafterijs exemptis fint annexa, incorporata, aut de iurepatronatus, non obftantibus priuilegijs dictorum Monafteriorum, & ab illis procurationem habere?

Secundò. *An Monachi prædictorum Monafteriorum,* 20
quantumuis exemptorum iuxta limites Diœcefis ad Curam animarum perfonarum fecularium expofiti, fubeffe debeant iurifdictioni, vifitationi, & correctioni diœcefani Epifcopi quoad dictam curam, & exceffus extra clauftra commiffos?

Tertiò. *An Parochi prædicti, etiam Regulares Mona-* 21
fteriorum, vt fupra, quantumuis exemptorum, pofsint curam animarum exercere in dictis Parochijs fine approbatione ipfius Epifcopi?

Quartò. *An fub nomine Epifcopi præcisè veniant Ab-* 22
bates, prout ipfi fe iactant, vel etiam fub nomine Ordinarij in Bullis nominatis in fubiecta materia?

Quintò. *An prædicti Parochi, etiam Religiofi Mo-* 23
nafteriorum exemptorum, vt fupra, vocati ad Synodum teneantur venire, & mandata Epifcopalia accipere circa ea, quæ pertinent ad dictam curam, pariterque facta propria diœcefis populo denunciare, & celebrare, iubilæa, & alia mandata Apoftolica ab ipfo diœcefano Epifcopo accipere?

Sextò. *An prædicti, vt fupra teneantur Sacrum Chrif-* 24
ma, & olea accipere ab Epifcopo diœcefano, cui pofsit conftare nouis, an veteribus, vel nullis, nifi ordinarijs, vel communibus vtantur?

Septimò. *An prædicti vt fupra, teneantur Cathedra-* 25
ticum quotannis iuxta vfum diœcefis, pariterque iura Epifcopalia, quoties res feret, portionefque pro Seminario iam erecto debitas ex dictis Parochijs, licèt Monafterijs exemptis vnitis?

Octauò. *An Abbates, & alij Prælati regulares in* 26
Parochijs, vbi habent iufpatronatus acquifitum, vel ceffum à Laicis, quibus in hoc fuccedunt, teneantur Epifcopo diœcefano præfentare Sacerdotes feculares, vt antea laici tenebantur, an vero pofsint fubftituere Monachos, eofque pro libitu, non falutato D. Ordinario, remouere, & fic Epifcopis iurifdictionem, & reliqua iura fubtrahere?

Nonò. *An Epifcopus, fiue eius officialis pofsit Religio-* 27
fos prædictos exemptorum monafteriorum, vt fupra, per cenfuras Ecclefiafticas ad obedientiam in præmiffis compellere?

Sacra Congregatio Concilij in Paffanienfi iurif- 28
dictionis de prima Octobris 1661. ita refpondendum cenfuit.

Ad 1. *Affirmatiuè quoad primam partem. Et quoad* 29
fecundam etiam affirmatiuè, nifi adfit fpeciale priuilegium.

Ad 2. *Affirmatiuè. Et quoad exceffus feruetur Con-* 30
cilium c. 14. *de regular.*

Ad 3. *Negatiuè.* 31

Ad 4. *Abbates non venire fub nomine Ecifcopi.* 32

Ad 5. *Affirmatiuè in omnibus.* 33

Ad 6. *Affirmatiuè.* 34

Ad

35 Ad 7. *Etiam affirmatiuè.*

36 Ad 8. *Item affirmatiuè.*

37 Ad 9. *Affirmatiuè in omnibus quibus subijciuntur ob curam animarum, nisi habeant speciale priuilegium.*

CONSVLTATIO VIII.

1 *An in Ecclesijs Monasteriorum Regularium secularizatis, in quibus exercebatur per Monachos cura Animarum, sicuti etiam nunc exercetur per Sacerdotes seculares, spectat apponere œconomum, occurrente illarum vacatione, ad Episcopos, an ad Abbatem, cui subijciuntur cum eisdem priuilegijs, & exemptionibus tamen consuetis, & non contrarijs Sacris Canonibus, Sacri Concilij Tridentini Decretis, & Apostolicis Constitutionibus, & coram quo sit faciendus concursus?*

2 *An Episcopus possit corrigere, ac punire Curatos, ac Monacos secularizatos, aliosque Clericos possidentes beneficia in supradictis Ecclesijs ob delicta ab eisdem commissa, & præcipuè in his, quæ pertinent ad curam Animarum, & Sacramentorum administrationem?*

3 *An Curati præfatarum Ecclesiarum teneantur accedere ad Synodum Diæcesanam Episcopi, vel potius ad Synodum dicti Abbatis?*

4 *An Rectores, seu Capellani dictarum Ecclesiarum possint audire confessiones secularium, etiam de casibus Episcopo reseruatis absque eius licentia?*

5 *An ad Episcopum pertineat concedere dimissorias pro ordinandis Clericis dictarum Ecclesiarum?*

6 *An Episcopus possit visitare clausuram Monialium existentium in supradictis Monasterijs, vel in eis saltem exercere iurisdictionem vti Delegatus Apostolicus, ac etiam Confraternitates Laicorum, quæ habent altare in præfatis Ecclesijs?*

7 *An Episcopus possit visitare dictas Ecclesias, & in eis exercere pontificalia, & præcipuè Sacramentum confirmationis administrare?*

8 *An ad Episcopum spectet cognitio causarum validitatis iurispatronatus Laicalis, & honestatis personarum præsentatarum ad beneficia in dictis Ecclesijs existentia? In quibus resoluendis plura in explicationem Tridentini obiter adducuntur.*

1 RResolutio horum, ac huiusmodi dubiorum maximè pendet à duobus. Primò, an probetur, quod Ecclesiæ, de quibus agitur, existant intra fines Episcopatus. Secundò, an ex literis suppressionis, & secularizationis eædem Ecclesiæ effectæ fuerint proprium territorium adeò, vt amplius non sint, neque in diœcesi, neque de diœcesi. Addi potest tertium, an per secularizationem exemptionis, quæ antea concessæ fuerant Regularibus, adhuc durent quoad Clericos seculares subrogatos in Ecclesijs, olim subiectis eisdem Regularibus.

2 Quod attinet ad primum, earum existentia intra fines satis probari poterit ex actibus iurisdictionalibus per Episcopum gestis, visitando, mittendo prædicatores, instituendo in beneficijs, aliaue plura exercendo, quæ certè concludunt ad hunc effectum, vt in decisionibus coram Pegna, & Artrebatensi, quas sequitur Rota *dec.* 3 tn. præsertim ante *num.* 3. in congestis ad tractatum Postij *de manut.* & aliàs sæpè. Item probatur ex enuntiatiua Summi Pontificis, vt in simili probari existentiam monasterij sub diœcesi Episcopi, dixit Rota in Beneuentana iurisdictionis 13. Maij 1652. §. 1. & 27. Ianuarij 1653. in princ. coram Zarate, & Montis Casinensis iurisdictionis 27. Martij 1651. §. ex quibus coram Bichin.

Quod ad secundum. Ex quo quælibet Ecclesia præsumitur esse in aliqua diœcesi, Rot. *dec.* 324. *num.* 2. *& dec.* 681. *n.* 1. *in fin. p.* 1. *rec.* ac passim alibi, & fortiùs quando alius Episcopus in eadem iurisdictionem non prætendit, contendens contrarium tenetur quidem probare, vel loca esse nullius, vel fuisse constitutum territorium separatum iuxta plenam decisionem Buratti 188. *n.* 1. cum binis sequentibus. Vnde si præfatæ Ecclesiæ sunt in diœcesi, dicuntur esse illius, non autem nullius, & sic in illis Episcopus habet assistentiam iuris, vt per Rot. *dec.* 683. *n.* 1. *p.* 1. *& dec.* 41. *num.* 1. *p.* 5. *rec.* & in Brixien. Iurisdictionis 11. Aprilis 1639. coram Carillo. Etenim quæ sunt nullius, non sunt in diœcesi, nec de diœcesi, quia hæc aliàs implicant, vt declarat Rot. *dec.* 207. *num.* 2. *p.* 2. *diu.* & latiùs *dec.* 324 *num.* 1. *circa fin. p.* 1. *recent.* Et ad hoc vt efficiantur proprium, ac separatum territorium, probandum est, quod omnis iurisdictio, quæ Episcopo in dictis locis competebat, fuerit ab eo totaliter abdicata, & in Abbatem, siue Commendatarium translata iuxta Glos. *in Clem.* 1. §. *volumus, v. diœcesani, de for. comp.* cum pluribus alleg. *in dec.* 54. Martin. Andreç *sub n.* 4. Hęc autem probatio non potest elici ex literis suppressionis status Regularis, si non contineant expressè huiusmodi abdicationem, & translationem. Nàm tacitè, ac virtualiter ex verbis *supponimus, & subijcimus, & earum futuros Priores, Canonicos, Clericos, & alios, eisdem inferuientes visitationi, correctioni, & omnimodæ iurisdictioni Commendatarij pro tempore existentis*, deduci non potest. 3

Tum quia licèt Monasterium mutet statum de regulari ad secularem, non icircò mutat subiectionem, cum remaneat Ecclesia subiecta illi, cui antea subijciebatur, licèt in alijs mutet mores, vt inquit Abb. *in cap. dilectus num.* 9. *de Capel. Monach.* vbi testatur de communi, & ait, esse valdè notandum. Quare verba illa tribuendo ius visitandi, & corrigendi, ne sint otiosa, aut debent intelligi de subiectione, & correctione quoad ea, quæ præcisè concernunt curam animarum, aut non sunt priuatiuè ad Episcopum. Quia ad hunc effectum opus esset, vt in suppressione, & erectione cautum fuisset, quod Episcopus non posset visitare, stante quod ius visitandi potest competere cumulatiuè, nec intelligitur datum priuatiuè, Greg. XV. *dec.* 4. *num.* 5. *& seqq. & dec.* 8. vbi ad rem allegantur declarationes S. Congregationis Concilij. Vndè semper censeri debet concessum cumulatiuè tantùm, vt minùs lædatur auctoritas Episcopi, & recedatur à S. Concilio. Seraph. *dec.* 1067. *num.* 3. Et gratia non sit intelligenda, vt deroget iurisdictioni alterius, sed vt cumulet, Bero *cons.* 22. *num.* 25. *&* 29. *ac seqq. lib.* 1. estque regula desumpta *ex l.* 1. *C. de offic. Præf. Vrb.* quam latè explanat Surd. *cons.* 56. *num.* 19. *ac per tot.* 4

Atque hinc est, quod Vrbanus VIII. postquam concesserat exemptionem cum eorundem verborum forma sub anno 1632. monasterio S. Mariæ de Rambona nullius siue S. Seuerini diœcesis, cuius Episcopus contendebar sibi monasterium subiectum esse, vt eius plenæ libertati consuleret, cognoscens ex verbis illis satis prouisum non fuisse, iussit expediri alias Literas sub anno 1641. in quibus Commendatori, eiusque successoribus pręuia narratiua, & confirmatione exemptionis eiusdem monasterij, personis, bonis, Ecclesijs à se, ac suis Prædecessoribus tributa, à quacumque Ordinarij loci iurisdictione, de extinctione litis posthac excitatę per Episcopum S. Seuerini, prætendętem se, nisi ordinaria, saltem delegata auctoritate à S. Concilio Tridentino sibi concessa, posse monasteria quæcumque exempta visitare, motu proprio, & ex certa scientia Cardinali Abbati, & perpetuis Commendatarijs iurisdictionem Ecclesiasticam in monasterijs prędictis, ac in bona, personas, Ecclesias &c. priuatiuè, quoad Episcopū S. Seuerini & quemuis alium loci Ordinarium, etiam vti Sedis Apostolicæ delegatum vigore decretorum dicti S. Concilij Tridentini ita, vt nullam omninò iurisdictionem, seu actum iurisdictionis in monasteria, bona, personas, & Ecclesias &c. quacunque de causa vnquam exercere, seu prætendere possit, concessit, & impertitus 5

fuit. Ex cuius indulti contextu Rota in dicta oullius, seu S.Seuerini parochialis dixit Monasterium, & loca exempta cum suis membris, & Ecclesijs, licèt essent de diœcesi Episcopatus S. Scuerini, per illud tamen fuerunt ab eo subtracta, & translata in Abbatem Commendatarium, & effecta territorium superatum, vt legere est in decisione coram Beuilaqua 12. Ianuarij 1660.

6 Sed demus aliquando, quod sub prædictorum verborum forma, atque exemptione veniant omnes illi, qui in eis numerantur, non tamen venit populus; qui in dictis Ecclesijs recipit Sacramenta, & qui non viuit intra earundem Ecclesiarum ambitum, sed in Oppidis, & Castris diœcesis, quę nullibi constat Summum Pontificem voluisse à diœcesi Episcopi dimembrare, & alteri tribuere. Certa enim iuris propositio est, quod per exemptionem Ecclesiæ, non dicitur exemptus populus quoad curam animarum per textum expressum *in cap. per exemptionem de priuil. in 6.* ad quem omnes Canonistæ, & tradit *dec.* 324. *p.* 1. *rec.* & in Tullensi matrimonij 26. Iunij 1648. coram Ghislerio, & *dec.* 218. coram Royas, & in Toletana coram Beuilaqua 27. Ianuarij 1662. Atque adeò remanet sub iurisdictione Episcopi. Quia omnia, quæ per priuilegia iurisdictionis Episcopo expresse non adimuntur, illi censentur reseruata, & remanent sub eius iurisdictione, Rota *dec.* 324.*n.*4.*p.*1.*rec.*

7 Cùm itaque exemptio sit restricta ad Ecclesias, Clericos, & Clerum &c. non potest extendi ad populum, & consequenter non potest constituere territorium separatum, ac nullius, vt in terminis exemptionis, quæ respicit Ecclesiam, & Clerum, quod non comprehendat curam animarum, & populum, sed solùm liberat a lege diœcesana, quæ consistit in recipiendo cathedraticum, decimas, ac similia, non autem a lege iurisdictionis circa administrationem Sacramentorum, firmauit Rota in d. Tullensi matrimonij 15. Ianuarij 1653. coram Albergato §. *minus officit*; & in specie exemptionis monasterij a iurisdictione Episcopi, quod non importet exemptionem populi, nisi sit specialiter dictum, resoluit Rota *dec.* 28. *n.* 15. *p.* 9. *rec.*

8 Et quamuis Pontifex videatur eximere à iurisdictione ordinaria Episcopi, & ex hoc Abbas, vel Commendatarius dici posset Ordinarius exemptorum; quia tamen non soluitur territorium à iurisdictione Episcopi, hic remanet Ordinarius de iure singulari, & nunquam Abbas, vel Commendatarius appellatione Ordinarij veniet, nisi in materia ipsis adaptabili, ac sine Episcopi præiudicio, vt per Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 24. *n.* 100. *cum seqq.* & *q.* 115. *n.* 11. vbi firmat, quod adhibenda est distinctio inter exemptionem simplicem sine populo, & plenam cum populo. Nam in primo casu, nihil per eam censetur detractum iurisdictioni Episcopali, etiamsi aliàs Ecclesię pertinerent ad præsentationem Regularium, tamen præsentatur Rector Episcopo, vt ab eo, tanquam vniuersali Parocho suæ diœcesis recipiat curam, & institutionem authoritatiuam, sine qua impossibile est curam in hoc casu exercere.

9 Sicque stat simul Ecclesias huiusmodi esse amplissimè exemptas ita, vt impropriè dici possint nullius quoad liberam collationem beneficiorum, visitationem, & alia in litteris exemptionis expressa, populum tamen remanere subiectum Episcopo, ac dici de ouibus ipsius, non autem Prælati Ecclesias possidentis, Forma etenim præscripta per Concilium Tridentinum, & per Constitutionem B. Pij V. circa prouisiones parochialium non spectat prouisionem Ecclesiæ materialis, sed regimen, & administrationem populi; ideòque ad Episcopum, cui oues incumbunt, pertinere debet inquisitio de subordinato pastore, à quo oues eius regendæ sunt, an scilicet ab eo benè, anue male spiritualia pascua eis præbeantur. Quæ ratio est infallibilis; per quam, non data omnimoda separatione totius territorij, in quo populus viuit, est impossibile euitare Episcopi iurisdictionem, ac superioritatem.

10 Eòque magis quando Pontifex procedit per modum secularizationis, & translationis. Secularitatio enim, & translatio nihil aliud importat, nisi surrogationem in locum Ordinis regularis absque vlla prorsus mutatione in reliquis, retenta exemptione eodem modo, quo prius aderat, vt declarat Abb. *in cap.* 2. *n.* 9. ibique Innoc. *num.* 4. *de Capel. Monach.* ac fusè Ripa *resp.* 3. *num.* 22. *de elect.* Surrogatus autem sapit in omnibus naturam eius, in cuius locum est surrogatus, vt ad hanc rem dixit Rota *dec.* 225. *num.*2. *cum seqq. p.* 5. *rec.* addens, quod per secularizationem Pontifex nihil aliud præter qualitatem regularitatis censetur mutasse. Quod confirmauit coram Merlino *dec.* 547. *n.*5. & in Barchinonem administrationis 6. Iunij 1640. coram Em. Cerro.

11 Immò licèt per litteras exemptionis separatum fuerit territorium a diœcesi Episcopi, & constitutum denuò in statu nullius, adhuc tamen locum haberet dispositio S. Concilij Trid. *sess.*24.*cap.*9.*de ref.* Quod expressè loquitur non solùm de locis exemptis, verùm etiam de ijs, qui nullius diœcesis esse dicuntur. Et ita pluries declarasse S.Congregationem Concilij refert Barbosa ad d. locum Concilij, ac dixit Rota *dec.*207.*n.*3.*p.*2.*diu.* & *dec.* 396. *n.* 1. & 3.*p.*1.*rec.* & *dec.*501.*n.*1. & 5. *p.*2.*rec.* in citata Beneuentana iurisdictionis 13. Maij 1652. §. *Vnde* coram Zarate.

12 Quo casu nulli dubium est, quod Episcopus saltem vti Sedis Apostolicæ delegatus in vim S. Concilij Trident. *sess.*7. & 21. vtrobique *cap.*8. & *sess.*24.*cap.*9.*de ref.* possit prædictas Ecclesias visitare, ibique alios actus iurisdictionales curam animarum concernentes exercere, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, etiam ab immemorabili tempore præscriptis, vt sæpè dixit Rota, præcipuè *dec.*207.*num.*3.*p.*2.*diu.* cum alijs congestis per Add. ad Buratum *dec.* 578. *num.* 18. Potest enim esse simul, quod Episcopus non possit tanquam Ordinarius iurisdictionem exercere, obstante exemptione, at nihilominùs habeat locum dispositio S. Concilij, quod in locis quomodolibet exemptis etiam nullius procedat tanquam Sedis Apostolicæ delegatus. Cùm igitur in his Ecclesijs deficiant requisita essentialia, nempe proprium territorium segregatum, & extra alienam diœcesim, ac iurisdictionem in Parochianos, & homines loci, ideò subiacent Episcopo, Rot. *d.dec.*207.*n.*2. Gratian. *discept.* 112.*n.*28. & per *tot.* Cochier. *de iurisd. Ordin. in exempt. q.* 44. *num.* 3. & 4. *p.* 5.

13 Neque obstat decisio 234.*p.* 4. *rec.* quia ibi omne ius fuerat abdicatum ab Episcopo Squillacensi, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus. Neque decisio 203. *p.* 7. *rec.* cùm ibi fuerit comprobatum territorium S. Gulielmi membrum Abbatis Generalis Montis Virginis esse segregatum à diœcesi Episcopi, ex quo Abbas exercebat in eo omnimodam iurisdictionem, etiam contra subditos, & sic fuit dictum, territorium S. Gulielmi haberi extra diœcesim Episcopi.

14 Et quod ad tertium negatiuè resoluendum videtur, vt in specie firmat Vuamez, *de iur. Pontif. cons.* 62. *num.* 2. & *seqq.* ex pluribus regulis, & præcipuè quod ea, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *l. de ætate*, §. *ex causis*, *ff. de interrog. act.* & propter temporum varietatem variant humanæ constitutiones, *cap. sciendum d.* 29. *cap. non debet de consangu.* & *affin.* Neque debent exemptiones extendi vltra suos limites, *cap.*1. *de priuil. in* 6. Neque aliter intelligi, aut accipi, quàm rebus sic stantibus, *l. quod seruus*, & ibi Doctores, *ff. de condic. caus. dat.* Et qualitas superueniens rei, vel personæ efficit, vt dispositio antiqua cesset in illa re, vel persona, *l. Cum quis*, ibique Castr. *ff. de solut.* Nec priuilegium extendi potest ad personam, de qua tempore priuilegij non fuit cogitatum, *cap. Cum persona, de priuil. in* 6. Addo textum *in cap. Abbate* 25. *ad fin. de verb. signif.* vbi tandiù priuilegium datum

Mona-

Monasterio locum habet, quandiù ibi viget obseruatio regularis, vt ibi notant Innoc. alijque Canonistę, ac in nostris terminis hunc, atque alios textus adducit Rebuff. *cons. 105. n. 2. & seq.*

15 Confirmatur hoc idem ex ipsa secularizatione, in qua contineri solet clausula cum eisdem priuilegijs, & exemptionibus tamen consuetis, & non contrariis Sacris Canonibus, sacrique Concilii Tridentini decretis, & Apostolicis Constitutionibus. Ergo voluit Pontifex concedere omnia priuilegia, & exemptiones, non tamen à potestate Ordinariorum. Quia quoad istam pugnat manifestè cum S. Concilio Constantiensi sub Martino V. *sess. 43.* in quo prohibita fuit concessio exemptionum, & cum Lateranensi sub Leone X. *sess. 10. §. Exemptiones autem*, ac cum Tridentino, vt mox apparebit. Vndè non fuit pręiudicatum Episcopo in iuribus sibi, S. Concilio, ac Constitutionibus competentibus. Quia hic est effectus huiusmodi clausularum, vt nihil inducant, sed præseruent in suo pristino esse, sicuti ponderat Gemin. *cons. 108. post princ. num. 1. & 2.* Cassador. *dec. 2. num. 3. de reseruat.* Pegna *dec. 554. n. 7.*

16 His pręlibatis, ad primum respondetur, appositionem Oeconomi in hisce Ecclesiis curatis, dum vacant, spectare ad Episcopum, tam inspecto iure communi, Burr. *in cap. Cum vos n. 7. de offic. Ordin.* Innoc. *in cap. 1. num. 5. vt Eccles. benef. sin. aliq. dimin. confer.* Mantic. *dec. 107. num. 6.* quàm vigore Concilii Trident. *sess. 24. cap. 18. de reform.* ac ibi, *non obstante quacunque exemptione*. Et censuit S. Congregatio Concilii in Aquileiensi 14. Iunii 1569. ac in Taruisina his verbis: *Cum vacauerint beneficia curata Abbatis prouisioni spectantia, Episcopus Ordinarius loci edicta concursus proponere debet, & Abbas collationem facere approbato ab eodem Episcopo, & examinatoribus Ordinarij. Idemque obseruandum si Patriarcha, seu alij habeant collationem parochialium existentium in aliena diœcesi. Et in hoc casu deputatio Vicarij, donec prouideatur parochialis de Rectore, ad Episcopum, in cuius diœcesi parochialis est, cum congrua arbitrio suo fructuum portionis assignatione spectabit.*

17 Et quoad secundam partem dubii constat ex eodem Tridentini decreto, concursum fuisse Episcopis, ac eorum Vicariis commissum, illumque esse de iurisdictione, ordinaria, firmauit Rot. *dec. 41. sub n. 9. p. 5. rec.* ita, vt non possit ab inferiori fieri, nisi concurrant illa tria requisita, de quibus Garz. *de benef. p. 9. c. 2. §. 1. num. 121. & seqq.* ac Mantic. *dec. 218. num. 5.* & eadem S. Congregatio in Legionen. nempè si monasterium verè sit nullius diœcesis, Abbas habeat ius congregandi Synodum diœcesanam, & solitus sit eam congregare, poterit facere ea, quæ continentur *in d. cap. 18. sess. 24.* Vndè eius Sacra Congregatio in Firmana, & Montis Alti sub die 17. Ianuarii 1643. dum oretenus fuit peritum suum votum à Commendatario, dubitauit de validitate præteritorum concursuum, ideòque consuluit, facto verbo cum Sanctissimo, eos conualidari, & in futurum deputari Examinatores, donec lis terminetur.

18 Ad secundum ex dictis sequitur, correctionem, & punitionem Parochorum, quoties delinquunt in concernentibus curam Animarum, & Sacramentorum administrationem spectare ad Episcopum, ac eius Vicarium, nedum ex Concilio Trident. *sess. 6. c. 3. & sess. 14. c. 4. de refor.* ac *sess. 25. c. 11. de Regular.* vbi expressè decernitur; *In Monasterijs, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, personæ tam regulares, quàm seculares huiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi sunt sita.* Sed etiam *ex cap. Licet, & cap. Irrefragabili, de offic. Ordin. cap. de persona 11. q. 3.* & eassumit Lopez ad Diaz *in pr. crimin. c. 2. vers. punire*, Barbos. *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 127. num. 29.* ac etiam ex Constit. Gregorii XV. *Inscrutabili*, & ex Constitutione Pii IV. §. 5. quæ est 10. in Bullario Cherubini, amplians iurisdictionem Episcopi residentis etiam contra Regulares extra Monasterium degentes. Et constat etiam ex sequentibus declarationibus ad *d. c. 11. sess. 25.*

In Tergestensi. *In Monasterijs virorum, seu mulierum, in quibus male spiritualia administrantur, Episcopi vltra admonitiones, alia etiam remedia adhibere possunt.* 19

In Puntin. *Parochiales Ecclesiæ vnitæ Monasterij, quæ sunt capita Ordinum, sed sunt extra dicta Monasteria, possunt ab Episcopis visitari.*

In Laudensi. *Episcopus nullam iurisdictionem habet etiam in seculares Sacerdotes, curam animarum exercentes in ijs Monasterijs, in quibus eorum Generales Sedem Ordinariam habent.* 20

In Legionensi. *Episcopus potest visitare Ecclesias curatas quibuscumque Regularibus Monasterijs vnitas, preterquam in casibus exceptis in hoc decreto. In Ecclesijs vero vnitis Religioni Ierosolymitanæ seruandæ sunt Bullæ Pij V.* 21

Squillacensi. *Ecclesiæ, in quibus Abbates habent iurisdictionem Episcopalem, ab Ordinarijs visitari non possunt. Si autem Abbates hanc iurisdictionem non habent, possunt ab Ordinariis visitari personæ, ibi curam animarum exercentes, ac etiam ipsæ parochiales Ecclesiæ, quas ipsi Abbates possident.* 22

Cæsaraugustana. *Quid possit Archiepiscopus in Ecclesiis curatis vnitis Religioni Ierosolymitanæ liquet ex c. 8. sess. 21.* 23

Sarzanensi, Lunensi. *Parochiales Ecclesias vnitas Monasteriis, quæ habent iurisdictionem, & personas ibi curam exercentes possunt Ordinarii quoad ea, quæ ad curam pertinent animarum, visitare, in hisque Parochialibus possunt à Superioribus regularibus Capellani ad nutum amouibiles deputari, dummodò ab Episcopo approbentur.* 24

Portugalliæ. *Hoc decretum habet locum etiam in Monasteriis, quibus animarum cura imminet, licèt sint subiecta Militia Regni Portugalliæ.* 25

Regulares, curam animarum exercentes in Monasteriis possunt ab Ordinariis visitari, non autem ipsa Monasteria, præter ea loca, & res, quæ pertinent ad curam animarum. 26

Dum loquitur de visitatione personarum, quæ curam animarum exercent, debet intelligi etiam de punitione eorum, si delinquunt in rebus, quæ pertinent ad curam animarum. 27

Ad 3. Respondetur, Curatos præfatarum Ecclesiarum teneri accedere ad Synodum diœcesanam Episcopi, ex S. Concilio Trident. *sess. 24. c. 2. de ref.* etiamsi Parochiales possent dici exemptæ. Nam Synodus Episcoporum dicitur de iure diuino instituta, & in ea Curati rationem sui officii reddere debent, vt fusè prosequitur Rebuff. *cons. 164. à num. 6. & seqq.* Vgolin. *de offic. Episc. cap. 48. §. 1.* & Tambur. *de iur. Abbat. lib. 1. disp. 24. q. 4. num. 4. & 5.* vbi etiam ampliatur in Abbatiis, & Parochialibus nullius Diœcesis. 28

Ad 4. respondetur, quod quando loca sunt in diœcesi, Episcopus habet intentionem fundatam, quod nemo admitti possit ad confessiones secularium audiendas, nisi præuia approbatione à se facienda, vt ex Tridentin. *sess. 23. cap. 15. de ref.* & ex *Clem. Dudum §. ac inde*, vbi alii, *de sepult.* ac Rot. *dec. 655.* præcipuè *num. 2. p. 4. rec.* confirmata coram Cardin. Panzirolo, ac proinde requiritur licentia ad absoluendum à casibus reseruatis ex copiosè traditis ab Vgolino *loc. cit. cap. 36. §. 1. & seqq.* ac patet ex sequentibus declarationibus *ad d. cap. 15.* Concilii, etiam quoad Reguleres, vbi quoque obiter alia. 29

Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 21. prohibuit Regularibus audire confessiones, nisi fuerint approba- 30

probati ab Episcopis, cuius subditos absoluere vellent. Eadem iurisdictio super Regulares etiam in locis exemptis existentes competit Episcopis, etiam quoad Olea Sacra illis distribuenda.

31 Congregatio super Episcopis, & Concilii censuit. Regulares ad audiendum in Ciuitate, & diœcesi secularium confessiones, semel ab Episcopo prauio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos. Cæterum a Successore posse vtique examinari iuxta Constitutionem Pij V. datam 8. idus Augusti anno 6. quæ à Gregorio XIII. non est reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini. Quod extenditur ad Sacerdotes seculares.

32 In Forosemproniensi. Monachi exempti in Monasterijs, & locis, in quibus iurisdictionem temporalem, & spiritualem habent, confessarios, & concionatores eligere non possunt sine approbatione, vel examine ab Episcopo intra cuius diœcesis fines loca sita sunt.

33 In Toletana. Hoc decretum habet locum etiam in presbyteros secularibus subiectis Prælatis etiam exemptis, dummodò sint in diœcesi. Item Sacerdotes Ierosolymitanæ Militia, si non sunt Parochi, non possunt audire confessiones, nec alia Sacramenta administrare, nisi ab Episcopo sint approbati.

34 In Materana. Commendatarij Abbatiarum in ijs, quæ spectant ad approbandum Sacræ confessionis ministros se interponere non debent, sed hanc cognitionem, & curam Episcopo, vti Ordinario, cui huiusmodi data est facultas ex hoc Concilij decreto relinquere. Die 22. Ianuarij 1569.

35 In Reatina Vicario Apostolico. Quod Confessarij Regulares, qui confessiones audiunt Regularium tam mulierum, quàm fratrum, non possunt ab Episcopis cogi ad examen ex hoc decreto, si tamen ad tales confessiones audiendas deputati fuerint à superioribus Regularibus, die 29. Ianuarij 1574. ex S. Congregatione super Episcopis.

36 Eadem S. Congregatio. D'ordine di Papa Gregorio XIII. comando a tutti i superiori di Regolari di Roma, che scriuessero per tutti li Conuenti, e Monasteri, che si leuasse l'abuso d'ascoltare le confessioni nelle celle de' Conuenti, e Monasteri, etiandio che le celle hauessero le crati, che rispondessero in Chiesa, e'l Confessore stesse di dentro, die 25. Augusti 1575.

37 In Cremensi. In risposta quanto al decreto, che niun confessore, etiamdio approuato dall'Ordinario, possa nel tempo Pasquale vdir le confessioni d'alcuno senza licenza del proprio Curato, vi si dice che non si dee osseruare in modo alcuno, poiche assai sodisfa all'obligo suo il penitente, portando al Parocho la fede d'essersi confessato da persona approuata. E questo basta in tutti gli altri luoghi. Facendosi anche sapere, che se alcuno costi hauesse opinione, che le confessioni fatte ad vn Regolare approuato fussero nulle, o i confessori fossero sospetti, caderà nell'errore contenuto nell' Estrauagante di Giouanni XXII., che comincia *Vas electionis*. Eadem S. Congregatio super Episcopis die 3. Aprilis 1584.

38 In Camerinensi Vicario. Si è riferito a questi miei Signori Illustrissimi, quanto scriuete circa i Frati Mendicanti, e in risposta vi si dice, che quando essi non sono atti ad esser approuati assolutamente per vdire le confessioni, non si debbono in modo alcuno ammettere ad tempus. Perche oltre non si debbano ammettere a carico di tanta importanza persone ignoranti, si dà loro occasione di esercitarsi più negli studi; e se vi sono poi di quelli che sono atti, e riescono nell' esame, dee concedersi loro licenza di confessare non determinata, ma assoluta; e generale, che così comanda il decreto del Concilio. E se bene si ha da caricar la coscienza degli esaminatori nell'esame, tuttauia è vfficio del Vicario vedere bene, che non si faccia torto agli esaminati, nè meno si approuino ignoranti; poiche dall' vno patiscon danno, e dishonore le Religioni, e dall' altro si causa detrimento all' anime. E piaciuta poi la diligenza, che quando i Regolari confessano infermi debbano auisare i Curati, acciocche possino prouedere all' anime di quanto farà loro bisogno. Die 7. Martij 1585.

39 Vbi non adest copia Confessariorum peritorum potest Ordinarius approbare ad tempus, sed absolutè. Vbi vero adest copia debent approbari. Congregatio Episcop. Patriarchæ Veneto die 15. Martij 1594.

40 In Lucana, Episcopo, quod mandet omnibus Confessarijs tàm Regularibus, quàm Secularibus, quod intra vnum, aut plures dies postquam Confessiones ægrotorum audiuerint, in scriptis faciant fidem Curato de tali confessione 4. Februarij 1586. Congreg. Episcop. & pro Minoribus Obser. 17. Iunij 1602. & pro Conuentualibus 1. Iulij 1606. & in Senogallien. 26. Augusti 1616. & pro omnibus Regularibus 13. Septembris 1641. & 21. Septembris 1645. ac 8. Octobris 1649. & 7. Ianuarii 1650. Quod Romæ præcipitur sub pœna suspensionis ipso facto audiendis confessionibus sine nouo examine, & approbatione ex decreto *Visitationis Apostolicæ*.

41 In Gerundensi. Quod pro licentiis exercendi curam animarum, confessiones audiendi, & earum reuocatione nihil prorsus soluatur, eadem Congregatio super Episcopis anno 1588.

42 Congregatio Concilij censuit, confessionem eius esse nullam, qui omnia Sacerdoti non approbato ab Ordinario confessus est peccata sua, ignorans eum non esse approbatum. Et licet verè coram Deo sit absolutus, attenta eius bona fide, tamen cum sciuerit eum Confessarium non esse approbatum, teneri confessionem reiterari.

43 Congregatio super Episcopis. V. S. non permetta in modo alcuno, che i Tertiarij si confessino, se non a quelle persone, che sono state ammesse alle confessioni da lei, etiamdio che siano Frati, perche niuno dee confessare senza l'approuatione dell'Ordinario. Facendo intendere inoltre a' Tertiarii, che habitano nelle case loro, che s'ingannano pensando, che tutti quelli, che hanno l'habito di Tertiario, si debbano senz' altro, quando muoiono, sepellire nella Chiesa de' Frati, se essi non si sono eletta quella sepoltura, e gli faccia capaci che non hanno tanti priuilegi, quanti forse si persuadono, come si può vedere nel Concilio Lateranense vltimo nella sessione vndecima. Nè meno è vero, che ogn' vno che lascia morendo d'esser vestito con l'habito di Tertiario, ò di Frate, perciò debba esser sepellito nella Chiesa de' Frati, se non hanno mostrato più che chiaramente la loro volontà circa la elettione della sepoltura, ma douranno esser portati doue di ragione sarebbono andati senza quell' habito, die 23. Nouembris 1582.

44 *Prælati regulares, seù alii Religiosi confessarii non possunt audire confessiones secularium, qui sunt de familia, aut deseruiunt ipsorum Monasterijs absque approbatione, vel licentia Episcopi, Congregatio super Episcopis die 14. Augusti 1568.*

45 Ratio autem est, quia non omnis Sacerdos est sufficiens Minister Sacramenti pœnitentiæ. Est de fide definitum in Concilio Trident. *sess.* 14. *cap.* 3. & *cap.* 10. *de pœnitent.* & traditur communiter cum D. Thoma *in* 4. *d.* 19. *quæst.* 2. *ar.* 3. & probatur, quia Sacramentum pœnitentię est per modum iudicij, in quo iudicatur conscientia pœnitentis. Ergo requirit, quod pœnitens sit subditus Sacerdoti; quia iudicium non potest exerceri, nisi in subditos. Ergo Sacerdos, qui non habet subditos non potest ministrare validè hoc Sacramentum. Hinc absolutio non potest conferri, nisi subditis, aliàs est inualida ex Tridentino *d. sess.* 14. *cap.* 7.

46 Itaque approbatio Confessariorum pro locis exemptis pertinent ad Episcopum, intra cuius diœcesim existunt loca exempta, non autem ad Prælatum loci ex adductis, quibus addo Constit. 18. Gregorii XV. *Inscrutabilis*, iuncta declaratione S. Congregationis. Immò Vrbanus VIII. *constit.* 12. quæ incipit: *Cum sicut accepimus*, reuocauit omnia priuilegia quibuscunque concessa, confessiones secularium audiend. absque examina-

minatione, & approbatione Ordinarij. Vndè reuocatum remanet priuilegium concessum à Sixto V. Congregationi presbyterorum secularium S. Mariæ de Vallicella Vrbis, atque alijs, siue principaliter, siue per communionem, quod approbati semel in Vrbe, non indigeant iterùm ab Ordinarijs approbari, sed sufficiat se coram eis præsentare, Dian. *p.3. tr.2. resol.* 123. & à Gregorio XIII. religiosis Societatis Iesu, vt semel approbati, & à Superioribus expositi possunt excipere confessiones fidelium, dum per alias diœceses pertranseunt. Et die 8. Maij 1610. omnes Cardinales Sac. Congregationis Concilij eius fuerunt sententiæ, vt confessarij extraordinarij ab Episcopo approbati ad Confessiones audiendas, siue sint regulares, siue seculares, nullo pacto eas audire possint extra diœcesim Episcopi approbantis, quamuis confitentes sint eidem Episcopo subiecti. Quod etiam procedit in Parochis, præcisa consuetudine. Vnde cum Episcopus Ciuitatis Plebis supplicasset per Sac. Congregationem Concilij declarari, an Parochus alienæ diœcesis possit absque eiusdem Episcopi licentia in diœcesi Ciuitatis Plebis confessiones audire? Eadem Sac. Congregatio 19. Ianuarij 1641. respondit, non posse; estque contra Suarez *disp.28. de pænit. sect.4. num.28.*

47 Quod verò ad casus reseruatos probatur. Quia peccatum reseruatum extrahit pœnitentem omninò à iurisdictione confessarij inferioris. Vndè ex Tridentino *d. sess.14. cap.7.* Sacerdos inferior extra mortis articulum nihil potest in casibus reseruatis. Et liquet ex sequentibus declarationibus.

48 In Neapolitana. *Cardinali Archiepiscopo. Cum à Sac. Congregatione Cardinalium, qui præpositi sunt decretis Concilij Tridentini interpretandis Illustrissima Amplitudo tua quæsiuerit, an Regulares ex priuilegijs à Sede Apostolica impetratis, præsertim autem ex eo, quod Mare magnum vocant, possint in ijs casibus, quos sibi Episcopus reseruauerit, absoluere confitentes. Sanctissimus D. N. de sententia Congregationis censuit ex facultatibus per hoc Mare magnum, aliaque priuilegia Regularibus concessa, datam non esse eis potestatem absoluendi in casibus Episcopo reseruatis. Neque etiam id possunt vigore cuiuscumque Societatis, seu Confratriæ quomodocunque hactenus priuilegiatæ, nisi post Concilium Tridentinum confirmatio in specie super absolutione casuum, ac censurarum facta fuerit, aut nominatim alicui Societati talis facultas data sit à Sede Apostolica post Concilium.*

49 In Oscen. Tarraisen. & Veronen. *Neque Mendicantes, neque Iesuitæ, neque alij vigore Maris magni possunt absoluere à casibus reseruatis.*

50 In Cremonensi. *Præpositus exemptus debet abstinere à casuum reseruatorum absolutione tam quoad Laicos, quàm quoad Clericos.*

51 In Mediolanensi. *Confessarij habentes ex priuilegio Sedis Apostolicæ facultatem absoluendi à nonnullis maioribus casibus Sanctissimo reseruatis, non possunt absoluere à casibus, quos Episcopus sibi reseruat.*

In Veronensi. *Pœnitentiarius non potest absoluere à casibus reseruatis, nisi de licentia Episcopi.*

52 *Regulares absoluentes Laicos excommunicatos à canone, aut à sententijs Synodalibus, incurrunt ipso iure excommunicationem Romano Pontifici reseruatam, Clem. Religiosi, de priuileg.*

53 Qui absoluunt à casibus reseruatis in Bulla cœnæ, incurrunt eandem sententiam excommunicationis, & alias pœnas, prout in dicta Bulla.

54 Alia apud alios. Vide Thesaurum de potestate absoluendi à casibus, &c. & censuris &c. & Constitutionem Clementis X.

55 Ad 5. Affirmatiuè ex decreto S. Concilii Trid. *sess.23. cap.10.* & constat ex his declarationibus.

In Marsicana. *Dare literas dimissorias ad Ordines Clericis nullius diœcesis, illosque ordinare, non ad Abbatem eorum Superiorem, quamuis Abbatialis iurisdictio intra fines plurium diœcesum existat, sed ad Episcopum, intra cuius diœcesis fines sunt ordinandi. Quod si non constat, tunc dare literas spectat ad Episcopum viciniorem, aliter promoti sunt suspensi, & ministrantes irregularitatem incurrunt, & pœnas Constitutionis Sixti V.*

56 In Farfensi. *Commendatarius Abbatiæ habens iura Episcopalia, non potest concedere literas dimissorias.*

57 Clarissimè autem ex sequenti decreto. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, Priorem, Abbatem, aliumue Episcopo inferiorem, etiamsi iurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem habeat, non posse literas dimissorias suis subditis secularibus concedere, sed id pertinere ad Episcopum, intra cuius diœcesis fines consistunt, vel si nullius diœcesis fuerint, ad viciniorem Episcopum, ad eumque spectare eisdem personis ordines conferre, atque ad hanc Ordinum collationem, vbi promouendos qualitatibus requisitis idoneos esse compererit, deuenire posse, etiam absque testimonio, & fide eorum superioris. Quod si Episcopus maluerit ipsius Superioris testimonium, & fidem ante collationem ordinum requirere, debere vtique eas dare Episcopo requirenti. Ad dignoscendum verò, quis sit vicinior Episcopus, attendendum esse vicinitatem Cathedralis Ecclesiæ, atque Abbatiæ, Prioratus, alteriusue non autem territorij. Planè nulli Episcopo licere in locis Abbatiæ, Prioratus, alteriusue loci nullius ritè aliquos ordinare sibi subiectos, vel alios, literas dimissorias suorum Ordinariorum habentes, nisi de licentia Abbatis, vel Prioris, quasi Episcopalem iurisdictionem habentis.*

58 Et quidem ex *d. cap.10. sess.23.* Abbates, & alii Prælati, quantumuis exempti, intra fines alicuius diœcesis consistentes, etiamsi dicantur nullius diœcesis, item Collegia, & Capitula quæcunque, etiam Ecclesiarum Cathedralium, Literas dimissorias Clericis secularibus, vt ab aliis ordinentur, concedere non possunt, sed hæc omnia facere, vel concedere pertinet ad Episcopos, intra quorum diœcesis fines existunt, non obstantibus priuilegiis, præscriptionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus. Aliàs promoti vigore talium dimissoriarum incurrunt in pœnas latas ab eodem Tridentino *sess.7. c.10. de reform.* idest, vt in minoribus ordinati non gaudeant priuilegio clericali; in sacris autem ordinati sint eo ipso suspensi ab executione Ordinum ad beneplacitum proprii Episcopi supradicti. Concedentes autem tales dimissorias contra formam huius decreti, ab officio & beneficio per annum sunt ipso iure suspensi. Adde quod ordinans vigore talium dimissoriarum prohibitarum incurrit suspensionem à collatione ordinum per annum, quia ordinat alienum subditum sine licentia proprii Episcopi, vt ex *c. Episcopus 7. quæst. 1.* vbi Turrecrem. *cap. eos, qui de temp. ordin. in 6. cap. fin. eod. tit.* pariter *in 6.* ex Trid. *sess.23. cap.8.* Quæ censura non requirit præsumptionem, sed sufficit ignorantia crassa, vel supina. An autem procedat contra conferentes minores ordines, an tantùm Sacros, lege Dian. *resol. 194. tr.4. tom.2.*

59 Quod autem dicitur de Capitulis, intelligitur, Sede non vacante, quando ex priuilegio, vel consuetudine, aut præscriptione prætendunt dimissorias posse concedere. Vel quando habent territorium, & iurisdictionem priuatiuè ad Episcopum, vt declarauit Sac. Congregatio, & pœnæ contra concedentes dimissorias hic intelliguntur extensæ, non solùm ad Capitula, & Collegia, sed etiam ad Abbates & Prælatos supradictos, vt Tolet. *lib.1. c.49. §. quinta* Sayr. *lib.4. c.13. num.5. de censur.* Intelligitur autem illa pœna suspensionis ab officio, & beneficio procedere contra Prælatos, & singulares personas, concedentes dimissorias huiusmodi. At Capitula, & Collegia incurrunt interdictum ex Trident. *sess.7. c.10.*

60 Immò etiam de iure communi *ex cap. Cum nullus de temp. ordin. in 6.* Prælati existentes intra fines alicuius diœcesis, non possunt concedere dimissorias, nisi ex

priui-

priuilegio Papæ speciali. Verùm si Prælatus aliquis habet propriam diœcesim cum iurisdictione, scilicet Episcopali, poterit etiam hodie dimissorias concedere, non obstante decreto Tridentino, quod non intrat in tali casu. Ita Campanil. *rubr.9.c.8. num.4.* Sanchez *opusc. lib.7. c.1. dub.21. num.6.* & infra, ac alibi. Vndè quoties Prælatus esset ordinarius priuatiuè ad Episcopum, habens ius visitandi, & congregandi Synodum, tunc poterit concedere dimissorias, vt Barbos. *alleg.7. num.*8. cum alijs præallegatis, quæ dc rebus alibi fusè.

61 Ad 6. Pariter affirmatiuè *ex cap. 8. sess. 22.* Concilij Trid. vbi loquitur etiam de locis pijs priuilegio munitis, traditque Barbos. *de potest. Episc. p.3. alleg.102. num.5. & 6.*

62 Ad 7. Affirmatiuè quoque quoad primam partem respondendum est ex eodem Trid. *sess. 21. cap.8. & sess.24. c.9. de reform.* quæ decreta loquuntur etiam de Ecclesijs exemptis, statuitque quod eadem etiam in ijs Ecclesijs secularibus obseruentur, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur, vt ab Episcopo, cuius cathedralis Ecclesia est proximior, si id constet; aliòquin ab eo, qui semel in Coucilin prnuinciali à Prælato loci illius electus fuerit, tanquam sedis Apostolicæ delegato visitentur, non nbstantibus priuilegijs, & consuetudinibus quibuscumque, etiam immemorabilibus. An etiam loquantur de Regularibus? Dic quod monasteria etiam regularia visitat Episcopus, si sint commendata, dummodò in eis non vigeat regularis obseruantia iuxta *cap.8. sess.21.* Si verò vigeat obseruantia regularis, & tunc quoad principalia loca monebit iuxta illum textum; quo verò ad membra secularia per Clericos seculares regi solita, quæ subsunt dicto capiti regulari, visitabit Episcopus. Ita pluries fuit dictum, nisi dicta membra pendeant immediatè à capite, & sint eiusdem regulæ iuxta notata *in cap.11. sess.25. de Regul.* & licèt alij codices conciliares legant, *si id possit*, vera tamen lectio est, *si id constet*, & ita S. Congregatio censuit in Conuersanensi 16. Ianuarij 1570.

63 *S. Congregatio decreuit, quod Collegiata nullius diœcesis debet visitari à viciniori Episcopo, tanquam Apostolicæ Sedis delegato.* Sic de alijs beneficijs nullius diœcesis statuendum est, vt visitentur à viciniori Episcopo. Id tamen ab eodem faciendum est solùm in capite, & nnu in membris ex Congregationis sententia, licèt contrarium reperiatur decisum in vna Feltrensi.

64 Sanè olim regulariter omnis Ecclesia in diœcesi subiecta erat Cathedrali, lap. *alleg.68. ad fin.* nisi speciali priuilegio ab eius iurisdictione eximeretur, Glos. *in c. omnes Basilicæ 16. qu.7.* Hodie autem in casu huius textus Concilij non prodest exemptio, vel si sint nullius diœcesis vide *cap.3. sess.6. & cap.14. sess.7.* cuius decretum comprehendit etiam Regulares militiarum Regni Pnrtugalliæ, qui de licentia Magni Magistri extra Mnnasterium legunt, quamuis sint exempti, ac permittit, quod Præpositus exemptus possit conueniri prn causis ciuilibus coram Ordinario loci, si in Bulla exemptinnis, aut in alijs literis Apostnlicis non reperitur delegatus aliquis Iudex in partibus. Vide etiam *c.4. sess.14. de ref.* in quibus exemptiones tnlluntur. Equites tamen Hierosnlymitani, quatenus beneficia curata nnn nbtineant, non possunt ab Ordinarin visitari, vt censuit S. Congregatio per Bullam B. Pij V.

65 Visitator verò eligendus est à Prælato illius loci, qui visitandus est, non autem ab alio. Et licèt disponatur de visitatione, idem tamen non procedit inuocatione ad Synodum. Quia Rector nullius non potest cogi inuitus venire ad Syuodum prnximioris Episcopi, prout consuluit Nauar. *cons.11. p.1. lib.1. de offic. ordin.* Archipresbyteratus tamen, qui est nullius diœcesis debet visitari à viciniori Episcopo, & si habeat Ecclesias inferiores sibi subiectas pari ratione visitabuntur ab eodem Episcopo, vt aliàs fuit resolutum per dictum textum Concilij *c. 9. sess.24.*

66 An autem hæc exemptio comprehendat Episcopos, qui ordinario iure obtinent Ecclesias in aliena diœcesi, quas ab immemorabili tempore possident, S. Congregatio valdè dubitauit pro affirmatiua, si appareat titulus Ecclesiæ exemptæ, secus si sit pars Episcopatus. In Ecclesijs verò secularibus, quæ nullius diœcesis esse dicuntur, & de Episcopo viciniori non constat, eligi debet visitator in Concilio prnuinciali à Prælato illius loci, qui est visitandus. Ecclesia autem seculares exempta nullius diœcesis ab Ordinario viciniori visitanda est 11. cal. Martij 1566. in Senensi. Et electio facta à Prælatis nullius diœcesis pro visitatinnibus ligat successores 25. Aprilis 1573. in Medinlanensi. Episcopus autem vicinior Ecclesijs exemptis, quæ regulares sunt, visitare non potest, cum Concilium in citatn loco de secularibus tantùm expresserit, vt in Britennrien. 7. Nouembris 1573. Seculares tamen, quarum collatio ad Abbatos spectat, visitare poterit, 11. Ianuarij 1574. Episcopusque vicininr habens facultatem visitandi ex eodem decreto Tridens. *cap. 9.* Ecclesiam parochialem secularem nullius diœcesis, habet etiam facultatem emendandi, corrigendi & puniendi tam in capite, quàm in membris ex quauis causa, vt in Sarsinatensi, & testatur Franc. Leo *in thes. for. Eccles. p. 2. c.2. num.74.*

67 Et quatenus etiam huiusmodi Abbas posset habere territorium separatum diœcesi Episcopi ex priuilegio, & per consequens dictæ Ecclesiæ dici nullius, tamen Ecclesiæ etiam nullius possunt visitari ab Ordinario minori, aut ab illo, in cuius diœcesi reperiuntur, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, & consuetudinibus iuxta dispositionem Concilij *d. sess.24. c.9.* Barbos. *de potest. Episc. p. 3. alleg.74. à num.5.* & Rot. *dec.501. num.1. ac 5. p.2. rec.* vbi testatur ita fuisse resnlutum à S. Congregatione Concilij ac nos supra. Quod verò ad secundam partem alibi ad disquisitionem vocauimus.

68 Ad 8. Etiam affirmatiuè ex dispositione eiusdem Sac. Concilij Trident. *sess.24. cap.12. & 13.* quod procedit, etiamsi institutio spectaret ad Abbatem, cum semper cognitio validitatis, seu inualiditatis iurispatronatus spectet ad Episcnpos, vt in in declaratinnibus expressis *ad cap.9. sess.25. de reform.* nntandumque, quod decretum dicti *cap. 13.* loquitur dumtaxat de examine faciendo ab Ordinario de persona præsentati secundùm *cap.13. sess.7.* Et ideò salua remanet institutio pertinens ad inferiores, vt in *cap.9. sess.25.* Et talis præsentatio ad effectum examinis prædicti, virtute huius decreti ita necessariò facienda est ab Episcopo, quod contraria consuetudo, etiam immemorabilis non valeat. Item dictum decretum habet locum in iurispatronatibus acquisitis ante Concilium, sed legitimè, & ideò eorum tituli ostendendi sunt Ordinario, vt videat, an ritè, ac rectè concessi fuerint. Quod si statuto Ecclesiæ, vel in fundatione cautum sit, quod nullus præsentetur, vel nulli conferatur, nisi talis ætatis sit, vel presbyter, tunc nullus poterit derogare illis statutis, nisi Papa; sed hoc cessat quandn patronorum accedit voluntas, Abb. *in cap. Cum accessissent, num.5. de constit.* Rebuf. *p.3. sign. num.44. cum seq.* Idemque decretum in *cit. cap. 13. sess.14.* loquens de examinandis, & approbandis omnibus beneficiatis, habet locum etiam in illis personis, quæ admittuntur in Ecclesijs receptitijs, vt ex S. Congregatione in Calaguritana.

69 Ex d. autem *cap.9. sess.25.* Sacra Congregatio in Laudensi, Bergomensi, ac alibi censuit, *quod decretum procedit, & qualitates requisitæ attendendæ sunt, etiam si ageretur in possessorio.*

70 Et in Nouariensi. *Beneficia iurispatronatus non possunt conferri consanguineis, & alijs personis prohibitis in constitutione B. Pij V. sub die prima Aprilis 1568.*

71 In Lucana. *Cognoscere de iuribus iurispatronatus patronatum spectat ad Episcopum, quamuis institutio pertineat ad Capitulum.*

72 In Ferettana, Lauden. &c. *Hoc decretum habet locum tam in petitorio, quàm in possessorio; vnde admittenda non est præsentatio, nec facienda institutio, nisi verificato patronatu. Si autem Ordinarius*

post

post Concilium cognouit de iurepatronatus, & admisit, non potest patronus repelli, secus si absque causa cognitione admissus esset, & si constat iurispatronatus non habere qualitates requisitas, abrogandum est.

73 In Vercellensi. *Iuspatronatus acquisitum per augmentum tertiæ partis dotis ante quadraginta annos à die confirmationis Concilij numerandos validum est. Si verò est acquisitum intra quadraginta annos, Episcopus, vti Sedis Apostolicæ delegatus, illud examinare debet, & quod non in euidentem fallum inuenerit, reuocabit, restitui tamen debet patronis id, quod hoc nomine ab eis datum fuit, prout in fine huius decreti statutum est.*

74 In Vulterana, Placentina & alibi. *Ad probandum iuspatronatus non requiritur, vt simul probetur dotatio, vel fundatio, ac immemorabilis, sed alterutrum sufficit.*

75 In Tudertina. *Iuspatronatus probatum solo documento fundationis sine aliqua præsentatione, non tollitur à Concilio, nisi tantum temporis præteriisset, quantum de iure requiritur ad præscribendam Ecclesiæ libertatem.*

76 In Placentina. *Præsentationes factæ à patronis in beneficijs ante Concilium, fuerunt validæ, siue ex consuetudine, siue ex priuilegio, secus si post Concilium; quandoquidem in hoc decreto sustulit priuilegium, non autem fundationem.*

77 In Tudertina. *Iuspatronatus ex solis præsentationibus continuis vltra hominum memoriam probatur, licèt in eis nulla mentio facta fuerit de fundatione, aut dotatione.*

78 In eadem. *Duæ præsentationes factæ post Concilium à prætensis patronis habent locum in possessorio, non autem in petitorio.*

79 In eadem. *Illa verba: antiquissimum temporis cursum intelliguntur prout de iure.*

80 In Terentana. *Ad conficiendum tempus immemorabile concurrunt anni elapsi vsque ad terminum controuersiæ motæ. Idemque censendum est de spatio quinquaginta annorum, quorum vnum requirit Concilium ad probandum iuspatronatus.*

81 In Taruisina, Cremonen, &c. *Omnes præsentati ab Episcopo sunt examinandi, etiam quod institutio ad inferiores pertineat. Nam Episcopus probare debet, an sint ætate, litteris, & sufficientia idonei, licèt essent alienæ diœcesis, vt d.cap.13. sess.14.*

82 Pœnem, Cremonem. *Etiamsi isti inferiores institutores essent Monachi, vel Capitulum, examen præsentatorum ad omnia beneficia iuspatronatus ad Episcopum pertinet.*

83 In eadem. *In beneficijs autem simplicibus, quæ non sunt de iurepatronatus, sed sunt ad collationem inferiorum, examen non est necessarium.*

84 Iacen. Mediolanen. Cremonen. *Adeò verum est, quod in beneficijs iurispatronatus examen est necessarium ab Episcopo fieri, quod procedit etiamsi Capitulum, vel inferiores institutores haberent iurisdictionem Ordinariam in Clericos, ad illa beneficia præsentatos.*

85 In Camerinen. *Illi quadraginta anni numerandi sunt die confirmationis Concilij. Nam licèt à die, quo vellet Ordinarius inquietare super validitate iurispatronatus, essent transacti quadraginta anni, hoc nihil obstat examini. Interea tamen dum fit examen, nullus est in sua quasi possessione turbandus.*

86 In Bononiensi. *Licèt Episcopus possit reuidere vniones à quadraginta annis citra factas, vt in decreto, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, non impeditur tamen, quominus possit id facere, prout iuris fuerit.*

87 In eadem Camerinen. *Iuspatronatus minùs legitimè constitutum Episcopi reuocent, soluto tamen patronis quicquid Ecclesijs ratione augendæ dotis datum fuerit.*

88 Verùm quando non agitur de Ecclesijs exemptis, vel simplicis nullius, sed pleno iure spectantibus ad aliquam Abbatiam, quæ in nullo Episcopatu consistit, tunc illæ sub nullo Episcopo sunt, & in nullius Episcopi territorio, sed in speciali Prouincia Papæ, vt annotauerunt Io. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de priuil. & in cap. Cum contingat, n.4.* ac Butr. *n.11. col.3. propè fin. de for. comp.* certumque est, habere proprium territorium, ac forum, & ius conuocandi synodum speciali Sedis Apostolicæ priuilegio fulcitum, sicut *in d.cap. cum contingat* exemplificat Host. *n.1.* Io. Andr. *n.4.* Butr. *n.11.* Bellarm. *n.15.* & Abb. *n.18.* Henric. Boich. *in cap. si diligenti, n.12. in fin. de præscript.* & *in cap.1. n.5. de rapt.* Mantic. *dec.361. n.1.* & infra.

Nec dubitari potest de clara earumdem Ecclesiarum 89
comprehensione sub territorio proprio, iure Synodus, cæterisque alijs, si in priuilegio legantur hæc verba: *Nullus autem Episcopus, Ecclesias Monasterio vestro vtroque iure subiectas præsumat interdicere, seu Monachum, vel Clericum eiusdem Monasterij synodare, vel excommunicare audeat, sed per Abbatem eiusdem loci cum opus fuerit regulariter corrigatur.* Quæ verba demonstrant Ecclesias eiusmodi pleno iure Abbati subiectas esse, tam scilicet in spiritualibus, quàm in temporalibus iuxta expositionem Glossæ *in cap. quoniam 21. v. vtroque iure de priuil.* & sic quoad vtramque legem diœcesanam, nempè & iurisdictionem, sicut in præcitato *cap. quoniam* notant Innoc. *vers. Vel quia*, Butr. *n.5.* ac cæteri scribentes, probantque manifestè, quod dictus Abbas in Monachos, & Clericos ipsi subiectos quoad omnia gerat vices Episcoporum secundùm Glos. *in cap. 1. v. proprij, de reb. Eccles. non alienen.* quam singularem appellat Nauar. *cons.5. num. 4. de sponsal.* Item si & ista: *Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, ordinationes Monachorum, & Clericorum vestrorum &c. à quocumque volueris Episcopo &c. gratis &c. recipiatis.* Quæ arguunt omnimodam liberationem à diœcesanis, etiam quoad ordines, vt in specie inquit Innoc. *in rubr. de cler. peregr. n.2. in fin.* subdens, hoc rarissimè concedi.

Quæ simul iuncta euincunt, Abbatem huiusmodi in 90
Ecclesijs sibi vtroque iure subiectis habere iurisdictionem quasi Episcopalem cum iure agendi synodum, corrigendi Clericos, concedendi dimissorias, vt ordinentur, & de hoc aliàs, faciendi administrare sacramentum Confirmationis, & alia per quemcumque Antistitem, ei beneuisum, & consequenter illas, quoad Episcopum, esse in, ac de territorio ipsius Abbatis distincto, & separato à diœcesi, quamuis circundentur ex notatis per Glos. *in Clem. 1. §. volumus, v. diœcesani,* vbi Cardin. *n.8.* Abb. *n.15.* Vitalin. *n.4.* Imol. *n.8. de for. comp.* & traditis à Franch. *in cap. 2. §. statuto n.12. de constit. in 6.* Gemin. *in cap. Cum Episcopus n.4. de offic. ordin. in 6.* Balb. *de præscript. p.5. princ. q.11. n.7.* Gratian. *discept. a12. n.33. & seqq.* ac Rot. coram Clemente VIII. in Salamantina iurisdictionis 9. Martij 1580. coram Brauo *dec.207. n.5. p.2. diu.* coram Bubalo in nullius iurisdictionis 19. Martij 1586. coram Seraph. *dec.1278. n.4.* coram Gypsio *dec.619. & 798. p.4. diu.* coram Orano *dec.100.* præsertim *n.3. & dec.105. n.2.* post *2. vol. consil.* Farinac. coram Mantica *dec.361. n.2. & dec.362.* coram Ottembergo *dec.48. n.7. & dec.54. n.4.* cum *seqq.* & *dec.55. n.1. & 2.* post *3. tom.* Tambur. *de iur. Abbat.* coram Vbaldo sen. *dec.65. n.7.* post eundem Tambur. ac in nullius iurisdictionis 13. Nouembris 1614. coram Martino Andrea *dec.54. n.8.* coram Coccino *dec.70. n.2.* post sæpè citatum Tambur. coram Merlino in Pampilonen. iurisdictionis 15. Decembris 1623. coram Pirouano in S. Angeli Lombardorum iurisdictionis 6. Martij 1637. *sub §. secundo principaliter*, coram Peutingero 10. Februarij 1640. *sub §. præbuit*, *cum §. quæ omnia*, cum *seqq.* coram Panzirolo 1. Iulij 1641. *§. Cum ergo*, coram Dunozetto Decano 14. Martij 1642. *in fin.* & coram Eminentiss. Otthobono in Auellina iurisdictionis 4. Iulij 1646. *§. quia in casu, post med.*

Ex quibus ad 1. respondetur, vtrumque spectare ad 91
Abbatem, vti habentem in eis territorium proprium, & ius cum solito conuocandi synodum iuxta declarationes S. Congregationis, editas super decreto Concilij Trid. *sess.24. de refor. cap.14.* quas referunt, & ad hoc ponderant Garz. *de benef. p.9. c.2. §.1. à num.129. & seq.* Ricc. *in prax. resol.361. edit.2.* Tambur. *de iur. Abbat. tom.3. disp.9. qu.20. num.2.* cum duobus *seqq.* Massobr. *in prax. hab. concurs. requis.1. dub.8. à num.25.* & tradunt Paris. *de resign. lib.8. qu.9. num.97. & 98.* Anast. Germon. *de indul. Cardin. §. quibuscuis num.18.* Io. Franc. Leo *in thesaur. for. Eccl. p.2. c.3. num.54.* Aldan. *in comp. canon. resol. lib.3. tit.9. num.27.28.30.* Barbos. *de offic. & potest. Paroch. c.2. num.39. in vlt. edit.* & in *collect. Bullar. v. Abbatia in fin.*

in fin. & in collect. ad Concil. d. c. 18. nu. 32. & 46. in princ. cum seqq. ac Ciarlin. *contr. for. lib. 2. cap. 220. à n. 122.*

92 Ad 2. negatiuè. Quia dispositio Concilij *sess. 25. de regul. cap. 11.* loquitur de exemptis, qui sunt in diœcesi Episcopi, nec ideò locum habere potest in Curatis Ecclesiarum, quæ iuxta superius dicta, sunt de territorio Abbatis, ex hoc in eos habentis iurisdictionem Episcopalem, vt censuit Rot. in Legionen S. Facundi 13. Martij 1590. ac in Nullius 21. Februarij 1594. coram Pamphilin, eisque relatis annotat Barbos. *in collect. ad d. cap. 11. n. 27.* negans dictum decretum locum habere in Monasterijs, in quibus Abbates habent vtramque iurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos. Quare Aldan. *d. comp. tit. 8. num. 40.* Barbos. *ad d. cap. 11. num. 6.* referunt à S. Congregatione decisum fuisse in Theatina 7. Nouembris 1620. & in alia 17. Iunij 1617. non posse Episcopum vigore dicti decreti visitare Abbatiam, & loca ei subiecta, si penes ea sit vtraque iurisdictio temporalis, & spiritualis.

93 Nec quicquam refert, quod situs Ecclesiarum vndecumque circundetur finibus Episcopatus, cum satis, superque sit eas quoad vtramque legem subiectas esse Abbati, atque adeò illarum Curati subiaceant correctioni, & punitionis solius Abbatis, vt proprij diœcesani in delictis, etiam concernentibus curam animarum, vt de Ecclesia, quam Episcopus habent intra Ciuitatem Florentiæ notant Abb. *in cap. super eo, in 6. de Paroch.* Gemin. *in cap. statutum §. Cum verò sub num. 3. de rescript. in 6.* Rot. coram Brauo *d. dec. 207. num. 4. & 5. p. 2. diu.* Ottemberg. *d. dec. 48. num. 7.* & Martin. Andr. *d. dec. 54. num. 9.*

94 Ad 2. etiam negatiuè ex eo, quod accedere ad Synodum Episcopi est signum subiectionis, *cap. fin. de caus. possess. & propriet.* qua prorsus erga Episcopum carent inseruientes curæ animarum in dictis Ecclesijs, quæ sunt in alieno territorio. Quin neque exempti habentes populum non exemptum tenentur accedere ad synodum Episcopi, si habeant priuilegium, ne valeant synodari, *cap. nimis praua, de excess. Prel. cap. quoniam, de priuil.* cum similibus relatis à Cochier. *de iurisd. in exemp. p. 4. qu. 19. num. 5.* Massobr. *de synod. cap. 3. dub. 2. num. 3.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 24. qu. 4. num. 6.* vel sunt in quasi possessione, ac consuetudine non accedendi, Massobr. *d. dub. 2. num. 4.* Tambur. *d. num. 6.* Contra autem tenentur accedere, ad Synodum diœcesanam ipsius Abbatis, qui procul dubio, vti habens populum, ac territorium distinctum de iure potest, & solet eam congregare, vt latè probant Tambur. *d. disp. 24. qu. 7. num. 2.* ac infra & Ciarlin. *contr. for. lib. 2. cap. 220. à num. 125.*

95 Ad 4. Videtur affirmatiuè respondendum, si fuerint per Abbatem approbati. Nam cum sit nullius diœcesis, & quasi Episcopalem iurisdictionem habeat in dictis Ecclesijs, vtique sub decreto Concilij *sess. 23. de reform. cap. 15.* venit appellatione Episcopi, sicut in specie tradunt Suar. *tom. 4. p. 3. disp. 28. sect. 5. num. 3.* Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 1. num. 182.* Fagund. *in 5. præcept. Eccles. tom. 2. lib. 7. c. 2. num. 55.* Molfes. *in sum. tom. 1. tr. 7. de pœnit. c. 14. num. 61.* Campanil. *in diuers. iur. can. rubr. 12. c. 13. num. 76.* Ricc. *p. 4. dec. 22. num. 4.* & in *prax. resol. 301. in 2. edit.* Steph. Daluit. *de potest. Episcop. & Abbat. cap. 20. num. 5.* & infra, Boss. *de triplic. subsl. priuil. sect. 3. cas. 2. num. 62. & seqq.* Mar. Nouar. *singul. iur. can. concl. 68. num. 4.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 2. disp. 6. qu. 11. num. 1. & 2.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 25. num. 5.* & latius *in collect. ad Concil. d. c. 15. num. 28.* Ea verò, quæ fuerunt in contrarium deducta per Rot. in Calaguritana iurisdictionis coram Pegna, Ottembergo, & Vbaldo *sen. dec. 45. 64. 49. & 50.* procedunt in Abbate, qui nititur simplici exemptione, non autem in eo, qui est nullius diœcesis, & habet territorium proprium, vt S. Congregatio Concilij supposuit in declaratione relata *d. dec. 45. num. 1.* ac censuit in Nullius 20. Augusti 1630. & 24. Ianuarij in Neocastren. 1595.

96 Ad 5. Negatiua suadetur. Quia dispositio Concilij *sess. 23. de reform. cap. 10.* quod Abbates, & alij exempti non concedant litteras dimissorias Clericis secularibus, vt ab alijs ordinentur loquitur de consistentibus intra fines alicuius diœcesis, non autem de habentibus territorium separatum cum plena iurisdictione, ac iure visitandi, & congregandi synodum. Hi enim sunt Ordinarij priuatiuè ad Episcopos; ideoque possunt dimissorias concedere etiam Clericis sibi subiectis. Nec quia loquitur de exemptis trahendum est ad Clericos earum Ecclesiarum, quæ habent proprios Prælatos cum iurisdictione ordinaria, Gratian. *discept. 212. num. 25.* cum tribus *seqq. ac num. 48. & 49.* Campanil. *rubr. 9. cap. 8. num. 4.* Grillenzon. *cons. 142. num. 8. & 30.* Genuen. *in prax. cap. 83. num. 9.* in prima edit. Tambur. *de iur. Abbat. tom. 2. disp. 2. qu. 26. num. 2. & 3.* Ciarlin. *lib. 2. d. c. 220. num. 99.* cum pluribus *seqq.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 7. num. 8. & de iur. Eccles. lib. 1. c. 17. num. 95. & in collect. ad dictum cap. 10. num. 14.* Rot. coram Seraph. in Salmaticen. iurisdictionis 9. Maij 1594. post Tambur. *tom. 3. dec. 117. num. 4.* Quod etiam admisit S. Congregatio reuocando die 18. Iunij 1632. prohibitionem, quam prius die 21. Februarij 1631. in vim præfati decreti fecerat Priori Monasterij S. Stephani de Bosco Ordinis Cartusiani, ne subditis proprijs secularibus concederet literas dimissorias ad ordines, quia per decisionem, & sententias Rotales constiterat dictum monasterium habere proprium territorium, & omnimodam iurisdictionem exercere in suos subditos, vt referunt Tambur. *d. qu. 26. num. 3.* & Barbos. *in collect. Bullar. v. Abbas*, & resoluerat antea S. Congregatio in Neapolitana 16. Iulij 1601. Verùm de hac re vide Consultationem nostram, in qua contrarium propugnamus ex nouis rationibus, & authoritate etiam S. Congregationis Concilij.

Ad 6. Negatiuè in vtroque dubio. Nam quoad clausuram Monialium obstat, quod neque licet Episcopo in moniales exemptas, cum Bonifacius VIII. *in cap. vn. §. fin. de stat. Regular. in 6.* id demandauerit suis Prælatis, & Concilium Trid. *sess. 25. de Regular. cap. 5.* innouet, non immutet dictam constitutionem Bonifacij, vt inquiunt Sanch. *in præcept. decal. tom. 2. lib. 6. c. 15. num. 21.* Mirand. *de Sacram. Monial. qu. 2. ar. 14. num. 3.* Bonac. *de Clausur. qu. 1. pun. 6.* Tambur. *de iur. Abbatis disp. 24. qu. 9. num. 5.* Barbos. *in collect. ad Concil. d. cap. 5. num. 18.* Ideòque existimantes Episcopum non posse ad clausuram cogere Moniales ab eis exemptas, neque eis licere ingredi huiusmodi monasteria exempta, & alijs Prælatis subiecta, etiam prætextu videndi, an violata ibi fuerit clausura. Verùm hæc ratio nullius est momenti, vt aliàs docuimus. Ratio igitur ea est, quia Concilium loco allegato non obtinet in Monasterijs Abbatiæ, quæ sunt in eius peculiari territorio, non autem in diœcesi Episcopi, in quibus terminis solùm vrgere possunt dicta per Gallet. *in Margar. cas. consc. v. Moniales 4.* Gauant. *in man. Episcop. v. Monialium clausura num. 58.* 97

Quod verò ad Confraternitates Laicorum ratio desumitur ex ipso decreto Concilij *sess. 22. de ref. c. 8.* dum loquitur de munitis priuilegio exemptionis. Quare resolutiones S. Congregationis præpositæ negotijs Episcoporum & Regularium adductæ per Ciarlin. *contr. for. lib. 1. c. 65. sub num. 5. & seq.* ac Barbos. *in collect. ad d. cap. 8 num. 24.* loquuntur de confraternitatibus Laicorum erectis in Ecclesijs Regularium, sitis quidem in diœcesi Episcopi, sed exemptis. Inde enim liquet, quod sicut verba Concilij non conueniunt erectis in dictis Ecclesijs, circa quas sunt fines diœcesis Episcopi, non tamen intus eam existunt, sed in territorio proprio Abbatiæ, neque ideò nituntur priuilegio exemptionis, sed iure peculiaris territorij contradistincti, ac penitus separatim à finibus diœcesum circumstantium, ita neque includuntur sub dicta Conciliari dispositione, vt pluribus congestis rectè arguit Ciarlin. *d. cap. 220. num. 110. cum seqq.* inferens ad visitationem *num. 112.* Hinc Flur. de Mena *var. quæst. lib. 3. qu. 24. num. 22.* Ricc. *in prax. resol. 303. in 2. edit.* & Barbos. *in d. cap. 8. num. 16.* dixerunt, Abbates habentes iurisdictionem quasi Episcopalem posse in vim prædicti decreti Conciliaris visitare collegia pia, fraternitates, & confraternitates. Tum ex identitate rationis in eis vigentis quoad proprium 98

ter-

territorium. Tum quia nomen Episcopi eisdem congruere videtur, dum curam Episcopalem ibi gerunt.

99 Ad 7. Si loquimnr de visitatione, dieitur primò, verba Concilij *sess.7. de ref. c.7.* quod locorum Ordinarij Ecclesias quascumque quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, verificari etiam in inferioribus habentibus iura Episcopalia ex Azor. *instit. moral. p.1. lib.12. c.18. qu.6.* cuius etiam meminit Barbos. *in collect. Concil. sess.21. de ref. c.8. num.5.* ac sententia Rotæ coram Gypsio *dec.298. p.4. diu.* quod ab ea reperunt Ricc. *in pr. resol.238. num.3. in 2. edit.* & Barbos. *ad d. sess.7. c.8. num.24.* quare eadem Rota in præcitata Salmaricen. iurisdictionis coram Seraph. *dec.* 117. apud Tambur. respondit, hoc decretum non obstare Abbati exercenti iurisdictionem in aliquo territorio ex consuetudine immemorabili confirmata per Sedem Apostolicam, quin possit Ecclesiam visitare, cuius etiam mentionem fecit Barbos. *d. num.25.* & *in Collect. Bullar. v. Abbas* 1.

100 Neque refert, quod *sess.24. de ref. cap.9.* sanceitum sit, constituta in visitatione exemptorum obseruanda esse etiam in ijs Ecclesijs secularibus, quæ in nullius diœcesi dicuntur. Nam respondetur cum Flore de Mena *d. qu.24. num.14.* relato etiam à Barbos. *in collect. ad d. cap.9. num.7.* non procedere in Ecclesijs, pleno iure subiectis Abbati, in eas habenti iurisdictionem Episcopalem, & temporalem ad textum eiusdem Concilij *sess.25. de Regul. cap.11. propè fin.* quod ibidem Flores subdit practicari in Curia Romana, ae decreuisse Auditores Rotæ. Quare Ciarlin. in citato *cap.120. num.112. & seqq.* negauit, Episcopum viciniorem posse vigore dicti *cap.9.* visitare Ecclesias subiectas Prælato in eis habenti iura episcopalia. Quia non solùm dicuntur esse extra diœcesim cuiuscumque Episcopi, sed ipsum in eis tanquam suo peculiari territorio habere ius visitandi priuatiuè quoad alios.

101 Si verò ad exercitium Pontificalium dicitur, Episcopum viciniorem non posse Pontificalia exercere in Ecclesijs, ac locis Abbatiæ, quæ sit nullius diœcesis sine expressa licentia Abbatis, in cuius facultate est vocare, quem maluerit Antistitem Catholicum, quemadmodum à Sac. Congregatione decisum fuisse referunt Aldan. *in comp. Can. resol. tit. 8. sub num. 11.* & Barbos. *in collect. ad Concil. sess. 6. de ref. cap.5. num.16.*

102 Si demùm de administratione Sacramenti confirmationis admittitur, quidem illius Ordinarium ministrum esse solum Episcopum iuxta *can.3. de reform. sess.7.* dicti Concilij. At si locus sit nullius diœcesis, dicitur, inferiorem ab Episcopo, cui ille subest absque licentia viciniores posse vocare, quem maluerit pro dicto Sacramento Confirmationis administrando, prout inquiunt resolutum fuisse Aldanus, & Barbosa vbi supra, iterumque post Armendatiz in *addit. ad recopil. leg. Nauar. lib.1. tit.18. l.7. de Episcop. num.68.* testatur idem Barbos. *in collect. ad Concil. sess.7. de confir. d. can.3. num.11.* & in *collect. ad Bullar. v. Confirmationis Sacramentum.* Et ratio videtur clara, quia ad collationem dicti Sacramenti requiritur iurisdictio. Et ideò Episcopus non debet confirmare, nisi spiritualiter sibi subditos.

103 Postremò ad 8. respondetur, quod S. Congregatio eam non abnegauit inferioribus Episcopo, si habuerint iurisdictionem ordinariam in loco, cuius verba refert Garz. *de benef. p.2. cap.3. num.19. propè fin.* à quo idem mutuatus refert Barbos. *in collect. ad d. cap.9. Concilij num.77.*

104 Nec replicetur dictas Ecclesias hodie non esse regulares, sed vnà cum Monachis redactas fuisse ad statum secularem. Nam respondetur, quod ex regulis iuris communis non mutant subiectionem ex Abbate in Episcopum, neque illam amittunt, sed illæsas, ac integras retinent omnes priores libertates, & priuilegia ex annotatis ab Innoc. *in cap.2. num.4.* Io. Andr. *col.4. in princ.* Abb. *num.9.* Imol. *num.4.* & alijs, *de capel. monach.* iterumque *in cap. Abbate 25. num.4. de verb. signif.* vb ietiam Butr. *num.22.* & Abb. *nu.16.* traditque Prob. ad Monach. *in cap. cum de beneficiis 5. num.46. de præb. in 6.* Oldr. *cons.267. num.1.* Gemin. *cons.125. num.12.* Rip. *resp.3. ad cap.2. de rescript. num.12.* ac fusè Tambur. *de iur. Abb. tom.1. disp.15. qu.11. à num.4.* Rot. in Taraconen. Sacristiæ 29. Maij 1601. coram Iusto apud Garz. *de benef. p.7. c.15. num.8.* & in Aquilana iurisdictionis 30. Martij 1607. coram Innocentio X. & coram Coccino *dec. 452. num.8. & dec.59. num. 3.* cum *seqq. post tom.3. Tamburini.*

CONSVLTATIO IX.

An Archihospitale S. Spiritus cogi possit ad contribuendum Seminario pro rata suorum Prioratuum ex decreto S. Concilij Tridentini sess.23. cap.18.

NEgatiuè respondendum videtur. Primò, quia fru- 1
ctus, ac redditus, qui colliguntur ex bonis huiusmodi Prioratuum spectant ad Archihospitale, & sunt destinati pro infirmis, ac pauperibus ab ipso alendis, qui propterea sunt à qualibet etiam canonica contributione immunes ex priuilegijs Cælestini III. Cælestini V. Eugenij IV. & Sixti IV. ipsi concessis, ibi: *Vt de bonis intuitu pietatis à Christi fidelibus vobis, & Hospitalibus membrorum, seu domorum Hospitali nostro S. Spiritus subiectorum ad substentationem pauperum hospitalium prædictorum nulli canonicam iustitiam, seu portionem teneamini soluere, & ad id à quoquam coarctari aliquatenus non possitis auctoritate Apostolica nobis præsentium tenore indulgemus.* Et mox: *Concedentes insuper motu, scientia, & auctoritate similibus tam hospitalis prædicti, quàm omnium aliorum eius membrorum, & locorum in obedientia, subiectione, correctione, & omnimoda dispositione Præceptoris dicti nostri Archihospitalis S. Spiritus in Saxia de Vrbe solùm, & duntaxat existentium, ab eodem dependentium Præceptoribus, Prioribus, seu Rectoribus pro tempore existentibus, quod de relictis, & obuentitiis ex nomine dictarum Præceptoriarum, membrorum, & locorum factorum ad soluendum aliquam quartam Episcopalem, seu parochialem, neque aliquam gabellam, passum, seu impositionem, & quoduis aliud onus, etiam occasione rerum, bonorum, fructuum, & animalium dicti Hospitalis nostri S. Spiritus de Vrbe, in quibus locis deinceps præteritis futuris temporibus non teneantur, nec ad id à quoquam inuiti compelli, seu coarctari possint, aut valeant.*

Secundò. Quia redditus dictorum Prioratuum sunt 2
destinati pro auxilio Mendicantium, qui idcircò sunt immunes ab eiusmodi contributione, etiam ex decreto Concilij, ibi: *Et omnium Monasteriorum, non tamen mendicantium.* Appellatione autem mendicantium venit Hospitale pauperum infirmorum, quia pauperes infirmi sunt verè mendicantes.

Tertiò. Quia Archihospitale S. Spiritus est Ordinis 3
Eremitarum S. Augustini, quod propereà gaudet priuilegio Mendicantium, vt per Rodriq. *tom.1. q.2. ar.1. cum seqq. & qu.4. ar.1. & tom.3. qu.49. ar.1. & 4.* Ricc. *dec.196. n.9. vers. Item Collegia,* Monasteria mendicantium à contributione Seminarij immunia sunt. Et quia in dicto Archihospitali constructum est Monasterium monialium pauperum proiectarum, quibus administrat omnia ad victum necessaria. Vndè est locus pius, ac opus mendicantium, quod pariter videtur immune à contributione Seminarij ex verbis decreti Tridentini, ibi: *Non tamen mendicantium.*

Quartò, quia gaudet omnibus priuilegijs Mona- 4
chorum Casinensium, vt patet ex Constitutione 22. Sixti IV. quæ incipit: *Religionis zelus,* vbi Pontifex pro maiori fauore, & quiete Archihospitalis, ac illius membrorum, ac Præceptoriarum motu proprio concessit, & communicauit Archihospitalis omnis & singulas prærogatiuas, exemptiones, immunitates, libertates, priuilegia, & indulta quæcunque, aliàs concessa Congregationi S. Iustinæ, & in futurum concedenda tam in genere, quàm in specie, ac

omni-

valent. Quia Concilium excipit Mendicantes, de quibus in cap. 1. §. sane, de relig. domib. in 6. & in cap. quia exeo, in princ. iun. Glos. v. alij Mendicantes, de pact. ij autem dicuntur Mendicantes, quibus regula, vel constitutio interdicit possessiones, siue redditus ad propriam sustentationem, & incerta mendicitas eis præbet victum per publicum quæstum, d. cap. 1. §. Confirmatos, de relig. dom. in 6. Glos. in cap. quorundam, v. Mendicantium, vbi Archid. & Io. Andr. de elect. eod. lib. & in cap. vn. v. mendicantes, de excess. Prælat. pariter in 6. Feder. de Sen. cons. 12. num. 1. Bald. cons. 438. num. 21. lib. 2. Ancbar. cons. 109. num. 2. traduntque Aretin. in l. 1. num. 6. ff. de testam. Rebuff. super concord. tit. de Regia ad Prælat. nom. fac. §. 1. v. mendicantes. Atqui talis definitio non adaptatur Hospitalibus, seu Prioratibus huiusmodi. Quia multa bona, ac redditus possident, qui licèt in pauperum, ac miserabilium personarum subsidium erogentur, libera tamen eorum possessio & administratio est penes ipsum Hospitale, Felin. in cap. querelam num. 7. de iureiur. Bartol. in l. si quis seruo in 2. notab. de furt. & Gratian. discept. 291. num. 11.

14 Quod autem Archihospitale S. Spiritus, cuius membra asseruntur esse Prioratus, sit Ordinis S. Augustini, ac propterea inter Mendicantes relatus in d. cap. 1. de relig. dom. nullatenus probatur, nec in ipsius fundatione, de qua in diplomate Innocentij III. in Bullar. com. 1. constit. 7. id habetur. Neque simplex enunciatiua in priuilegio Sixti IV. emissa aliquid probat ex traditis à Bald. in l. ad probationem, in fin. C. locati, Abb. cons. 33. vol. 2. Alex. cons. 36. col. fin. & obseruant Doctores in l. optimam, C. de contrah. & commit. stipul. Præter quod non nisi ex vi priuilegij, seu communicationis inter Mendicantes, de quibus in d. cap. 1. de relig. dom. adscribi valet, & Concilium excipiendo mendicantes, intelligendum est de Mendicantibus in iure expressis, prout omnis dispositio intelligi debet, cap. Cum dilectas, de consuet. cap. causam de rescript. l. 1. C. de noxal. Extatque constitutio B. Pij V. sub anno 1570. die vltima Iunij Pontificatus sui anno 5. in qua reuocantur omnia priuilegia, quæ temporalitatem concernunt, concessa quatuor Ordinibus Mendicantium, quæ deinde fuerant communicata Canonicis regularibus S. Augustini Congregationis Lateranensis, S. Saluatoris, S. Crucis Colimbriensis, ac Monachis S. Benedicti Cassinensis, Montis Oliueti, Vallis Vmbrosæ, nec non Congregationis Cisterciensis, & Cartusianæ, ac S. Hieronymi Hispaniarum, & Camaldulensis, ac fratrum militiæ Iesu Christi reformatorum, atque alijs quibuscumque Ordinibus, asserente Pontifice, absurdum esse, eos, qui Mendicantes ex quatuor Ordinibus non sunt, sub Mendicantium huiusmodi colore à solutionibus eximi. Et apparet, Canonicos Regulares, qui sunt Ordinis S. Augustini, & pro talibus appellantur in dicta Constitutione non posse ex hoc prætextu euitare contributionem Seminarijs debitam vigore quorumcunque priuilegiorum etiam Mendicantium ipsis communicatorum. Verba Pontificis summi sunt ista: *Pius Papa V. &c. Romani Pontificis &c. sanè, licèt aliàs nos cupientes Mendicantium Ordines &c. diuersa Concilij Tridentini decreta, quæ ipsis contraria videbantur esse, declarauerimus, variaque priuilegia concesserimus, deinde verò illa omnia ad Canonicos Regulares Ordinis S. Augustini &c. ac etiam Monachos S. Benedicti Congregationis & Ordinis Cassinensium &c. extenderimus &c. ita tamen, vt ipsi à contributione Seminariorum pauperum Clericorum iuxta ordinationem Concilij Tridentini erigendorum &c. minimè exempti essent &c. Attendentes nihilominus tam excommunicatione, & concessione huiusmodi locorum Ordinarijs, Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, alijsque beneficiatis, & personis diuersa inferri præiudicia, quod intentionis nostræ nunquam extitisse, nec esse, quatuor Ordinum Mendicantium priuilegia, quæ temporalitatem concernunt eis communicare &c. cum absurdum sit, eos, qui Mendicantes ex quatuor Ordinibus non sunt, sub Mendicantium huiusmodi colore à solutionibus eximi, motu proprio omnia & singula priuilegia, exemptiones, & alia præmissa, quæ temporalitatem, etiam si sit solutio decimarum, primitiarum, quartæ, medietatis, vel alia funerum, & oblationum pars, concernunt, præter, & contra mentem nostram emanasse declaramus.*

15 Constitutione verò Cœlestini, ac Sixti, quarum vigore prætenditur immunitas à contributione Seminarij, vltra quod per subsecutum Concilium Trident. d. cap. 18. fuerunt abrogatæ per ea, quæ diffusè tradit Gonzal. ad reg. 8. Cancel. num. 25. attenta præsertim clausula, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, Clem. 1. in fin. de sepult. Io. Andr. in cap. 1. num. 4. de excess. Prælat. in 6. Bartol. in extr. ad reprimendum sub num. 11. Ruin. cons. 163. num. 17. & seq. lib. 1. Cum in illis non sit facta specifica mentio Seminarij, ac expresse derogatum huic dispositioni Conciliari, nihil suffragatur, Archid. in cap. 1. num. 2. de constit. Coccin. dec. 219. num. 6. & dec. 341. num. 2. p. 1. rec. Caual. dec. 247. num. 10. & fuit dictum in Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. coram Corrado.

16 Neque releuat communicatio concessa, etiam quod futura ab eodem Sixto IV. Archihospitalis S. Spiritus priuilegiorum Congregationis S. Iustinæ, cui postea B. Pius V. concessit expressè immunitatem à taxa Seminarij, & consequenter eadem immunitate frui debeat Archihospitale ad text. in l. asse toto, ff. de hered. instit. l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstrat. Oldrad. cons. 300. num. 8. Paris. cons. 22. num. 8. lib. 4.

17 Quia respondetur primò, quod idem B. Pius V. declarauit, reuocauitque præfata priuilegia, quæ temporalitatem concernunt, vt dictum est. Secundò, quia cum hæc immunitas sit exorbitans à iure, & præiudicialis Seminario, communicatio priuilegiorum ad hæc minimè extendi potest, Rot. dec. 214. num. 4. p. 2. & dec. 40. num. 8. p. 4. recent. quia est in genere, ac perinde non recipit extensionem, vt comprehendere valeat immunitatem à solutione taxæ, quæ tanquam tertio præiudicialis sub generalitate verborum comprehendi non potest, sed speciali nota digna est, prout in simili de exemptione à solutione decimarum dixit Rota cum alijs relatis in Cæsaraugustana decimarum 12. Decembris 1650. coram Meltio, §. quod autem, vbi, quod in communicatione priuilegiorum non veniunt ea quæ facilè concedi non solent, nisi de ijs in ipsa communicatione fiat specialis mentio, quæ in hoc casu non extat. Tertiò, quia cum Cassinenses, & aliæ vndecim Congregationes hanc immunitatem obtinuerint titulo oneroso, soluta scilicet Cameræ Apostolicæ ingenti pecuniarum summa, ex sola vi communicationis ad æqualitatem seruandam dici nequit immune Archihospitale, quod nihil omninò soluit.

18 Neque difficultatem facit, quod Sixtus IV. prohibuerit, Prioratus huiusmodi conferri in titulum, seu administrationem, ac proindè versemur in casu excepto à Concilio Tridentino; quodque eorum redditus erogentur in curandis infirmis, ac sustentatione proiectorum, atque adeò contributioni Seminariorum obnoxios non esse, cùm ex ijs, deductis expensis, nihil ad commodum Priorum supersit.

19 Nam quoad primum dicimus in Ordine S. Spiritus, præter hospitalia adesse domos, Prioratus, & beneficia, vt apertè dignoscitur ex citata Constitutione Sixti IV. ibi: *omnia & singula Hospitalia, domos, Præceptorias, Oratoria, Prioratus, Ecclesias, capellas, membra, seu beneficia dicti Hospitalis*, & aduertit Rota in Aquilana Prioratus dec. 772. p. 1. diu. Hi autem Prioratus, tanquam Regulares, non nisi eisdem Sanctus Spiritus fratribus conferri possunt, cap. Cum singula, de præb. in 6. Clement. 1. de suplem. negligent. Prælat. & quod Prioratus Sancti Spiritus conferantur in titulum, seu admini-

ministrationem eisdem fratribus, sumpto argumento à sensu contrario ex eadem Sixti Constitutione perspicuè liquet, cùm prohibeat illos quidem conferri in titulum, seù administrationem alijs, quàm fratribus, *argum. cap. Cum Apostolica de ijs, quæ fiunt à Prel. sine cons. capit. & cap. Cum virum, de regular.* Neque hoc repugnat voto paupertatis. Quia cum sint ad nutum Superioris amouibiles, & semper ad dimittendum parati, non dicuntur proprium aliquid possidere, quamuis durante administratione de fructibus suorum Prioratuum ad libitum disponere possint, Cardinal. *in clem. 2. §. sed & tales, de vit. & honest. Cler. & in clem. Gratia, col. pen. ad fin. de rescript.* Et ita in terminis Prioratus Sac. Spiritus, quod fratribus conferantur in titulum, seu administrationem absque eo, quod lædatur votum paupertatis, firmauit Rota in dicta Aquilana Prioratus, omninò videnda, præcipuè *num.8.* vbi quod non repugnat, quod isti Prioratus conferantur in titulum, & tamen sint ad nutum amouibiles.

20 Ex quibus tollitur secundum. Quia Priores non in hunc solum, sed etiam in proprios vsus possunt illorum redditus conuertere, vt prædiximus.

21 Verùm Prioratus S. Spiritus esse exemptos à contributione Seminariorum per priuilegium speciale, declarauit Sacra Congregatio super Episcopis, & Regularibus in Reatina 6. Septembris 1603. Ideò parendum est Sac. Congregationi, dummodò constet authenticè ita declarasse.

CONSVLTATIO X.

1 *An Episcopus possit publicè denunciare excommunicatum Regularem exemptum, qui ob delictum notorium incidit in excommunicationem latam à iure, vel ab homine saltem, vt ab alijs euitetur?*

2 *An Superior regularis Nuncium Apostolicum, non Iudicem Synodalem, & à diecesi Episcopi denunciantis, vltra duas dietas distantem, possit in Conseruatorem eligere?*

1 AD primum, quod attinet, affirmo per textum *in Clem. vn. §. Præcipientes, de consangu. & affin. clem. 1. de priuil.* vbi Canonistæ. *cap. 1. de pœnit. in 6.* tradente etiam Glos. *in cap. Cum voluntate, §. fin. de sent. excom. & in extrauag. vn. de priuil.* ibique Doctores, quibus ad stipulatur Felin. *in cap. non potest, num. 3. de sent. & re iudic.* Abb. *in cap. nimis graue num. 4. & 5. de excess. Prel.* Glos. *in cap. 2. §. ad hæc de pœnit. & remis. v. puniri*, dicens; *quandoque Episcopus non punit, sed pœnam iuris publicat.* Et hanc conclusionem quamplurimis authoritatibus firmat Gambar. *de potest. legat. in Regular. num. 1. & 2.* Henriq. *lib. 7. sum. de Indulg. num. 25. §. 7.* Quarant. *in sum. Bullar. v. monasteria monialium, vers. Hic tangenda*, Lancel. *de attent. p. 2. c. 4. limit. 21. num. 7.* Gabr. *com. conclus. lib. 6. cap. de regul. iur. conclus. 3. num. 43.* Triuis. *dec. 36. num. 2.* Coch. *de iurisd. in exempt. p. 2. quæst. 44. num. 39. & 40.* Rodriq. *tom. 2. quæst. regul. 63. ar. 11.* Dian. *p. 3. tr. 2. de dub. Regular. resol. 35.* Ricc. *resol. 110. in fin. p. 2.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 105. num. 73. & ad Concil. Trident. sess. 25. c. 14. num. 11.* qui plures declarationes Sac. Congregationis adducit, ac nos alibi.

2 Non obstat prætextus exemptionis vigore priuilegiorum à iurisdictione Episcopi. Tum quia agitur solùm de denunciatione excommunicationis. Episcopo autem per priuilegia Regularium non est interdicta facultas denunciandi; nam ea tantùm sublata sunt, quæ expressè eximuntur, Franch. *in cap. 2. num. 10. de constit. in 6.* Gratian. *discept. 918. num. 11.* Rot. *dec. 324. num. 15. & 16. p. 1. rec.* dictaque priuilegia interpretari debemus eo modo, quo minùs lædant ius commune, cuius dispositione Episcopus habet iurisdictionem in Abbates, & Regulares, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, vt per Canonistas *in cap. quoniam, de offic. ordin.* Capel. Tholos. *dec. 308.* Guid. Pap. *dec. 599.* & Rot. *dec. 78. num. 1. cum seq. p. 1. diu.* Præsertim quando ex delicto oritur scandalum, & Superiores Regularium non solùm essent negligentes in corrigendis suis subditis, sed potius (quod absit) eorum culpas approbarent, inhererentque: quo in casu intrat dispositio Constitutionis B. Pij V. super confirmatione, & noua concessione priuilegiorum Ordinum mendicantium, *§. quoniam vero*, in qua disponitur, tali casu posse Episcopum exercere omnem iurisdictionem contra Regulares, vt videre est apud Quarant. *fol. mihi 524.* Ac præsertim quando agitur de læsione immunitatis Ecclesiasticæ, vt latè Bellet. *disq. cler. p. 5. §. 5. num. 20.* cùm *seq.* Abb. *in cap. Cum iuris sententia, num. 11.* & ibi Felin. *num. 7. de iudic.* quoniam, sicuti permissum est Conseruatoribus Regularium eos defendere à violentijs illatis in eorum bona, ita quoque permittitur Episcopis pro defensione bonorum suæ Ecclesiæ, Doctores *in cap. 1. de pœn. in 6.* Ergo multò magis, quando Episcopus nihil de nouo facit, sed iam factum aperit. Quippè qui declarat, nihil addit, *l. adeo, §. cum quis, ff. de acquir. rer. dom.* ac fusè Gabr. *tit. 6. de regul. iur. concl. 3. num. 1.*

Limitant nonnulli hanc conclusionem ita, vt id fieri nequeat, nisi seruata forma *cap. 14. sess. 25. de Regul.* & in terminis declaratoriæ censurarum, in quas ipso iure Regularis incidit, tradit Sorb. *in comp. priuil. minor. v. exemptio*, Rodriq. *tom. 2. qu. reg. 63. ar. 7.* Ac nisi Regulares habeant priuilegia specialia, quod in ipsos ab Ordinarijs sententiæ excommunicationis non possint promulgari. Quo casu cum exemptio sit personalis, vbicumque delictum committatur, nequeunt denunciari excommunicati, quamuis excommunicatio incurratur ipso iure, vt per eundem. Sorb. *loc. cit.* Henriq. vbi supra *cap. 25.* Lezan. *in sum. tom. 1. c. 21. num. 15.* Peyrin. *de priuil. Minim. tom. 1. constitut. 2. Sixti IV. §. 10. num. 13. & 14.* Tambur. *de iur. Abb. tom. 2. disp. 14. quæst. 5. num. 7.* Zerol. *in prax. Episc. p. 1. v. Excommunicatio in fin.* Vel nisi delictum sit notorium, & nulla tergiuersatione celari possit, Felin. *in cap. non potest num. 3. de sent. excom. & re iud.* Rodriq. *d. quæst. 63. ar. 11.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 105. num. 73. & in collect. Bullar. v. Regulares in fin.* Vgolin. *eod. tr. de potest. Episc. cap. 20. §. 10. num. 1.* Quia, si delictum non est notorium, requiritur declaratoria, quæ per Iudicem suum, qualis non est Episcopus, promulgari debet, cum sit actus iurisdictionalis. Si verò est notorium, neque declaratoria, neque vlla causæ cognitio requiritur. Et ita cùm Episcopus nullum iurisdictionis actum exerceat, nil mirum, si hoc casu id ei permittatur, Franch. *in cap. 1. num. 5. de priuil. in 6.* Nauar. *cons. 2. num. 2. lib. 5. de sent. excom.* Sanch. *cons. moral. lib. 6. c. 9. dub. 1. num. 29.* Dian. *resol. 35. in fin. p. 3. tract. 2.* Tambur. *de iur. Abb. d. num. 7.* Itaque debet constare de delicto per euidentiam facti, vel per rem iudicatam, aut per confessionem iudicialem ipsius delinquentis, Vgolin. *de irregul. cap. 47. §. 1. in princ.* Hinc cum olim quidam eques Hierosolymitanus suum Parochum publicè alapa percussisset, & citatus ab Ordinario sua priuilegia opposuisset, & quamuis ipso iure esset excommunicatus, cum omnibus tamen conuersaretur, re ad Congregationem Concilij delata, S. Congregatio censuit, non posse Ordinarium exercere in eum vllam iurisdictionem, neque excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia ex priuilegio exemptus est, *vt cap. 11. sess. 24.* Concilij Tridentini. Tamen ex quo ipse ob talem percussionem incidit in excommunicationem *can. si quis suadente*, posse Episcopum præcipere omnibus Parochis, & Canonicis, & alijs Sacerdotibus, ne eum admittant intra Ecclesias eidem Episcopo subiectas. Atque idem postea respondit Sacra Congregatio annis præteritis ab Archiepiscopo Salernitano

con-

consulta. Quæ quidem declaratio in ea parte, in qua dicit, Episcopum non posse exercere vllam iurisdictionem in exemptum, etiam declarando eum excommunicatum, eam habet rationem, quia huiusmodi declaratio requirit partis citationem, Glos. *in Clem. præsens v. Constiterit de cens. & in clem. 2. eod. v. de pœn.* Felin. *in cap. Rodulphus num. 41. de rescript.* Et Card. *cons. 132. num. 4.* Aut certè requiritur citatio partis in discussione causæ, & verificatione facti, propter quod fertur declaratoria, licèt in declaratoria ipsa non requiratur. Citatio autem cum sit actus iurisdictionis, non potest decerni ab Episcopo contra exemptum, cuius non est Iudex competens, *can. de illicita 24. quæst. 3. cap. ex parte v. auctoritate Iudicij citatus de rescript.* & tradit Vant. *de nullit. ex defectu citationis num. 27. & 35.* Est enim citatio decretum interlocutorium, vt probatur, *in l. cum Clericis;* ibi: *sententiarum tuarum authoritate pulsantur*, atque ibi tradit Glossa & Bald. *C. de Episc. & Cler.*

4 Ac præterea speciale est, vt Religiosi Sacramenta administrantes sine Parochorum licentia possint à locorum Ordinarijs denunciari excommunicati, *Clement. Religiosi de priuil.* Ergo in contrarium est ius commune, *l. ius singulare, & l. quod vero ff. de legib.* Quod satis innuit *in d. Clementina* Imol. *sub num. 3.* suis verbis: *Nota benè tales excommunicatos posse per Ordinarios denunciari non obstante priuilegio exemptionis.* Ex quo nota argumentum in contrario, quod aliàs extra casum istum Religiosus exemptus excommunicatus non potest denunciari excommunicatus per Ordinarium.

5 Verùm hæc possunt procedere, si delictum sit simpliciter publicum, vt in casu illius Equitis, qui proprio Parocho publicè alapam impegit. Nam cùm eo casu requiratur partis citatio, quæ non potest committi in non subditum, verissimum est, Episcopum non posse vllam iurisdictionem exercere in exemptum, etiam declarando eum excommunicatum. Et hoc modo intelligitur declaratio S. Congregationis superius relata. At verò, si delictum sit notorium, tunc veriùs videtur, Episcopum posse denunciare exemptos excommunicatos, vt ab alijs euitentur.

6 Quia denunciatio ex se, circumscripta citatione, non est actus iurisdictionis; ideòque qui non potest iudicare, potest tamen declarare secundùm Cardinal. *in Clem. fin. in 6. qu. de pœnit. & remis.* Felin. *in d. cap. non potest num. 3.* & similiter, quamuis sententia excommunicationis lata post appellationem sit nulla, *cap. Cum contingat de offic. deleg. & cap. per tuas de sent. excom.* tamen denunciatio, siue declaratio est valida, *cap. pastoralis in fin. de appell.* Roman. *cons. 482.* propè *fin.* Et denunciatio fieri potest ab Ordinario etiam in causa, in qua iurisdictionem non habet, vt tradit Imol. *in Clem. 1. num. 19. de sequestr. pos. & fruct.* Estque ad id Glossa *in can. Si Papa v. nemine 40. d.* quæ in vltima solutione vult, vt qui dicit, alium posse actus facere, non censeatur alium iudicare. Atque ex illa Glossa in hac specie post Gemin. colligit Præpositus *num. 12.* Episcopum posse declarare excommunicatos exemptos, qui ex facto suo notorio excommunicationem incurrunt, nec per hoc censeri eos iudicare. Idemque tradit Guil. *in Clem. fin. in fin. de pœnit. & remiss.* & Gemin. *in cap. Episcoporum de priuil. in 6.* vbi si delictum, inquit, exemptorum esset notorium, & ex tali delicto ipso facto incurrerent excommunicationem ex iuris dispositione, tunc Ordinarij locorum possent illos denunciare excommunicatos, vt per suos subditos euitentur. Nec potest dici, quod tunc imponant eis pœnam, quia illa est à iure inducta, nec denunciatio aliquid addit, Franch. *in d. cap. Episcoporum vers. Si tamen ex delicto*, Socin. *in cap. accepimus col. 11. de priuil.* & Felin. *in d. cap. non potest num. 3.* qui ait, de hoc esse textum satis apertum *in d. Clem. 1.* post initium *de priuil.* ibi: *locorum Ordinarij excommunicatos faciant publicè denunciari.*

7 Nec obstat hoc casu, quod dictum est de citatione, quæ non potest decerni in non subditum; Quia respondetur, in declaratione excommunicationis à iure inflictæ non requiri citationem iuxta opinionem, quæ verissima est, cuius rationes alibi adduxi.

8 Ad 2. negatiuè ex verbis Constitutionis Gregorij XV. *de Conseruat. §. 2. & 3.* quæ ita se habent: *In futurum vero Sanctitas sua hac generali, & perpetuò valitura Constitutione statuit & decreuit, vt Iudices Conseruatores huiusmodi siue principales, siue subrogati eligi, nominari, aut deputari non possint*, nisi habeant nedum qualitates requisitas in Constitutione simili fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. etiam Prædecessoris sui, quæ incipit, *Statutum*, ita vt vel dignitate Ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici extiterint, sed etiam in Concilijs prouincialibus, vel diœcesanis iuxta decretum Concilij Tridentini Iudices electi, seu designati sint, quodque deinceps literæ Apostolicæ per Sedem Apostolicam concedendæ suprascriptis tantùm dirigantur, & si quæ literæ aliter expedirentur, illæ ad deputationes huiusmodi nullius sint roboris, vel momenti.

9 Excipe, nisi Regulares Nuncium Apostolicum in suum Conseruatorem ex speciali indulto à Summo Pontifice sibi concesso eligere possint, quod vti posterius derogat Constitutioni Gregorianæ, Rot. *dec. 466. num. 5.* apud Cenc. *de censib. dec. 205. num. 13. & dec. 288. num. 23. p. 6. rec.* licèt illius specialis mentio facta non fuerit; clausula enim non obstantibus quibuscumque Constitutionibus Apostolicis in Indulto apposita, operatur ac si speciatim omnia fuissent expressa, Alter. *de censur. tom. 1. disp. 22. lib. 5. c. 6. col. 7.* legesque contrarias abrogat, Monet. *de commut. vlt. vol. cap. 7. quæst. 3. num. 165.* Cumque Constitutio Gregoriana non habeat clausulas derogatorias ad futura, sine dubio non comprehendit electiones cum licentia Pontificis faciendas, cùm decreta irritantia Pontificem non ligent, neque actus ab eo approbatos annullet, nisi adsit derogatoria ad futura, vel clausula etiam per Nos &c. Mohed. *dec. 21. de prab.* Rot. *dec. 106. num. 3. p. 1. diu.* & in Ferrarien. parochialis 4. Iulij 1642. coram Em. Cerro. Temerariumque videtur, velle pœnam adstringere habentem approbationem Pontificis, cum pœna sine dolo non incurratur, & omnem doli suspicionem tollat licentia Superioris, immò sola permissio, vel tolerantia, vt latissimè firmat Giouagnon. *cons. 58. num. 11. & seqq. lib. 1.*

10 In quo casu Episcopus, qui actum iurisdictionalem in Regulares exercet, dum illos præcedente declaratoria excommunicatos denunciat, nulliter ac de facto procedit. Conseruator enim est Iudex priuatiuè quoad Ordinarium, Sanch. *cons. moral. lib. 6. c. 9. dub. 5. num. 4.* & declaratoria, vti lata à non habente iurisdictionem, neutro foro est timenda, idem Sanch. *loc. cit. dub. 1. num. 28.* Rodriq. *tom. 2. quæst. regul. 79. ar. 5. in princ.* Franc. Leo *in thesaur. for. eccles. de excom. p. 3. cap. 7. num. 5.*

11 Et quatenus etiam de conseruatoris iurisdictione dubitari possit, donec tamen per arbitros id terminetur, Episcopus censuratum gladium arripere non debet, prout disponitur in Concilio Trident. *sess. 14. cap. 5. de reform. & in d.* Constitutione Gregoriana §. 10. firmantque in specie Lezzan. *tom. 2. sum. cap. 10. num. 69.* Ventrigl. *in prax. Eccles. de Conseruat. annot. 27. num. 4.* & ideò, si huiusmodi Indulto non seruato, & contra formam à Sac. Concilio, & d. Constitutione præscriptam, declaratoria promulgetur, nullitatis vitio subiacebit, Couar. *in cap. Alma mater p. 1. §. 7. num. 5. in princ. de sent. excom. in 6.* Non enim decidendum est ab Ordinario, an exceptio suffragetur, Rodriqu. *d. quæst. 63. ar. 7.* Peyrin. *tom. 1. de priuil. Minim. in Constitut. 2. Sixti IV. §. 10. num. 15.* sed cognoscendum est in Curia, Rot. *dec. 319. num. 31. p. 6 recent.*

12 Insuper Episcopus, etiam si Conseruator haud ritè fue-

tè fuerit electus, Regulares in Claustro degentes ob delictum extra claustra patratum punire non potest, nisi in subsidium, & quatenus superior regularis intra terminum ab eo præfixum, & postquam de delicto per literas certior reddatur, punire neglexerit, vt habetur in Concilio Tridentino *d. sess. 25. cap. 24. de Regular.* & tradit Barbos. *de potest. Episc. alleg. 105. num. 18. & seqq.* Ciarlin. *contr. 50. num. 1. 2. & 10.* Tambur. *de iur. Abb. tom. 3. disp. 5. qu. 11. num. 62.* Dian. *d. p. 3. tr. 2. de dub. Regular. resol. 132.* qui ita in praxi obseruari testantur, de quo etiam nos alibi plura.

CONSVLTATIO XI.

An decretum S. Concilij Trid. cap. 11. sess. 22. de ref. & can. 17. Bullæ in Cœna Domini habeant locum, quando dubitatur, an res in proprios vsus conuersæ, ac vsurpatæ sint Ecclesiæ? Vbi alia ad rem quidem.

1 NEgandum censeo, quia Concilium loquitur de rebus Ecclesiæ, ac proindè requiritur, vt hoc sit certum, & clarum ad hoc, vt adsit dolus possidentis, sicuti firmat Ricc. *dec. 51. per tot. p. 4.* Caiet. *in sum. v. excommunicatio cap. 27. in 2. condit.* vbi requirit, quod res Ecclesiæ, vel eius fructus vsurpentur, vti res Ecclesiæ; quoniam verba formaliter sunt intelligenda, ideòque apertè vult, non comprehendi eum, qui accepit rem, quam propriam esse prætendit, eumque sequitur Nauar. *in man. cap. 27. num. 71. in 2. requis.* Et verbum, *Vsurpare*, quo vtitur Concilium, significat, quod quis vendicet sibi res, quæ suæ non sunt, Quarant. *in sum. Bullar. v. bona Ecclesiæ vsurpantes, §. verum*, Cardinal. Bellarm. *in not. ad d. cap. Concilij fol. 274.* vbi addit, Ecclesiam probare debere, bona occupata possedisse, aliàs non intrare illam excommunicationem.

2 Et in fortioribus habemus, quod si Clericus velit laicum conuenire, tanquam vsurpatorem rei Ecclesiæ, vel personæ Ecclesiasticæ, conuenire illum possit coram Iudice Ecclesiastico ratione illius rei, & ab Ecclesiastico Iudice possit coerceri, *ex cap. Si Clericus de for. comp.* & ibi Canonistæ communiter, & de magis communi testatur Osasch. *dec. 31. num. 6.* si tamen non constet, rem illam esse Ecclesiæ, seu Clerici, vel à reo probabiliter non negetur, vt ex eo textu annotat Felin. *ibi in princ.* & alij Doctores, quos recenset Barbosa *ibid. num. 2.* non potest coram Ecclesiastico illum conuenire, sed coram Iudice laico, *cap. si Clericus, de for. comp.* & nisi notorium sit, rem esse Ecclesiæ, vel statim probetur, remitti debet causa ad laicum, Sperell. *dec. 48. num. 44. & seqq.*

3 Vtitur etiam Concilium illo verbo, *præsumpserit*, ex quo probatur non intrare eius dispositionem sine dolo, Dec. *cons. 37. num. 8.* Rimin. iun. *cons. 635. num. 43.* Menoch. *cons. 767. num. 10.* Alter. *de censur. lib. 5. disp. 22. cap. 2. vers. quantum spectat*; ideòque quilibet ignorans excusatur, cum præsumptio dolum importet, idem Alter. *tom. 2. de suspens. disp. 11. c. 5. col. 6.* & vsurpatio aliud non significat, nisi scienter rem alienam sibi adscribere, Alter. *tom. 1. disp. 18. de excom. Bull. cœn. cap. 1. col. 4.* Vndè decretum Concilij non solùm procedit contra occupantes, vel impedientes perceptionem bonorum Ecclesiæ per vsurpationem propriè dictam, idest non quasi furtiuè, aut manifesta rapina, sed etiam tanquam ex iure ad illa, seu quasi ea bona ad ipsum pertineant, scilicet vsurpando etiam ius, & potestatem ea percipiendi, seu dominium, vel quasi dominium, vt per Vgolin. *super c. 17. Bulla Cœna in princ. num. 4. & §. 2. num. 2.* ac etiam contra occupantes sine vsurpatione, sed iniustè, vt vi, aut clam, dummodò sciant, ea bona esse Ecclesiarum, seu piorum locorum; ita Bonac. *de censur. in part. disp. 1. quæst. 18. pun. 4. num. 3.* Azor. *tom. 1. lib. 7. c. 38. qu. 16.* Franc. Leo *thes. for. Eccles. p. 1. c. 15. num. 53.* Filiuc. *tr. 15. num. 117. & tr. 16. num. 223.* & ita esse declaratum à Sac. Congregatione Concilij, referunt Azorius, Bonacina, & Leo locis citatis. Non verò *in d. decreto* Concilij comprehenduntur Regulares; quia loquitur tantùm de Clericis, & laicis. Regulares autem in odiosis, & dum agitur de censuris non veniunt Clericorum appellatione, Alter. *de censur. tom. 2. disp. 17. de susp. c. 2. in princ.* Nouar. *in lucer. Regular. v. Excommunicatio num. 7.* Rodriq. *tom. 1. quæst. 49. ar. 7.* Bonac. *de censur. disp. 5. pun. 1. num. 21.* etiamsi sint Conuersi, Maiol. *de irregular. lib. 3. c. 20. num. 6.* Tambur. *de iur. Abb. tom. 2. disp. 2. qu. 15. num. 7. & disp. 16. qu. 2. num. 1.* Minusque appellatione laicorum, Onded. *cons. 94. num. 6. lib. 1.*

An autem procedat contra Prælatum, seu Rectorem beneficij destruentem bona Ecclesiæ, vt cædentem arbores fructiferas, &c.? Affirmat Bonac. *de alien. pun. 2. num. 7.* quia hanc etiam ait, esse vsurpationem, seu occupationem illicitam, & in eo decreto prohibitam, vel esse impeditionem, ne percipiantur eæ, earumque fructibus ab ijs, ad quos pertineat. 5

Sed contra Azorius loco allegato; procedere verò ait contra extraneum vi, aut clam arbores beneficij cædentem, & occupantem. Idem tenet Filliucius ibidem, ac declarauit Sac. Congregatio Concilij in Feretrana his verbis: *hoc decretum non habet locum, quando dominus beneficij cadit arbores fructiferas, & illas ad commodum proprium conuertit; sed procedit in cadentes arbores animo furandi.* 5

Porrò eadem Sac. Congregatio in Valentina censuit, *quod laici absque speciali Sedis Apostolicæ facultate, Ecclesias, aut bona Ecclesiastica possidere non possunt, etiamsi essent de iurepatronatus proprij, non obstante etiam quacumque possessione.* 6

Et in Perusina, *quod Communitates, & laici iuspatronatus validum habentes, si eos constiterit possidere Ecclesias, seu bona ad dictas Ecclesias iurispatronatus spectantia, vel fructus, redditus &c. in pœnas relatas in cap. 11. sess. 25. v. patroni, incidunt. Si autem non constiterit eos legitimè iuspatronatus non habere, & Ecclesias & bona, vt supra possiderant, pœnas in hoc decreto cap. 11. sess. 22. relatas incurrunt.* 7

Ac in Mediolanensi. *Quacumque vsurpatio bonorum, iurium, ue cuiuscumque beneficij, vel locipij vsurpans, anathematizatur, & alijs pœnis in eadem decreto appositus subijcitur. 25. Iunij 1573.* 8

Quinetiam ex *can. 17. Bullæ in Cœna Domini* necesse est ad contrahendam censuram non ignorari, quod fructus vsurpati sint Ecclesiastici. Non enim adesse potest formalis malitia sacrilegij consistens in vsurpatione rei Ecclesiasticæ, si ignoretur, rem esse Ecclesiasticam. Non tamen est necessarium, quod eo animo, seu sub ea consideratione vsurpentur, quatenus sunt res Ecclesiasticæ, seu quia Ecclesiæ sunt, vt tenuit Caietanus *in d. sum. v. excommunicatio c. 27.* quem videntur sequuti Alter. *cap. 1. col. 4. tom. 1.* Nauar. *in man. c. 27. v. 71.* Reginald. *in prax. tom. 1. lib. 9. c. 25. num. 372.* & Scottia *in Bull. select. theorem. 426. col. 3.* quos refellit Bonacin. *de censur. in partic. disp. 7. qu. 18. pun. 1. num. 7.* & Sayt. *lib. 3. thes. cap. 21. num. 4.* Quia Canon indistinctè loquitur, nec ostendit in verbis formalitatem illam, quam ait Caietanus, cuius tandem sententia ita à pluribus declaratur, vt eiusmodi formalitas non cadat in motiuum vsurpationis, sed in modum, seu titulum vsurpandi. Idest non sit necesse, quod vsurpans accipiat, quia ad Ecclesiam pertinent, sed quod eo modo, quo ad Ecclesiam pertinent, velit ad se pertinere. Sic Duardus *ad d. can. 17. qu. 21.* reprehendens Saytum, sed perperam, quia sic intellectam Caietani sententiam non reijceret Toletus *lib. 1. c. 28. num. 7.* Vgolin. *in d. Bull. Cœn. p. 2. c. 7. §. 2.* & Suar. *de censur. disp. 21. sect. 2. num. 62.* vbi dicit etiam probabile, fures innodari, si sciant fructus pertinere ad personas Ecclesiasticas, quod etiam tradit Toletus, Sayrus, Scortia locis citatis & Graff. *lib. 4. dec. c. 18. num. 140.* qui solus expresè dicit actionem debere fieri auctoritate iudiciali. At hanc censuram *c. 17. Bullæ* procedere contra 9

vsur-

vsurpantes vsurpatione propriè dicta, id est quasi ex iure ad dictos fructus, seu prouentus, non autem contra fures, aut raptores, ait communis sententia interpretum huius Canonis, nempè Caietani, Nauarri, Alterij, Toleti, Duardi, eiusdem Suarez, Vgolini, Filiucij, Sousæ, Reginaldi, ac Pueroni, & sequuntur Quarant. *d. v. bona Ecclesiæ vsurpantes*, & Ricc. *resol.* 415. *n.4.* ac censuit Sac. Congregatio Concilij 27. Februarij 1596. in Sorana, inquiens: *fures surripientes res Ecclesiæ, vel locorum piorum non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ, neque Concilij. Neque qui debita non soluunt, licèt possint*, eadem Sac. Congregatio in Caietana 15. Nouembris 1659. Qui verò vsurpant iurisdictionem Ecclesiæ etiam secularem, & ex feudo competentem, est excommunicatus, etiam in Bulla Cœnæ, eadem Sac. Congregatio in Compostellana 1. Februarij 1607. & secundùm veriorem procedit contra omnes vsurpantes, siue publica, siue priuata potestate, siue laici, siue Ecclesiastici sint, vt Vgolin. *c.17. §.1.* Sayr. *d.c.21. n.4.* Souf. *in Bull. Cœn. disp.89. n.1.* Filliuc. *tr.16. n.212.* Duar. *lib.2. in d. Bull. c.17. q.2. n.1.* & alij contra Nauar. *d.c.27. n.71.* qui putat in eo canone solùm agi de vsurpantibus publica laicali potestate. Illi igitur excusandi sunt ab hac censura, qui iustum aliquem titulum tollendi huiusmodi fructus habent. Non dicuntur enim vsurpare, sed potius vsurpata vendicare.

10 Quando autem titulus dubius est, distinguendum puto. Vel enim ipse vsurpans dubius est, nec habet rationem sufficienter probabilem, ex qua inclinetur in eam partem, vt prudenter existimarit, titulum esse iustum, quod dicitur practicè deponere dubietatem, & tunc incurrit, si accidat, titulum re ipsa reperiri iniustum, secùs si reperiatur iustus. In primo enim casu & temerè agit, & effectus vsurpationis verè intercedit, qui effectus deest in secundo casu, vbi solus affectus, & temeritas non ponitur. Vel vsurpans rationabiliter, & prudenter existimat, se id posse, & tunc in foro conscientiæ non est iudicandus incidisse, etiamsi titulus reperitetur iniustus; quia nulla adest formalis temeritas, aut præsumptio. In foro autem externo, reperta iniustitia tituli, præsumetur incidisse, quia in dubijs præsumptio stat pro possessore, & in præsenti pro Ecclesia, ad quam fructus censentur pertinere. Immò hac de causa præsumi poterit incidisse, etiam antequam de iustitia tituli cognoscatur.

11 Licitum tamen est Iudici Ecclesiastico concedere licentiam eiusmodi bona sequestrandi iusta ex causa, cumque illius expressione, nec sufficit generalis illa clausula, *certis ex causis animum nostrum mouentibus*, vt declarauit Sac. Congregatio super Episcopis 23. Augusti 1583. Causæ verò sunt multæ ad puniendum contumaciam, *cap.2. de dolo & contum.* Dum constat, fructus dilapidari, vel timetur, ne recuperatio fructuum commodè fieri possit, *cap.2. & fin. de sequestr. possess. & fruct.* cum beneficium vacat, *cap. Cum vos, de offic. Ordin.* vel est litigiosum. Beneficij tamen impetrati certo modo non fit sequestratio, durante lite, eadem Sac. Congregatio super Episcop. 25. Octobris 1602. in Melitensi. Et quando fit, non comprehendit partem colonicam, eadem Sac. Congregatio in Papiensi 4. Septembris 1602. Cùm possessio est attentata, quia capta lite pendente; tunc enim sequestratio conceditur ante sententiam, Caputaque *dec.151. & 157. p.3.* Cùm duo litigant de possessione alicuius rei, & neuter probauit possessionem; tunc enim sequestratur res vsque ad sententiam in iudicio petitorio ferendum, *l. æquissimum, ff. de vsufr.* Pro Vicarij prouisionibus datur licentia sequestrandi fructus mensæ, eadem Sac. Congregatio in Alatrina 3. Septembris 1597. Pro restauratione Ecclesiæ sequestrantur fructus ad id necessarij, dum Rector ei non prouidet, eadem Sac. Congregatio in Sorana 5. Februarij, & 2. Iulij 1602. Similiter pro paramentis eadem in Iuuenaciensi 18. Decembris 1600. Item pro mercede Capellani, siue substituti, eadem in Castriduranis 11. Septembris 1612. Cùm Episcopus vel beneficiarius obligatus ad residentiam abest sine iusta causa, eadem Sac. Congregatio super Episcop. in Mineruina 25. Iunij 1603. & in Mediolaneo. 4. Ianoarij 1591. Pro qualibet demùm causa, quæ Iudici iusta videtur. Tunc enim etiam ex officio sequestrationem apponere potest, vt per Lancellot. *de attent. p.2. cap.12. limit.12. & p.3. cap.29. num.148.* Gonzal. *ad regul.8. §.7. proem. num.20. & seqq.* Caroc. *p.2. in prax. de sequestr.* Franc. Curt. *eod. tr. quæst.1.* Mooet. *de distrib. p.1. quæst.9. num.5. & seqq.*

CONSVLTATIO XII.

An Regulares possint cum expressa licentia S. Congregationis Concilij iuxta eius decretum sub die 7. Septembris 1624. & 19. eiusdem 2643. de quo nos alibi, imponere censum vitalitium, etiam sine pecunia numerata, illumque posteà sine dicta licentia cassare, ac eius pecuniam in mutuum accipere?

Qvod attinet ad primam partem, affirmatiuè respondendum est. Etenim dubitari non potest de validitate census vitalitij tam ex communi Canonistarum, quàm Theologorum sententia, vt per Rot. post Cenc. *de censib. dec.514. num.2. & 3.* Idque, etiamsi non interueniat actualis numeratio pecuniæ. Nam hoc requiritur in alijs censibus perpetuis comprehensis in Constitutione Pij V. non autem in censu vitalitio, qui in illa non comprehenditur, vt latè probat Altograd. *cons.18. num.19. lib.1.* Felician. *de censib. tom.2. lib.1. cap.7. num.5.* Rebel. *de obligat. iust. p.2. lib.10. cap. vlt. nu.11.* Duard. *de censib. quæst. vlt. proem. num.77. & 513.* Less. *de iust. & iur. lib.2. cap.22. dub.12. num.96.* Filiuc. *quæst. moral. tract.35. p.2. cap.212. 283. & seqq.* ac Rot. *d. dec.514. num.4. & 5.* & in specie quod non requiratur pecunia numerata, sed sufficiat aliud æquipollens, vel simplex creditum, tradunt Altograd. *cons. 19. num. 2. lib. 1.* & Garz. *de contract. cap. 29. num. 6.* Salazar. *de vsu & consuet. cap. 8. num. 45.* Bellon. iun. *cons. 92. per tot.* Nuguerol. *alleg. 32. à num. 33.* Sicuti potest etiam constitui habita fide de pretio, ac pro pecunia soluenda, quia id non repugnat illius naturæ, nec iuris communis dispositioni, sed tantùm Constitutioni Dianæ, quæ in censibus vitalitijs, vt dicebam, non habet locum, Filiuc. *d. tr.35. cap. 3. num. 306.* Cardinal de Lugo *de iust. & iur. tit. de censib. sect. 5. num. 80.* & Bursatt. *cons. 219. num. 14.* Quare seclusa Constitutione Pij V. census valet sine actuali numeratione pecuniæ, tam attenta dispositione iuris communis, quàm constitutione Calisti & Martini V. vt pluribus adductis firmat Duard. *loco cit. §. 1. quæst. 2. per tot.* & præcipuè *num. 16.* Nuguerol. *d. alleg. 32. num. 41. & 42. cum seqq.* ac Rot. *dec.286. n.1. & dec.328. in princ. p.4. diuers.*

Atque adeò, vt non obstet, etiam si licentia Sac. Congregationis habeat conditionem, quod pecunia eodem contextu in extinctionem debitorum conuertatur. Primò quia hæc conditio non respicit, neque impedit perfectionem contractus quoad obligationem, & irreuocabilitatem, sed solùm quoad acquisitionem dominij census ex parte emptoris. Triplex enim perfectio consideratur in contractu emptionis, & venditionis. Altera respiciens obligationem, & irreuocabilitatem contractus, & hæc inducitur solo consensu contrahentium. Altera quoad periculum, & hæc statim inducitur, si contractus est purus, & post purificatam conditionem, si est conditionalis. Tertia quoad acquisitionem dominij, & hæc requirit solutionem pretij, ac exequutionem pactorum; vt egregiè declarat Decian. *respons.64. num.32. & seq. lib.3.* Surd. *cons.38. nu.11. & seq. & cons. 52. n.56. ac seqq.* Afflict. *dec.280. num.4.* Quare licèt non soluatur pretium, attamen contractus remanet perfectus quoad obligationem, & irreuocabilitatem, vt firmant ci-

tati Doctores, ac ita, vt ad solutionem pretij cogi possit, licè, tantequam soluatur, in emptorem dominium census non transferatur iuxta theoricam Bald. *in l. fin. num. 3. C. vbi cauf. fisc. & in l. incanile in fin. C. de rei vindic.* vbi quod contractus teneat, Peregr. *de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. sub num. 9.* concludens ex communi, ac Rot. *dec. 96. num. 3. p. 2. rec.* Quod enim Prælatus non possit habere fidem de pretio, & alienare sine solemnitatibus, procedit respectu translationis dominij, non respectu obligationis, & irreuocabilitatis, quæ ex solo consensu inducuntur, vt scitè distinguendo tradit Felin. *in cap. cum olim 32. n. 5. de offic. deleg.* & cum alijs Altograd. *conf. 26. n. 58. lib. 1.*

3 Secundò, quia licentia S. Congregationis in hoc casu non est necessaria, quoniam census vitalitius non est de illis contractibus, in quibus sunt necessariæ solemnitates, sed sine illis fieri potest, Gratian. *discept. 756. per totam*, Duard. *de censib. §. 1. qu. 20. num. 13.* Cyriac. *controu. 1. num. 36.* & Cenc. *de cens. qu. 10. num. 5.*

4 Ideò, quicquid sit de conditionibus appositis in licentia, contractus non corruit ob earum defectum. Nam licentia in casibus, in quibus non est necessaria, non vitiat, si non impetretur, quamuis fuerit reseruata, neque si impetrata, eius conditiones seruentur, dum sine ea potest actus valere, Rota coram Card. Seraph. *dec. 1027. num. 7. & 1319. num. 2.* & inter *diuers. dec. 519. n. 3. §. minus facit, p. 1. & in rec. dec. 404. num. 6. p. 2.*

5 Ex his sequitur responsio ad secundam dubij partem, non posse scilicet Regulares ab hoc censu recedere, illumque conuertere in purum mutuum, quoad censum. Quia cùm ex dictis appareat, quod acquiratur Monasterio ius irreuocabile, & agatur de consensu vitalitio, cuius pretium nunquam repeti potest, Cenc. *d. qu. 10. num. 26.* Rot. post eum *dec. 9. num. 12.* & Leotard. *de vsur. qu. 43. num. 7.* non possunt sine beneplacito Apostolico illum cassare, & præiudicium inferre Monasterio, dum non agitur de iure quærendo, sed de iam quæsito, vt in terminis census Ricc. *dec. 134. p. 1.* Donat. Anton. de Marin. *resol. lib. 1. cap. 6. num. 10.* Squillant. *de oblig. Cleric. p. 2. cap. 1. num. 5.* Donat. *rer. regular. p. 2. tr. 4. qu. 58. in princ.* & generaliter quod vbi agitur de iure quæsito, exigatur beneplacitum Apostolicum, firmat idem Donat. *qu. 59. num. 15.* & Rot. in Romana fideicommissi 21. Iunij 1562. coram Eminentiss. Cerro *§. non obstat.*

6 Et quoad mutuum certum est, quod vigore mutui contracti à Regularibus, bona Ecclesiæ non possunt alienari sine beneplacito Apostolico, etiamsi prætendatur, mutuum fuisse conuersum in eorum vtilitatem. Quoniam hoc supplet defectum causæ, non autem solemnitatis, quæ copulatiuè requiritur pro alienanda proprietate bonorum adeò, vt non sufficiat causa sine beneplacito, neque beneplacitum sine causa, Rot. coram Merlino *dec. 764. num. 9. & 16. & dec. 223. num. 2. & 3. p. 6. rec. ac dec. 6. num. 3. & 36. num. 5. & dec. 243. num. 12. & dec. 252. num. 9. p. 7.* & in Leodien. dominiorum 25. Iunij 1649. coram Cardin. Corrado, *§. quoniam alienatio*, & in hac specie firmauit in Romana census 25. Aprilis 1652. coram Bichio, *§. fin.*

7 Neque obstat, quod, subsistente causa, bona possint generaliter obligari absque beneplacito Apostolico. Nam præter quod contrarium decreuit S. Congregatio Concilij decreto suo, cuius summa est huiusmodi. *Sacra Congregatio &c. Speciali Sanctiss. D. N. iussu Generalibus, & Prouincialibus &c. et quibuscumque alijs Superioribus regularibus &c. omnium rerum &c. alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transferatur, census perpetuos, seu vitalitios, hypothecas &c. fieri perpetuo prohibet, atque interdicit absque ipsius Congregationis Concilij expressa licentia &c. alienationes verò, pacta, census, hypothecas &c. Sanctitatis suæ auctoritate ipso iure nullas, atque irritas decreuit &c. hac die 7. Septembris 1624. Cumque post editum decretum de rebus Regularium non alienandis compertum sit, Regulares, qui eodem decreto prohibentur census imponere &c. loco censuum, & contractuum huiusmodi pecunias accipere mutuò etiam sine alicuius lucri solutione &c. cum obligatione, seu hypotheca bonorum &c. Cumque ex huiusmodi contractibus eludatur mens S. Congregationis, Sanctiss. D. N. approbante, decreuit, & declarauit, non licere Regularibus pecunias, vt supra proponitur, accipere, & si acceperint, in ipsius decreti pœnas ipso facto incidere &c. die 21. Martij 1626. quod innouatur hac die 19. Septembris 1643.* Præter id, inquam, cessat difficultas, quia hoc intelligitur ad effectum euitandi pęnas *extrauag. Ambitiosæ:* at quando posteà deueniendum est ad alienationem, necesse est, vt beneplacitum adhibeatur, cum tunc res deueniat ad casum, à quo incipere non potest sine beneplacito Apostolico, ita Bero. *in cap. nulli, num. 15. de reb. Eccles. non alien.* Redoan. *eod. tr. qu. 2. cap. 6. num. 16.* & articulo plenè discusso ex mandato Sanctissimi, resoluit Rota in Amerina bonorum 2. Iunij 1645. coram Royas, & in Neapolitana pecuniaria 19. Iunij 1656. coram Zarate, cuius hæc sunt verba.

De iustitia verò sententiæ A. C. maximè cum in dicta emptione defuisset beneplacitum Apostolicum, quo deficiente, quamuis bona Ecclesiæ hypothecari & obligari generaliter possint, non obstante prohibitione dictæ *Extrauag. Ambitiosæ*, vt tenent plures relatis à Barbos. *in d. cap. nulli, nu. 5.* & firmauit Rot. penes modernum Foroliuien. *de pignor. dec. 97. nu. 1.* nihilominùs ex præfata hypotheca, & obligatione generali deueniri non potest ad distractionem, & subhastationem bonorum Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico, vt resoluit modernus Carpensis *contr. 105. num. 16. & controu. 183. à nu. 115. lib. 2.* quia sic daretur casus co...ra dispositionem dictæ *extrauagantis Ambitiosæ*, prohibentis distrahi bona Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico, vt considerauit Rot. *in d. dec. 97. n. 7.* post modernum Foroliuiensem *de pignor.* vbi contrarijs omninò satisfit; quod quidem beneplacitum saltem semel debet interuenire, vel initio obligationis, vel tempore distractionis ex allegatis nouissimè per modernum Hispanum in *labyrint. credit. p. 1. c. 1. §. 2. n. 17. cum seqq. & p. 3. cap. 4. num. 5. cum seqq.* Rot. *in d. dec. 97. n. 13.* 8

Ex quo etiam deducitur læsio ex parte Monasterij, quæ, licet esset intra dimidium, Ecclesiæ suffragaretur, vt tradit Abb. *d. cap. Cum dilecti, vers. Item satis est, de empt. & vendit.* Franch. *dec. 248. nu. 6.* & licet regulariter, tanquam requirens altiorem indaginem non retardaret executionem, Rot. apud s. m. Gregor. XV. *dec. 120. num. 17. & dec. 70. n. 16. dec. 139. n. 14.* penes Zacch. *de oblig. Camer.* attamen non obijcitur ad effectum rescindendi actum validum, sed ad effectum ostendendi nullitatem ex defectu beneplaciti Apostolici, vtpotè contrahentium, qui Monachos successores nec etiam obligare poterant absque debitis solemnitatibus, vt respondit Rot. *post moder. Foroliu. de pignor. d. dec. 97. num. 9. cum seqq.*

Quapropter executio super fructibus, qui possunt obligari, prætendi nequit, cum id procederet casu, quo possessores titulares perpetuò existerent, qui possent de fructibus in sui præiudicium quomodolibet disponere; secùs verò dicendum de Monachis claustralibus, & commendatarijs, qui fructus futuros in præiudicium successorum obligare non valent, Gemin. *conf. 17. n. 4.* Alex. *conf. 14. n. 3. & seqq. lib. 1.* Rot. *dec. 805. num. 3. & 4. p. 1. diu. & dec. 707. num. 20. p. 1. & dec. 788. num. etiam 20. p. 2. recent.* Hactenus Rota. 9

Vndè neque etiam super fructibus agi potest. Quia licet Rota *in d. Amerina bonorum* dixerit, quod possunt sequestrari fructus, & ex illis satisfieri creditor, attamen hanc conclusionem posteà declarauit in adducta Neapolitana, nempè quod illa procedit in beneficiato, & commendatario perpetuo, qui potest obligare fructus beneficij, sua vita durante, non autem in Prælatis, & alijs superioribus regularibus, habentibus officium ad tempus. Quia isti possunt quidem obligare fructus in suum præiudicium, durante officio, secùs autem in præiudicium successoris, & Religiosorum, qui ex eisdem fructibus ali debent iuxta doctrinam Geminiani ibi relatam, & Rot. *d. dec. 805. n. 3. & 4. p. 1. diu.* vbi quod successor non tenetur, quando non interuenit causa, & solemnitas, hoc est beneplacitum Apostolicum, & *dec. 705. num. 2. p. 1. & dec. 778. num. 2. p. 2.* 10

Imputet ergo sibi emptor eiusmodi census, qui debebat cautius rem suam agere, cumque tam ipse, quàm Eccle- 11

Ecclesia agat de damno vitando, potior debet esse causa Ecclesiæ, quàm Emptoris, qui non adhibendo solemnitates requisitas à iure, dicitur in mala fide, *l. qui contra, extr. de regul. iur.* Surd. *cons.* 28. *num.* 72. *&* 73. *& cons.* 115. *n.* 11. *cum seqq.*

CONSVLTATIO XIII.

An Canonicus pœnitentiarius possit eligi in confessorem Monialium?

1 NEgatiuè regulariter respondendum censeo. Quia, licèt remittatur arbitrio Episcopi, quo tempore interesse debeat fidelium confessionibus excipiendis, vt tradit Vgolin. *de offic. Episc. cap.* 33. *n.* 6. Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 4. *n.* 117. cum alijs, attamen controuerti non potest, quod audiendo Monialium confessiones diebus festis solemnioribus admodum difficile, ac forsan impossibile est, posse eodem tempore confessiones audire in Ecclesia Cathedrali, dum ad illam populi multitudo confluit hora missarum, & diuini officij, sicut ex suo munere tenetur vt per Garz. *d. cap.* 4. *n.* 122. vbi refert declarationem S. Congregationis Concilij, & Barbos. *de canon. & dignit. cap.* 26. *num.* 19. & in collect. *ad Concil. cap.* 8. *num.* 33. *sess.* 24. *de reform.*

2 Ideòque, licèt Episcopus pro suo seruitio vti possit opera duorum Canonicorum, nequit tamen ad id assumere Canonicum pœnitentiarium, qui non potest à Capitulo occupari in missionibus vel alijs, per quæ distrahatur à confessionibus in Ecclesia audiendis saltem Dominicis, & festis diebus, ex declaratione S. Congregationis super Episcopis in Guardien 19. Augusti 1598. & in Montisfalisci 23. Augusti 1652. Vndè cogi non potest ad exercendam Oeconomiam Cathedralis ex eadem S. Congregatione in Anaguina 2. Decembris 1625. sicut neque Theologum, licèt Regularem in eius locum substituere velit, ex eadem in Vulturariensi 20. Martij 1601. Nam Pœnitentiarius debet residere, & ad residentiam cogi, eadem in Spoletana 12. Decembris 1600. Non tamen tenetur ad maiorem residentiam, quàm alij Canonici quoad Chorum. Quod verò ad confessiones audiendas abesse non debet eo tempore, quo frequentiùs pęnitentes accedunt, vt diebus festis solemnibus, & tempore ieiunij quatuor Temporum, Quadragesimæ, Aduentus, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis B. Mariæ, omnium Sanctorum, Natiuitatis Domini, &c. ex S. Congregatione Concilij in Segobiensi, & in Forosemproniensi 7. Iunij 1618. Eo tamen tempore, quo cognouerit, pęnitentes non adesse, qui eius opera vti velint, ad interessendum cogi minimè debet, S. Congregatio super Episcopis in Fossanensi 18. Septembris 1637. Immò dum pœnitentiarius abest, vel est infirmitate detentus, Episcopus subrogare debet alium Canonicum, qui dum confessiones in Ecclesia audit, distributiones lucretur, eadem S. Congregatio in Theatina 18. Aprilis 1643. Aliàs si Theologus, aut alius Canonicus audiat confessiones in Ecclesia tempore diuinorum officiorum absque tali subrogatione, non lucratur distributiones, quia hoc est priuilegium pœnitentiarij, eadem S. Congregatio in Lucensi 28. Iunij 1583. Quod eò libentiùs accipiendum est, si agatur de Ciuitate hominibus exteris referta, quorum confessionibus excipiendis non est incongruum plures pœnitentiarios in Cathedrali Ecclesia deputari, vt in simili de Ecclesia Archiepiscopali Neapolitana respodit Rot. *dec.* 743. *num.* 15. *cum pluribus seqq.* coram Merlino.

3 Idipsum extendendum videtur ad alios Canonicos, qui ad curam animarum deputati sunt. Tum quia munus curæ parochialis, & officium Confessarij Monialium adeò inter se sunt æqualia, vt impossibile ferè videatur per vnicam personam obligationibus vtriusque congruè satisfieri, & propter eà in fortioribus terminis Parocho interdici permanere in seruitio Episcopi, aut Ecclesiarum Cathedralium, Gonzalez *ad regul.* 8. *glos.* 6. *num.* 258. Garz. *de benef. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 42. Posseuin. *de offic. Cur. cap.* 1. *num.* 12. Piasec. *in prax. Episc. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. Tum etiam quia, licèt Parochus non arctetur residentia adeò assidua, vt ab ea aliquando recedere non possit, attamen, vt docet experientia, quando adsunt intra fines Parochiæ morbo grauiter laborantes, illos vagari non licet, sed debent propriæ domi se continere propter periculum, ne decedant absque Sacramentis, vt post Posseuin. *d. cap.* 1. *n.* 6. aduertit Barbos. *de offic. & potest. Paroch. p.* 1. *cap.* 8. Hinc Tambur. *de iur. Abbatiss. disp.* 16. *quæst.* 3. *num.* 5. & idem Barbos. *lib.* 10. *de iur. Eccles. cap.* 44. *num.* 127. Gauant. *in man. v. Monialium cura spiritualis num.* 10. inquiunt, non posse deputari Parochos in Confessarios Ordinarios Monialium, nisi in casu necessitatis, idque ex declaratione S. Congregationis super Episcopis, quæ est huiusmodi: *Al Patriarcha di Venetia. I Piouani di cotesta Città hanno supplicato si conceda loro di poter, come pel passato, attendere alla cura de' Monasterij di Monache, massime doue ponno farlo senza pregiudicio dell'anime, e delle loro parochiali, confidando questi Signori miei Illustrissimi della prudenza di V. S. non hanno voluto in ciò risoluere altro, eccetto che io le faccia sapere, come si rimette il tutto al suo arbitrio, poiche non si può dare in questo regola generale. A' 22. di Febraio del 1593.* Quod etiam voluit Pelliz. *de gubern. Monial. cap.* 10. *sect.* 3. *subsect.* 1. *num.* 171.

Dixi, regulariter non posse eligi, secùs autem si Episcopus aliter iudicauerit. Nam re vera Canonicus pęnitentiarius nullam habet prohibitionem à iure subeundi munus Confessarij Monialium, & propterea id solùm considerandum est, an valeat vtrique muneri satisfacere. Si enim poterit vtrumque munus implere, non videtur prohibendus, sed commendandus. Præsertim quia, vt dictum est, non appareat definitum tempus, quo debeat incumbere confessionibus audiendis, sed committatur arbitrio Episcopi iuxta decreta S. Congregationis Concilij, relata à Barbos. *in collect. ad Concil. d. c.* 8. *sess.* 24. *de ref. num.* 24. & in *collect. dec. Apostol. collect.* 581. *num.* 19. Quare eadem S. Congregatio Concilij in Ianuensi 11. Septembris 1666. censuit, in hoc casu non esse prohibendum. 4

Ceterum adijciamus nostra parerga *ad d. c.* 8. *Trid. sess.* 24. Pęnitentiarius non potest absoluere à casibus reseruatis, nisi de licentia Episcopi S. Congreg. Concilij in Veronensi. 5

Præbenda pro pęnitentiario à Capitulo sede vacante assignari non potest, sed hoc ab Episcopo præstandum est *c.* 2. *ne sed. vac.* eadem S. Congeg. in Seguntina. 6

Pręebenda in mensibus Sedi Apostolicæ reseruatis vacans non potest erigi in pęnitentiariam, eadem in Placentina. 7

Portio, quæ est in Ecclesia, non potest erigi in pęnitentialem præbendam, eadem S. Congregatio in Paren. 8

In Ecclesijs, in quibus ex consuetudine optatur præbenda, si ea, quæ post Concilium primò vacauit, non fuit in pęnitentialem erecta, potest optari postea vacans, sed si ante optionem Episcopus erexerit, præualet erectio, etiamsi postea optaretur, eadem in Mediolanensi. Reliqua apud alios passim. 9

CONSVLTATIO XIV.

An, & quatenus debeantur distributiones Canonico absenti prætextu inimicitiæ?

LIcèt inimicitia sit iusta causa dandi licentiam absentiæ ad effectum lucrandi distributiones, non tamen sufficit antequam licentiam impetretur à Superiore, ad quem spectat cognoscere de iustitia, & veritate causæ, *cap. Relatum* 4. *de Cler. non resid.* vbi Doctores, Add. ad Gregor. *dec.* 154. *n.* 8. Rot. *dec.* 608. *n.* 3. *p.* 1. *& dec.* 353. *n.* 15. *p.* 3. *recent.* Seraph. *dec.* 1131. *n.* 6. & resoluit S. Congregatio apud Monet. *de distrib. p.* 2. *q.* 5. *sub n.* 72. Garz. *de benef. p.* 3. *c.* 2. *n.* 351. Bonac. *de ijs, quæ ad diuin. offic. &c. disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 2. *n.* 8. & Macign. *de hor. can. cap.* 71. *n.* 63. Quippe li- 1

pe licentia debet esse legitima, Gloss. notab. *in cap. Inter quatuor, de Cler. non resid.* & legitima causa ea dicitur, quæ datur ab eo, ad quem de iure competit ex causa arbitrio boni viri Nauar. *in man. cap. 25. num. 120.* Salzed. *ad Diaz. in prax. crim. cap. 54. §. septimus.* Nam inimicitiæ regulariter non excusant à residentia Cathedralis, vt censuit S. Congreg. super Episc. 6. Augusti 1601.

2 Deindè oportet, quod absentia non sit longa. Quia S. Congregatio Concilij non concedit licentiam Canonicis non residendi ratione inimicitiæ, nisi ad annum, vt in eius declaratione apud Monetam, Garziam, & Bonacinam in locis allegatis, & post annum mandat vel resignari, vel permutari, vt in resolutione, quam refert Barbos. *de Canon. cap. 24. n. 38.*

3 Postremò, quod accipere debeat oblatam reconciliationem, inimicitias, vel simultates deponere, pacem curare, cum eatenus causa inimicitiæ non residentem excuset, quatenus reconciliationem non valeat obtinere, Castropal. *tom. 2. de orat. publ. in chor. disp. 3. punct. 9. §. 2. nu. 2.* Bonacin. *loc. cit. n. 8.* vbi, quod teneatur acceptare reconciliationem etiam cum dedecore, dummodò non sit graue, cùm gloria Sacerdotis sit ignoscere, non vlcisci, vt dixerunt Archadios, & Honorius Augusti *in l. Si quis in hoc C. de Episc. & Cler.* quamuis non satisfaciat inimicus; vt loquit Glos. *in c. si quis constitutus, v. satisfaciente, d. 90.* Valer. *de differ. vtriusque for. v. Remissio, diff. 2. n. 2.*

4 Denique si non extet in Ecclesia consuetudo, quod absentia ratione inimicitiæ non suffragetur, quæ seruanda est, quia est rationabilis, ne scilicet diuinus cultus diminuatur, Oied. *de incompat. benef. q. 17. n. 19.* Monet. *de distrib. p. 2. q. 12. n. 40.* Macign. *de hor. can. cap. 71. n. 30* Garz. *de benef. d. p. 3. cap. 2. n. 360.* vbi sic declaratum refert à S. Congregatione, Castropal. *loc. cit. disp. 3. pun. 9. §. 12. n. 19. in fine.*

CONSVLTATIO XV.

An administratores tàm Ecclesiastici, quàm Laici fabricæ cuiusuis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, & quorumcumque piorum locorum deputati ab Vniuersitatibus teneantur reddere rationem administrationis soli Ordinario?

Vbi ad rem alia.

1 AFfirmo, nisi tamen ex consuetudine, aut priuilegio, aut ex Constitutione aliqua loci alijs ad id deputatis ratio reddenda esset. Tunc enim cum ijs adhibendus etiam est Ordinarius, & aliter factæ liberationes dictis administrationibus minimè suffragantur. Idem decernit Concilium Tridentinum *sess. 22. cap. 9. de ref.* & decidit Rot. in Lucana redditionis computorum 17. Iunij 1630. coram Merlino 473.

2 Non obstat, quod isti deputati non sunt principales administratores, sed potius quidam nudi procuratores, ac subministratores, qui proindè teneantur reddere rationem Vniuersitati, tanquam principali administratrici; & ita non videtur intrare consuetudo præseruata à S. Concilio, disponente tantùm de administratore principali, qui est solitus reddere rationem alijs, quàm Episcopo iuxta limitationem aliàs adductam à Rota *dec. 355. 402. & 440. p. 1. recent.*

3 Nam hæc limitatio non habet locum in casu, quo deputati per Vniuersitatem non sunt simplices factores, vel administri per voluntariam deputationem, dependentes ab authoritate Vniuersitatis, tanquam veræ administratricis, sed potius deputantur ab Vniuersitate principales administratores cum consueto onere reddendi rationem eidem Vniuersitati. Vndè Vniuersitas, nisi foret in culpa, in qua tamen vt constituta dicatur, est necessaria monitio, *l. 1. §. Magistratibus, ff. de Magistr. conuen.* ad nullam tenetur rationis redditionem, & sic subintrat relata limitatio S. Concilij, nempè quod Episcopus solùm possit interesse vnà cum Vniuersitate in reddenda ratione ab Administratoribus per eandem Vniuersitatem deputatis, Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 82. n. 32.* & admisit Rota *d. dec. 355. n. 4. & dec. 402. n. 3. & 440. n. 8.* & in specie firmauit in d. Lucana *§. quoniam responsum fuit.* Ac proindè decisiones aduersæ, indulgentes facultatem soli Episcopo reddendi rationem, non aptè applicantur. Nam in illo casu constabat, Capitulum esse principalem administratorem, at in hoc casu nihil geritur ab Vniuersitate respectu administrationis, sed solùm deputantur Oeconomi, qui principaliter administrant, & singulis annis reddunt rationem suæ administrationis Deputatis ab eadem Vniuersitate; ideòque potius intrat alia distinctio Rotæ *in d. dec. 402. n. 3.* quod scilicet non versamur in administratore, qui deputat subadministratorem suo principali nomine, sed in ijs, qui deputant ratione officij, & Magistratus. Isti enim regulariter non tenentur de administratis per officiales ab ipsis deputatos, atque non possunt ab eis exigi rationes, Rot. *d. dec. 402. n. 3.* Et magis precisè quod similes Vniuersitates Laicorum nequeant in his terminis dici principales Administratores, resoluit Rot. *in d. Lucana §. cit.*

4 Item nisi secùs fortè in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expresè cautum esset, vt ex eodem Trid. *loc. alleg.* Quare licèt Episcopus habeat ius visitandi pia loca omnia, quomodocunque nuncupentur, quantumuis exempta, & reuidendi rationes computorum, non tamen hoc ipsi conceditur si in dictorum locorum fundatione expresè aliter cautum sit. Quod procedit etiam quoad visitationem ex sequentibus declarationibus.

5 In Licien. 11. Maij 1604. *Sacra &c. auditis partibus censuit huiusmodi hospitale ex priuilegio Sedis Apostolicæ in Limine fundationis exemptum ab Ordinarij iurisdictione, nequaquam posse à diæcesano Episcopo visitari.*

6 In eadem Licien. 12. Augusti eiusdem anni. *Sacra &c. censuit priuilegium in Limine fundationis Hospitali concessum, vt ab Ordinario visitari non possit, nequaquam esse derogatum per cap. 8. sess. 22. de reform.*

7 In Abulen. 6. Aprilis 1606. *Sacra &c. inhærens decisioni à se aliàs editæ, quod Concilium decreto cap. 8. sess. 22. tribus Episcopis facultatem visitandi hospitale, & alia loca pia, non sustulit fundationes excludentes Episcopum à iurisdictione visitandi.*

8 Quæ declarationes fundantur in iure communi *Clem. quia contingit, de relig. domib.* vbi statuitur, quod ij, ad quos pertinet ex fundatione, priuilegio &c. reforment loca pia, tollentes abusus, & solùm in casu negligentiæ subintrent Episcopi quoad loca pia exempta, vt delegati Apostolici.

9 Non autem habent Episcopi quod possint visitare, vt delegati, nisi à Concilio; Concilium autem non derogat exemptioni concessæ in fundatione, atque adeò nec Episcopus erit constitutus delegatus respectu ipsorum, cum talis delegatio sit derogatio exemptionis.

10 Peterga. Mediolanen. *Ordinarij non habent authoritatem visitandi hospitalia, neque Confraternitates, quæ à Laicis reguntur, nisi in casibus à iure expressis. Et hoc decretum loquitur, & habet locum solummodo in casibus à iure communi permissis. Licet tamen à prædictis Hospitalibus, & Confraternitatibus rationem administrationis exigere, nulla habita ratione iuris communis, sed seruata tantum dispositione cap. 8. & 9. Concilij Tridentini de reform. 7. Februarij 1575.*

11 Lunensi, Sarzanensi. *Ordinarius interesse potest redditioni computorum hospitalis perpetuò vniti fabricæ, seu Cathedralis Ecclesiæ, & alterius etiam non vniti cum eadem authoritate, sicuti alij deputati, scilicet vt habeat vnicum votum in illo actu absoluendi, & condemnandi, sicut alij, quibus hæc ratio reddenda est. Item antiani, seu operarij coguntur ferre librum rationum administrationis sub pœna excommunicationis, & in domo Episcopi rationem reddere. Item votum Episcopi sic est accipiendum, vt connumerari debeat cum alijs ita, vt maior pars votorum absoluat, aut condemnet.*

12 Mediolanen. *Regulariter de omnibus locis pijs, Episcopo ratio est reddenda ab administratoribus, siue ea sint publica, vel priuata, Ecclesiastica, vel Laicalia. Hæc enim loca pia Vniuersitatum sunt huic redditioni rationum Ordinario obnoxia.*

13 Ruben. *Episcopus debet Confraternitatibus visitationem inti-*

intimare, & exactionum rationem iuxta hæc duo decreta, & vtrumque exequi. Si verò Confraternitates, vel aliæ exceperint de priuilegijs, aut alia de re, propter quam visitare se non posse ab Ordinario prætenderent, tunc earum allegationes in facto, & in iure transmittant ad Congregationem, & interim supersedeant.

14 Ea quidem ratione, quia ad Sedem Apostolicam pertinet iudicare de exemptione, quam aut lege, aut priuilegio concedit. Generale enim iuris dogma habemus, eius esse cognoscere, & interpretari priuilegia, cuius est ea largiri, *arg. l. 6. C. de Sacros. Eccles. cap. 12.* & ibi Glos. Abb. & Canonistæ *de iudic.* Bald. *in l. fin. C. de legib. & in prælud. feud. num.* 18. Afflict. *in cap. vn. 2. F. 56. num. 76.* Rota Romana *dec. 83. num. 3. & seq. par. 2. in nouis.* Caualcan. *in repert. dec. par. 1. tit. 1. v. Iudex nullus inferior.* Lancellot. *in templ. omn. Iud. p. 289. n. 3.* Io. Vinc. de Ano. *sing. 644.* Borsat. *cons. 156. n. 2.* Vasq. *illustr. contrWorld. 46. n. 7. & 8.* Solla *in constit.* Sabaud. *de claus. mand. Princip. glos. 1. n. 3. 8. & seq.* Franc. de Claper *dec. 23. n. 11.* vbi dicit, ad Principem pertinere de priuilegijs ab eo concessis decernere, & pronunciare per allegatam ibidem, Andr. Rauchbar. *l. b. 2. q. 11. num. 145.* Et quod Princeps, si de mente, vel sensu priuilegij inter subditos contentio oriatur, eiusdem controuersia iudex, & priuilegiorum suorum, sicut & antecessorum suorum interpres sit, probatur per textum *l. ex facto 43. in princ.* ibi: *beneficia quidem principalia ipsi Principes solent interpretari*, & ibi Rip. *num. 6.* ac Doctores, *de vulg. & pupil. subst.* & ex *l. Neratius* 181. ibi: *quem tamen modum beneficijs sui esse vellet, de reg. iur. l. fin.* & ibi Bald. *C. de legib.* Item ex *cap. Ordinarij, de offic. ordin. in 6. cap. fin. de concess. præb. cap. sicut, n. 11. q. 1. cap. Inter alia, §. vt igitur.* Vndè ius prodit, interpretatio quoque procedat, *extr. de sent. excom.* Ruin. *cons. 208. vol. 1.* Menoch. *cons. 205. n. 173. vol. 3.* & Scrader. *in repet. l. admon. n. 35. de iureiur.* Quod est contra Maceraten. *lib. 1. resol. 66. n. 4.* vbi asserit, in tali casu non debere Episcopum supersedere, sed deuenire ad effectualem visitationem, saltem vt delegatum Sedis Apostolicæ, saluis iuribus partium. Quod etiam tenet Zerol. *in praxi v. Hospitale*, loquens de reuisione computorum, & adducit Aretin. *in §. Oeconomos in fin. auth. de Sacros. Episcop.* Maran. *p. 3. tit. de appel. n. 198.* & postea extendit etiam ad visitationem, quando suffraganeus visitat, & appellatur ad Metropolitanum, quia appellatio deuoluit, non autem suspendit, ac testatur ita in vtroque casu declaratum fuisse à S. Congregatione.

15 Quod confirmari potest. Quia in tantum non posset cognoscere, in quantum nemo potest esse Iudex in causa propria, vt habetur *in tit. C. vt nemo in sua causa.* At si iudicat, an sibi non obstante exemptione allegata iurisdictio competat, non iudicat in propria causa, sed in causa Magistratus, quæ non est propria ac priuata ipsius, sed publica. Nam, vt ait Cuiacius *in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier.* non sibi ius dicit, sed tuetur auctoritatem, & maiestatem publicam, quam tenetur tueri; vndè etiam iniuriam sibi illatam vindicat, quasi factam dignitati, quam gerit. Quod præsertim verum est, quia causa priuata distinguitur ab ea, quæ est causa Reipublicæ, *l. Respublica, & l. non vero ff. ex quib. caus. ma.* In hoc autem casu cùm agatur de iurisdictione, quæ non est quid priuatum, sed quid Reipublicæ, causa non est priuata, sed Reipublicæ. Damnum enim, & emolumentum non pertinet ad ipsum Iudicem, sed ad Rempublicam. Omnis autem causa illius est, ad quem spectat damnum, vel emolumentum, *l. 1. §. In propria ff. quando appel. sit.* Estque textus, in quo dicitur, quod in ius vocatus, venire debet, quia pertinet ad Iudicem iudicare, an sua sit iurisdictio. Ita *in l. si quis ex aliena ff. de iudic.* ibi. *Si quis ex aliena iurisdictione ad Prætorem vocetur, debet venire, vt & Pomponius, & Vindius scripserunt. Prætoris est enim æstimare, an sua sit iurisdictio, vocati autem non contemnere auctoritatem Prætoris. Nam & Legati, cæterique qui reuocandi domum ius habent, in ea sunt causa, & in ius vocati, veniant priuilegia sua allegaturi.* Et in *l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier.* ibi: *Ex quacunque causa ad Prætorem, vel alios, qui iurisdictioni præsunt, in ius vocatus venire debet, vt hoc ipsum sciatur, an iurisdictio eius sit.*

His tamen minimè obstantibus à communi sententia non est recedendum, sed tenendum, quod allegato priuilegio exemptioni, non potest Iudex inferior amplius procedere, nec iudicare, an sua, vel non sua sit iurisdictio, sed stante dubio recurrere debet ad superiorem, à quo concessum est priuilegium exemptionis. Ita decernitur *in cap. Cum venissent de iudic.* ibi: *Cum super priuilegijs Sedis Apostolicæ causa vertatur, nolumus de ipsis per alios iudicari.* Et desumitur ex generali regula supra relata, quod illius est declarare, cuius est concedere, vt habetur ex *l. fin. C. de legib. & ex cap. inter alia de sentent. excommunicat. & cap. sicut §. Ex his 11. quæst. 1.* Quia cum talis declaratio debeat præbere auctoritatem priuilegio, ac eius terminos præscribere, debet hoc fieri ab habente æqualem auctoritatem cum eo, à quo est concessum. Vndè quando agitur, an stante priuilegio exemptionis competat iurisdictio Iudicij inferiori, non potest ipse de hoc iudicare, quia iudicando præscriberet terminos exemptioni. Quod fieri non potest. 16

Nam inferior non potest iudicare causas sui Superioris, cùm ad iudicandum requiratur iurisdictio supra personam, cuius causa est iudicanda; iudicare namque est actus iurisdictionis. Quando autem est iudicandum circa aliquorum exemptionem, est iudicandum non solùm de gratia concessa à Superiore, sed etiam de iure Superioris, quia exempti sunt immediatè de iure ac proprietate ipsius, *cap. Cum tempore de arb. & cap. Cum olim §. nos igitur de priuil.* Vndè docent communiter, quod interest Romani Pontificis subditos suos, nempè exemptos, & immediatè ipsi subiectos ab alio non iudicari, ac proindè neque etiam eorundem exemptionem, vt per Doctores, quos sequitur Rota in Gandauensi monasterij 29. Aprilis 1641. coram Cardinali Panzirolo. 17

Quare tenendum est, quod si hospitale, aut Confraternitas, aut alius locus pius, seu Congregatio prætendat se virtute priuilegiorum non posse visitari, debeat Episcopus supersedere, ac mittere ad S. Congregationem allegationes facti, & iuris. Atque ita asserit declarasse S. Congregationem in Ruben., & in Mediolan. Io. Franc. Leo *in thes. for. Eccles. par. 2. cap. 14. num.* 13. habeturque similis declaratio ex biblioth. Cardinalis Bellarmini ad *sess. 22. Concil. Trident. cap. 9.* his verbis: *Episcopus secundum hoc & præcedens decretum debet intimare visitationem, & exactionem rationum à Confraternitatibus, & si excipiunt, se non visitandos ex priuilegio, &c. tamen transmittantur ad Congregationem aliàs allegationes de facto, & de iure, & interim supersedeat.* 18

Quia si priuilegia sunt clara ita, vt nullam difficultatem patiantur, cessat ex notificatione prætensio Episcopi de visitando, cùm non possit ire contra priuilegia clara Summi Pontificis. Si verò sint dubia, aut exemptio difficultatem patiatur, pertinet iudicium ad Sedem Apostolicam, quia ad ipsam pertinet iudicare de exemptione, quam aut lege, aut priuilegio concedit, quia in hoc est necessaria aut legis, aut priuilegij interpretatio. Illius autem est interpretari, cuius est condere ex superius relatis. 19

Neque obstat, quod Episcopus debeat cognoscere, an hospitalia sint sub immediata protectione Regum, si ipsi visitare volenti hæc exceptio opponatur, vt docent, ac referunt decisum Martha *de iurisdict. par. 2. cap. 18. num.* 5. Armendar. *in addit. ad recopil. leg. Nauar. tit. 6. de visit. num.* 62. Stephanus Vueiurs *ad 24. Constit. per Tridentinum* 20

inno-

innouatas , *Constit.* 16. *num.* 16. Ciarlin. *lib.* 1. *contr. cap.* 65. *num.* 4.

23 Quoniam in hoc casu agitur solùm de cognitione immediatæ protectionis , quæ cum sit quid laicale , est sub iudicio Episcopi , vt superioris in ordine ad ea, quæ concernunt loca pia . At quando agitur de exemptione , ac priuilegijs , agitur de eo, secundùm quod loca pia non subijciuntur Ordinario . Et ideò iudicium de ipsis pertinet ad Sedem Apostolicam.

24 Atque id à fortiori valet , si Episcopo à Superioribus inhibitum fuerit , ac procedat ad visitationem ; quia inhibitio facit , quod deindè gesta sint attentata, & irrita , & proindè reuocanda per textum *in cap. non solum* , *& cap. Romana* §. *Quod si obijciatur de appel. in* 6. traditque Dec. *cons.* 103. *sub initio* , Osasch. *dec.* 5. *num.* 5. Feder. de Sen. *cons.* 300. *num.* 8. Menoch. *cons.* 557. *num.* 13. & fusè Lancellot. *de attent. cap.* 20. *num.* 226. *par.* 2.

25 Constatque etiam ex eo , quod S. Concilium Trident. *sess.* 21. *cap.* 8. *de ref.* agens de visitatione facienda ab Episcopo quoad Monasteria , in quibus non viget regularis obseruantia , & quoad beneficia excludit appellationes , & inhibitiones, quas nullum vult habere effectum . Easque similiter excludit *sess.* 7. *cap.* 8. *de ref.* vbi agit de visitatione Ecclesiarum exemptarum . Cum ergo *sess.*22. *cap.* 8. *de ref.* agens de visitatione hospitalium , & locorum piorum non excludat appellationes , & inhibitiones , dicendum est , quod possint interponi . Quia si voluisset non habere locum, expressisset , *l. vnica* §. *Sin autem C. de caduc. tollen. & l. si seruus* , §. *Prætor ait* , *ff. de acquir. hared. & cap. ad audientiam* 2. *de decim. & cap.* 2. *de transact. Pral.* Surdus *dec.* 88. *num.* 4. *& cons.* 245. *num.* 4. Præsertim cum facilè potuisset exprimere ; vt aiunt Menoch. *cons.* 30. *num.* 8. Armendar. in loco alleg. *in proem. num.* 150. ac etiam sit solitum exprimere, vt in locis allegatis.

26 Minùs obstat *cap. Cum persona de priuil. in* 6. Nam ibi solùm statuitur , quod ad tollenda subterfugia , quibus aliqui prætextu exemptionis declinabant forum , & correctiones , atque ordinationes Ordinariorum , teneantur, qui tale priuilegium exemptionis prętendent , illud ostendere vel ordinario , vel deputatis ab ipso , in loco tamen tuto , & illud exhibere integraliter legendum , & transcriptum tradere de articulis , de quibus est controuersia . Non autem tribuitur Ordinaria facultas aliqua iudicandi circa priuilegium exemptionis, aut an illo non obstante iurisdictio illi competat. Quod clarum est ex ipsius verbis , quæ sic se habent: *Nos volentes super hoc de salubri remedio prouidere , statuimus , vt hi, qui se asserunt per priuilegia, seu indulgentias Apostolica Sedis exemptos , à locorum Ordinarijs requisiti huiusmodi priuilegia , vel indulgentias , quibus se dicunt fore munitos, ipsis Ordinarijs in loco congruo, & securo, aut aliquibus prudentibus viris omni suspicione carentibus , ad hoc per dictos Ordinarios deputatis , infra terminum competentem pro facti qualitate ipsorum Ordinariorum, vel delegatorum suorum arbitrio moderandum iusto impedimento cessante ostendere , ac ad legendum integraliter exhibere , necnon de articulis, de quibus controuersia fuerit , transcriptum tradere teneantur.* Ex quibus constat, quod solùm ostendenda sunt priuilegia exemptionis ad excludendas exemptiones commentitias , & sine fundamento, non autem, vt stante vera exemptione Iudex inferior iudicet, an iurisdictio sua sit.

27 Ex quibus corruunt, quæ in oppositum deduxi. Nam ratio, cur non possit in hoc casu Iudex inferior iudicare, an sua sit iurisdictio , non est quia iudicaret in causa propria , sed quia iudicaret in causa sui superioris ; quod nequit facere . Cum enim causa illius sit , ad quem spectat damnum, & emolumentum, vt rectè ibi dicebatur , & damnum circa exemptionem , vel emolumentum pertineat ad Superiorem , vt constat ex dictis , causa exemptionis est causa propria illius.

28 Denique non vrget textus *in l. Si quis ex aliena ff. de iudic.* Nam , vt ex citatis verbis illius constat, in prima parte solùm habetur , quod quando quis non exemptus vocatur in iudicio ex aliena iurisdictione , debet accedere, quia pertinet ad Prætorem iurisdictio , quando scilicet sumus in concursu iurisdictionis ipsius Prætoris , & alterius Iudicis inferioris , non autem quando sumus in concursu Iudicis inferioris, & Superioris ratione exemptionis . Nam tunc , vt habetur in secunda parte textus , vocatus in iudicium debet solùm allegare suam exemptionem, & priuilegium , non autem debet Iudex iudicare, an sua sit iurisdictio. In lege autem 2. *ff. Si quis in ius voc. non ier.* solùm decernitur , quod citatus debeat comparere , vt Iudex sciat , an causa sit de sua iurisdictione; quia nimirùm exemptus debet coram ipso allegare suam exemptionem , vt hoc pacto Iudex sciat, quod non sit de sua iurisdictione, non autem quia stante dubio de exemptione debeat cognoscere , an sua sit iurisdictio.

29 Mediolan. *Ab Ordinarijs potest ordinari, quod administratores singulis annis rationem reddere teneantur . Item administratores locorum piorum priuatorum , qui secundùm iuris communis dispositionem visitari non possunt, ad redditionem rationis per Ordinarium iuxta terminos d. cap. 9. quod loquitur absolute, & absolute debet intelligi, cogi possunt, nulla habita ratione iuris communis , die 9. Augusti* 1569.

30 Grauinensi. *Hoc decretum cap. 9. intelligitur generaliter, etiam in casibus à iure iam non concessis eadem die, ac anno.*

31 Mediolanensi. *Administratores piorum Locorum etiam exemptorum nullam rationem reddentes , Episcopo posthac eam reddere teneantur . Quod si alijs eam reddere consueuerunt , cum illis adhibendus erit etiam Episcopus principaliter , & non solum in ratione reddenda adhibendus est Episcopus , verum etiam in deliberatione facienda , nec satis erit deliberatio facienda à deputatis die* 23. *Augusti* 1576.

3 Æsina Episcopo. *Questi miei Illustrissimi Signori hanno ordinato, ch'io scriua a V. S. che douerà bastarle , che le Confraternita di coteste Compagnie distribuiscano le limosine secondo la mente di quelli, che l'hanno ordinate , purche a lei ne rendano buon conto sempre, quando vuole per emendare in caso , che vi fusse errore , lasciandone nel restante la cura ad essi .* 26. *Aprilis* 1583.

33 Anno 1588. Sixtus Papa V. transmittere fecit copiam infrascriptorum decretorum factorum in Congregatione Concilij ad Nuncium Neapolitanum cum mandato , quod de eis similiter copiam transmitteret omnibus Prælatis Regni ad hoc, vt iuxta eorum dispositionem executioni demandarentur.

34 In Congregatione Concilij fuit dubitatum, an in exceptione *cap.* 8. *sess.* 22. *de ref.* qua excipiuntur hospitalia, quæ sunt sub Regum immediata protectione , vt sine eorum licentia non possint ab Episcopis visitari , comprehendantur omnia hospitalia, quæ sunt in eorum ditionibus, & Regnis?

35 *Respondit Congregatio , non comprehendi , nisi hospitalia, quæ expressè reperiuntur esse sub Regum protectione.*

36 Item Congregatio censuit, *Episcopum posse visitare omnia hospitalia , & pia loca quomodocumque nuncupentur , etiamsi sint priuata laicorum , & corrigere, & reformare in casibus à iure concessis , nempè ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, vtque voluntas testatoris seruetur iuxta d. cap.* 8.

37 Item Congregatio *censuit caput nunum eiusdem sessionis habere locum etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis , & licere Episcopis exigere rationem ab Administratoribus etiam locorum merè laicorum , & priuatorum generaliter sine vlla distinctione , & quando ex priuilegio , vel consuetudine , vel aliqua alia constitutione alijs reddenda esset ratio , eisdem reddendam esse adhibito cum illis Ordinario, nisi in fundatione*

aliter

aliter cautum esset, nempè quod rationes nec Ordinario reddendæ essent.

38 Item Congregatio censuit *Episcopum habere votum absoluendi, & condemnandi cum cæteris deputatis, & illius votum connumerari debere cum voto cæterorum, quorum maior pars condemnat, vel absoluit.*

39 Item Congregatio censuit, *Ordinarium ex d.cap.9. posse ab administratoribus hospitalium, aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere, donec coram Ordinario doctum fuerit de institutione, in qua secus expressè cautum sit.*

40 Item Congregatio censuit, *executionem aduersus administratores condemnatos iuxta dictum cap. 9. siue soli Ordinario reddita fuerit ratio, siue vno cum alijs deputatis, ad ipsummet Ordinarium spectare.*

41 Item Congegatio censuit, *si Episcopo hospitale visitare volenti iuxta d.cap. 8. opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat, vtique non ad Secularem Iudicem, sed ad ipsummet Episcopum talis exceptionis cognitionem, & definitionem pertinere.*

42 Id quod etiam docent, ac decisum referunt Martha, Armindar. Steph. Vuiemers, & Ciarlin. locis allegati. Quia vt superius diximus, cùm in hoc casu agatur de recognitione immediatæ protectionis, quæ est quid laicale, est sub iudicio Episcopi vt Superioris in ordine ad ea, quæ concernunt loca pia.

43 Firmana, Archiepiscopo. *Che non doueua forzare gli amministratori dell'Ospitale di Montenuouo a portare i libri de' conti alla Città in Vescouato per rendergli conto, ma che questo doueua farlo nel luogo in visita, ò fuori, di essa, die 26. Septembr. 1589.*

CONSVLTATIO XVI.

An in generali exemptione à iurisdictione Ordinarij includatur exemptio à visitatione?

1 NEgatiuè respondendum censeo. Primò quia in generali concessione exemptionis non venit immunitas à visitatione, *cap. Cum venerabilis, de censib.* & tradunt Achil. de Graff. *dec. 2. de exempt.* Gratian. *discept. 870. num. 7.* Ciarlin. *lib. 2. contr. for. cap. 65. num. 5.* Ricc. *collect. 1228.* Rot. *dec. 2. de censib. in antiq. & dec. 186. p. 1. diu.* Cum enim visitatio, tamquam inducta in fauorem animæ, & in honorem Dei, sit priuilegiata vt annotant Pauin. *de visit. q. 1. num. 6. & q. 10. num. 1.* Mar. Antonin. *var. resol. lib. 1. resol. 109. num. 5.* non censetur illi derogatum per verba generalia, nisi de ipsa fiat expressa mentio.

2 Secundò, quia hi sunt exempti à iurisdictione ordinaria, non delegata. Visitatio autem Exemptorum, non fit authoritate ordinaria, sed delegata. vt per Concilium Trid. *sess. 14. cap. 4. de ref.* his verbis: *Omnes Ecclesiarum Prælati, qui ad corrigendum subditorum excessus diligenter intendere debent, & à quibus nullus Clericus per huius Sancta Synodi statuta cuiusuis priuilegij prætextu tutus censeatur, quominus iuxta Canonicas Sanctiones visitari, puniri, & corrigi possit, si in Ecclesijs resederint, quoscumque seculares Clericos, qualitercumque exemptos, qui aliàs suæ iurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, tanquam ad hoc Apostolicæ Sedis delegati corrigendi, & castigandi facultatem habeant, quibuscumque exemptionibus declarationibus, consuetudinibus, sententijs, iuramentis, concordijs, quæ tantùm suos obligent auctores, ipsis Clericis, ac eorum Consanguineis, Cappellanis, Familiaribus, Procuratoribus, & alijs quibuslibet ipsorum exemptorum contemplatione, & intuitu minimè suffragantibus.*

3 Hinc potest Episcopus ex dispositione S. Concilij Tridentini *cap. 8. de ref. sess. 22.* tanquam Sedis Apostolicæ delegatus legatarios cogere ad soluendum legata relicta à testatoribus iuxta formam *d. cap. 8.* etiamsi sint officiales S. Inquisitionis, & ob id exempti à iurisdictione Ordinariorum, vel professores in aliqua Vniuersitate ratione literarum conseruatoriarum, quæ eximunt à iurisdictione ordinaria, non autem à delegata à Sede Apostolica, vt per Sacram Congregationem Concilij fuit decisum super eodem *cap. 8.* in Pacem. siue Patauina per hęc verba: *legatarij possunt cogi ab Episcopo ad soluendum legata relicta à testatoribus iuxta hoc decretum, etiamsi sint Officiales S. Inquisitionis, & ob id exempti à iurisdictione Ordinarij,* & testatur Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles. p. 2. cap. 2. n. 82.*

4 Non obstat consuetudo in contrarium. Tum quia est in specie abrogata à iure communi *in cap. irrefragabili de offic. Iud. ordin.* & à d. Tridentino loco citato. Tum etiam quia quodlibet caput ipsius Concilij dicitur, continere decretum irritans exclusiuum cuiuscumque consuetudinis, vt firmat Rot. in Seguntina 1. Iunij 1593. coram Blanchetto, & Gonzal. *ad reg. 8. glos. 15. n. 37.* cum alijs.

5 Hac distinctione corruunt, quæ in contrarium adduci possunt, & explicantur resolutiones aliquæ S. Congregationum, quæ obstare videntur, cum loquantur de exemtione à iurisdictione ordinaria tantùm.

6 Solùm tamen difficultatem facit resolutio eiusdem S. Congregationis S. Officij scribentis Inquisitori Melitæ sub anno 1635. vt seruet solitum circa exemptionem familiarium, & aliorum inseruientium S. Officio à iurisdictione Ordinarij. Vndè si ex immemorabili Episcopus non visitauit huiusmodi exemptos, certum est non visitasse tanquam delegatus Apostolicus, nam non habet, quod possit eos visitare ex Tridentino, nisi vt delegatus. Quare si resolutio S. Inquisitionis derogat iurisdictioni, Episcopo delegatæ, non potest Episcopus tanquam delegatus eos visitare, ac proindè seruandum est solitum. Si enim, ait Paulus Iurisconsultus, de interpretatione legis quæratur, in primis inspiciendum est, quod iure Ciuitas retrò in eiusmodi casibus fuisset. Optima enim est legum interpres consuetudo, *l. si de interpretatione, ff. de legib.*

7 Adest nihilominùs temperamentum, vt nimirùm hæc visitatio, quæ iuxta canonicas sanctiones *ex d. cap. sess. 14.* facienda est, intelligatur iuxta dispositionem iuris communis citra punitionem, & priuationem, vt declarauit S. Congregatio Concilij in decreto *cap. 4. sess. 6. de ref.* teste Rota *dec. 328. p. 2. diuers.* quod tamen decretum loquitur de visitatione personarum Capitularium, etiam exemptarum.

8 Limitanda verùm est hæc doctrina ita, vt non habeat locum, quando in generali concessione exemptionis adesset particula *omninò*, aut aliqua alia dictio, quæ significaret absolutam, & totalem exemptionem. Dictio enim *omninò* indistinctè comprehendit omnes casus, vt tradunt Roland. *cons. 84. num. 24. vol. 1.* Decian. *cons. 182. num. 2.* & proindè nullam recipit restrictionem, vt obseruat Menoch. *cons. 2. n. 256.* Importat enim quandam totalitatem, quæ saluari non potest, nisi includat quicquid in tali genere, aut ordine complectitur, Rot. in Calaguritana Canonicatus 20. Iunij 1605. coram Lancellotto, vbi dicitur, quod complectitur omnes species eius, cui annectitur; quia nimitùm non solùm includit substantiam rei, sed etiam quemcumque modum ipsius, vtque adeò falsa redderetur oratio, si exciperetur aliquid de re; cui adiungitur.

CONSVLTATIO XVII.

An, & quo pacto contra Vniuersitates deueniri possit ad interdictum Ecclesiasticum? Vbi ad rem alia.

1 NOn potest etiam ex causa aliàs legitima ad censurarum fulminationem, siue publicationem procedi, quarum appellatione venit quoque interdictum *cap. quærenti*, & ibi Doctores *de verb. signif.* Calder. *de interdic. part. 1. num. 3. tractat. tom. 14.* nisi præcedentibus saltem tribus monitionibus, & deindè citatione personali canonicè exequuta, *vulg. cap. Sacro 48. de sent. excommunic.* Felin. *in cap. Cum sit Romana de appel.*

Couar.

Couat. in cap. Alma, §.9. num. 4. eod. tit. Rot. dec. 13. n. 12. in fin. de sent. excommunic. in antiq. & dec. 5. num. 14. coram Vrgellen. & dec. 1309. par. 2. coram Pegna, & dec. 1296. num. 1. coram Seraphino. In hoc enim æquiparatur excommunicationi, præsertim quando apponitur ob prætensam contumaciam, Felin. in d. cap. Cum sit Romana num. 18. Abb. in cap. Ad hec 4. de appel. & in cap. reprehensibilis num. 4. eodem tit.

2 Quæ dispositio locum habet etiam, vbi agitur contra Vniuersitates, §. Quod si nemo, ibi: admoniti non exeruentur ad sui defensionem, ff. quod cuiusque Vniu. Angel. cons. 196. num. 2. Add. ad Burat. dec. 916. lit. A. Nam & istæ personaliter debent citati per executionem citationis exhibitæ repræsentantibus Vniuersitatem, legitimè congregatis in collegio, vel loco solito iuxtà doctrinam Bald. in d. §. Quod si, num. 2. quàm in his terminis amplexa est Rot. dec. 254. num. 3. par. 6. rec. & dec. 310. num. 2. coram Canal. & dec. 359. num. 1. coram Pegna, & dec. 1028. num. 2. coram Seraph. Ac ita, vt ad hunc effectum non suffragetur denunciatio Parochi in Ecclesia, cùm ex ea inferri non possit scientia in Administratoribus, & multò minus in Vniuersitate, quæ scientia debet esse indubitata, & necessaria, vt in puncto Rot. dec. 90. num. 2. par. 1. recent.

3 Quinimmò esto etiam, quod ad singulos de Vniuersitate inde possit talis scientia deuenire, adhuc etiam non esset sufficiens ad hunc effectum. Quia scientia singulorum de Vniuersitate, maximè in præiudicialibus, non afficit Vniuersitatem, nisi illa fuerit legitimè conuenta, Gratian. cap. 601. num. vlt. Surd. cons. 28. num. 107. Cancer. var. par. 3. cap. 4. num. 102. Iminò ne personaliter quidem executæ citationes contra singulares afficiunt Vniuersitatem ipsam iuxta Glossam, communiter receptam in cap. si capitulo, v. factam, de concess. præb. in 6. Rot. dec. vlt. num. 2. & ibi Add. qui plures alias adducit num. 6. coram Gregorio XV. & dec. 1116. num. 5. coram Seraph. Etiamsi isti singulares personaliter citati forent eiusdem Vniuersitatis Officiales, idem Seraph. dec. 1046. num. 5. Itaut, etiamsi in aliquibus casibus sufficiat citare Rectores, & Officiales Vniuersitatum, adhuc huiusmodi citatio non potest reddere contumaces, nisi fictè, vt per Vbert. de citat. lib. 1. cap. 7. num. 144. in fin. Contumacia autem ficta non sufficit ad incursum censurarum ex vulgaribus.

4 Porrò in d. cap. Sacro, de sent. excommunic. prohibetur, ne quis in aliquam excommunicationis sententiam promulgare præsumat, nisi competenti admonitione præmissa, & præsentibus personis idoneis, per quas, si necesse fuerit, possit probari monitio. Quod si contra præsumpserit quisquam, etiamsi aliàs iusta sit excommunicationis sententia, ingressum Ecclesiæ per mensem vnum sibi nouerit interdictum; alia nihilominùs pœna mulctandus, si visum fuerit expediri. Eum textum latè explicat Menoch. de arbitr. cas. 541. per tot. Nauat. cap. 27. num. 11. Sayr. lib. 1. cap. 12. num. 6. Sanchez lib. 6. de matr. disp. 32. num. 13. 17. & 21. Suar. de censur. disp. 3. sect. 8. Coninch. disp. 13. dub. 9. Laym. lib. 1. tract. de censur. cap. 6. num. 5.

5 Declaraturque primò ex cap. Romana, de sent. excom. in 6. quod nec in specie, neque in genere pro culpis præteritis, vel præsentibus Iudices Ecclesiastici ferre debeant censuras sine competenti monitione, aliàs sententia est iniusta.

6 Secundò, quod dicitur in d. cap. Sacro, de modo ferendi sententiam excommunicationis, idem etiam in alijs censuris, scilicet suspensionis, & interdicti, obseruandum, vt non ferantur sine monitione, vt ex supra deductis, quibus adde cap. reprehensibilis, de appell. cap. statutum, de sentent. excommunic. in 6. Sayr. d. c. 12. Suar. disp. 3. sect. 12. num. 4. Coninch. disp. 3. dub. 9. Laym. cap. 5. num. 4. Pęna verò, de qua in d. cap. Sacro, scilicet interdicti ab ingressu Ecclesiæ non incurritur, nisi in illo casu, quando fertur censura excommunicationis, non seruata dicta forma præuia, & non procedit contra ferentem sententiam suspensionis, vel interdicti, Suar. disp. 37. sect. 1. num. 3. Bonac. de censur. quæst. 5. punct. 1. §. 1. num. 2. Tolet. lib. 1. c. 48. §. Octaua, quamuis alij contra teneant apud Bonacinam, nimirùm Felinus, Henriquez, & Alterius.

7 Tertiò, quod illa monitio debeat esse canonica, seu competens, idest trina, vel vna pro tribus, ad hoc vt censura sit iusta, cap. Constitutionem, de sent. excommun. in 6. ibique Doctores, ac Menoch. loc. cit. num. 5. si tamen vna interuenerit, valida est sententia, aliàs minimè, Barbos. in d. cap. Romana num. 21. cum ibi allegatis, & debent assignari dies pro singulis arbitrio Iudicis, vt non minus vna dies, & communiter duo assignantur, Menoch. videndus cas. 545. num. vlt.

8 Quartò quod interdictum illud, seu pæna, de qua in d. cap. Sacro, non procedit contra Episcopos, quia de illis non est facta mentio, cap. quia periculosum, de sentent. excommunic. in 6. Sayr. d. lib. 1. cap. 13. num. 15. Suar. disp. 37. sect. 1. num. 3.

9 Quintò quod non prærequiruntur monitiones, quando fertur præceptum sub censura ipso facto incurrenda in casum contrauentionis, d. cap. reprehensibilis, de appel. Laym. num. 5. vbi supra, Suar. disp. 3. sect. 8. num. 5. Sanch. lib. 6. in decal. cap. 4. num. 50. qui dicunt procedere, siue illud præceptum sit speciale ab homine extraiudiciale, siue generale à iure, quia illud præceptum satis monet. Sed neque requiritur monitio ad sententiam declaratoriam censuræ incursæ, sed requiritur tantùm vna citatio ad dicendum causam, quare non debeat declarari, vtque non feratur in inauditum, nisi in contumaciam, Glos. in d. cap. Sacro, v. constiterit, & in Clem. præsenti, eod. v. de cens. Genuen. in prax. cap. 20. num. 16.

10 Prætereà in cap. 1. de sent. excommunic. in 6. habetur: quisquis excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis conscribat, exemplumque huius scripturæ teneatur tradere excommunicato infra mensem, si fuerit requisitus, super qua requisitione fiat publicum instrumentum, vel literæ testimoniales conficiantur sigillo authentico. Si quis autem Iudicum huius constitutionis temerarius extiterit violator per mensem vnum ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officijs nouerit se suspensum. Superior verò, ad quem recurrit, sententiam in tali casu relaxet, & Latorem, seu Iudicem, qui talem sententiam protulit, condemnet in expensis, & interesse, & aliter arbitrio puniat. Et hæc etiam in suspensionis, & interdicti sententia mandat obseruari. Et declarat, quod si quis in dictis censuris diuina officia fuerit executus, fiet irregularis, à solo Papa dispensabilis. Quod etiam explicat Menoch. de arb. d. cap. 541. à n. 14.

11 Et declaratur primò, quod hæc censura suspensionis ab ingressu Ecclesiæ est propriè loquendo interdictum. Suspensio enim à diuinis officijs est interdictum ab vsu actiuo, & passiuo diuinorum, Suar. de cens. disp. 37. sect. 1. n. 1. Bonac. de cens. in com. disp. 3. q. 5. punct. 1. §. 2. n. 17. Secundò Episcopos non incurrere in pęnam interdicti, seu suspensionis, quia illorum non est facta mentio per d. cap. quia periculosum, & Genuen. c. 24. n. 5. Tertiò, quod ad incurrendam hanc pęnam requiritur temeritas, Suar. n. 2. quare aliqui dicunt, requiri scientiam. Ita Suar. & Card. in Clem. 1. §. porrò, de sum. Trin. & in Clem. 1. §. Si quis, de stat. Monach. sed communior sententia ait, sufficere culpam latam, seu ignorantiam crassam, Glos. in d. cap. 1. v. temerarius, quam ibi sequuntur Doctores communiter, & Genuen. d. cap. 24. n. 1. quia temeritas non dicit dolum, sed fatuitatem, & imprudentiam, Io. Andr. in d. cap. 1. Angel. in l. eum, quem temerè, ff. de iudic. D. Thom. 2. 2. q. 35. ar. 25. dicens, temeritatem esse defectum Consilij, & speciem imprudentiæ, facitque textus in l. Iulianus, §. item qui furem in fin. ff. de act. empt. Quartò, vt non procedat, quando censura fertur per modum legis, vel edicti generalis Menoch. loc. alleg. n. 6. Genuen. d. c. 24. n. 4. Item secundùm aliquos neque procedit, quando ferretur censura per modum præcepti specialis pęnalis extraiudicialiter facti, Coninch. disp. 13. n. 85. Tolet. lib. 1. c. 9. n. 6. sed contraria est communis, vt Genuen. ibid. n. 1. Quintò, quod secundùm aliquos non procedit hęc constitutio in Prelatis Regularium, Tolet. n. 3. Genuen. n. 5. sed communis affirmat, Nauat. c. 27. n. 8. Vgolin. tab. 1. c. 14. §. 6. n. 2. & Canonistę in d. c. 1. communiter.

CON-

CONSVLTATIO XVIII.

De insordescentibus in censuris aliquâ notatu non indigna.

MVlta & varia de hac re scripserunt Authores, sed an consentanea, tu videris. Interim hæc accipe. Ille solùm intelligitur insordescens, qui animo pertinaci, & indurato, seu in contemptum clauium, quia scilicet noluit obedire, seu se subijcere clauibus, perseuerat in censura per annum, cap. cum bona, de ætat. & qual. Rot. dec. 196. n. 2. apud Farin. in collect. decis. crim. Secùs autem si ex alia causa, etiam irrationabili distulit petere absolutionem, seu parere, Rota ibi n. 3. cum Glos. in c. Metropolitanum 2. q. 7. & alijs iuribus. Vel si fecit instantiam pro absolutione, sed non potuit obtinere, Rot. ibid. n. 4. Vel si fuit absolutus medio tempore, etiamsi ad reincidentiam, Rot. eo loco n. 5. & Seraph. decis. 1285. num. 4. & 9.

Etquidem insordescentia annalis in censura excommunicationis latæ pro quacunque causa, etiam ciuili extra causam hæresis, reddit in sordescentem suspectum de hæresi ita, vt contra eum ab Inquisitore procedi possit per textum in cap. Cùm contumacia, de hæret. in 6. qui licet loquatur præsertim in persistente in excommunicatione ex causa fidei, idem tamen procedit in reliquis excommunicatis, vt denotat verbum illud præsertim, cuius virtus est, vt exprimat casum minùs dubitabilem, includendo casum magis dubitabilem, Dec. in l. qui se patris, num. 60. C. Vnde liber. Soccin. Iun. cons. 30. n. 41. lib. 1. & in specie quod textus in d. cap. cùm contumacia procedat in quocunque excommunicato, scribit Menoch. cas. 416. n. 19. & declarat S. Concilium Tridentinum sess. 25. c. 3. in fin. de ref. ibi: excommunicatus quicumque si post legitimas monitiones, &c. indurato animo censuris annexus, in illis insorduerit, &c. Comprehendit igitur Concilium quemlibet excommunicatum, tam ex causa ciuili, quàm criminali. Idque tradunt Salzed. ad Diaz. in prax. cap. 116. in fin. Abb. in cap. grauem, de pœn. n. 3. & in cap. excommunicamus 1. de hæret. num. 6. Albertin. de hæret. in 6. Direct. Inquis. p. 2. q. 47. n. 6. & 7. Pegna ibid. com. 72. lit. C. Zecch. in sum. p. 1. tit. de fid. rubr. de hær. c. 15. n. 13. Royas sing. 62. num. 2. Fusc. de visit. lib. 1. c. 29. n. 2. Azeued. lib. 8. tit. 5. leg. 1. n. 213. Perez. lib. 8. tit. 19. leg. 9. Rebuf. in prax. tit. forma, & declaratio nou. prax. §. neque absoluentes n. 19. Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 14. §. 3. n. 3. Lopez in instruct. p. 2. tit. 2. de excom. cap. 12. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 21. Graff. lib. 2. cap. 76. num. 8. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 10. n. 10. vbi alii, Locat. in iudic. Inquis. v. Excommunicati num. 2. Paul. Ghirland. de hæret. q. 8. n. 4. Genuen. in prax. Archiep. cap. 84. n. 8. Scacc. de iudic. cap. 98. n. 36. & Delben. de offic. S. Inquis. p. 2. dub. 211. sect. 6. n. 10. & ante omnes Franch. in d. cap. Cùm contumacia in fine. Et pro hac sententia plures alios congerit, eosque sequitur Castropal. tom. 1. tr. 4. disp. 4. pun. 2. n. 5. Quare Campanilis in diu. iur. Can. rubr. 11. c. 15. n. 31. ait, quod insordescentes ex quacunque causa possint citari ab Episcopis, siue Inquisitoribus, tanquam de fide leuiter suspecti ad respondendum, quid sentiant de fide.

3 Ratio autem est, quia permanens in excommunicatione per annum extra causam hæresis, præsumitur ob contemptum clauium Ecclesiæ ex obstinata perseuerantia malè sentire de fide, & de potestate Ecclesiæ, qui contemptus, & contumaciæ ratio in quocunque excommunicato, in excommunicatione perseuerante, eodem modo militat. Immò maior videtur in causa Ciuili, & maior apparet clauium contemptus, cum hæc causa, vtpote leuior, minùs illum retardare debeat ad comparendum coram Iudice, vt rectè obseruant Salzed. ad Diaz. loc. sæpius allegato cap. 116. n. 12. Ricciul. de iur. person. lib. 4. c. 7. n. 18. & Castropal. vbi supra. Atque adeò poterint Inquisitores contra eum procedere, & inquirere, quid de fide, & potestate Ecclesiæ sentiat, ex eo enim, quod contemnere videtur claues, seu potestatem Ecclesiæ, non caret scrupolo hæreticæ prauitatis, vt in cap. fin. de pœn. habetur, firmatque Couar. in cap. Alma p. 1. §. 7. n. 10. Gutier. lib. 1. q. can. c. 12. n. 20. Salzed. ad Diaz. d. n. 12. Vgolin. loc. cit. num. 4. Aufred. dec. 365. & vol. 1. com. opin. cap. 3. Simanch. de cathol. instit. Suarez de censur. disp. 17. sect. 1. n. 6. & Auil. eod. tract. p. 2. c. 6. q. 9. dub. vlt.

Non potest tamen condemnari, vt hæreticus; sed cogi debet ad se purgandum, vt suspectus de leui, Sayr. lib. 2. cap. 10. n. 10. Vgolin. n. 3. Rubeus in repet. cap. per vestras in princ. §. 18. n. 24. de donat. inter vir. & vxor. Gonzal. in regul. Cancel. glos. 15. n. 108. qui ita intelligi ait Tridentinum loco allegato, quod si purgare se noluerit, & pertinaciter perseuerauerit in excommunicatione, fit suspectus vehementer; & si in eo statu persistat alio anno, declarandus erit hæreticus, tanquam ex violenta præsumptione, Pegn. p. 1. direct. q. 47. n. 7. & 8. 4

Insordescens verò in censura lata in causa hæresis, ipso iure habendus est, vt hæreticus, auth. Gazaros, C. de hæret. cap. excommunicamus 1. de hæret, vbi Gloss. v. condemnetur, Host. n. 7. & 8. Abb. n. 11. Soccin. n. 14. Butr. n. 17. Io. Andr. n. 4. Anchar. v. item 4. Anan. n. 6. traduntque idem Soccin. in cap. per tuas, de sent. excom. num. 30. Isern. de feud. tit. stat. & consuet. contra libert. Eccles. n. 10. Couar. in d. cap. Alma par. 1. §. 7. n. 11. Clar. in §. hæresis n. 21. Pegn. p. 3. direct. com. 49. §. quod si is, Royas singul. 60. n. 3. Vgolin. d. tab. 1. cap. 14. §. 3. n. 2. Menoch. de arb. cas. 416. n. 6. Villadieg. de hæret. q. 9. sub init. Scac. lib. 1. de iudic. cap. 98. n. 36. Salzed. ad Diaz cap. 116. num. 12. Simanch. de Cath. instit. tit. 2. n. 9. & tit. 24. n. 2. Graff. dec. lib. 4. cap. 14. num. 4. & Sayr. de censur. lib. 2. cap. 10. n. 11. Nam sufficiens est probatio, eum esse hæreticum, tum ex ipsa causa hæresis, ob quam expressim ab Inquisitoribus ad iudicium vocatus est, tum ex fuga, & declinatione iudicii, arg. cap. Nullus, de præsumpt. tum ex animo rebelli persistendi in censura per annum; in quo casu satis est, quod expressim vocatus fuerit, vt de rebus fidei responderet. Et sufficit, quod in genere crimen hæresis in hoc edicto exponatur, nec requiritur in specie hæresim exprimere ex Couar. d. num. 11. Franch. d. cap. Cùm contumacia, de hæret. lib. 6. & Henric. in d. cap. Excommunicamus 1. de hæret. Et hæc quidem de iure. 5

Verùm de consuetudine S. Congregatio Inquisitionis non solet procedere contra excommunicatos insordescentes, nisi constet de contemptu censurarum, vel excommunicatio sit lata ex causa fidei. Ita scriptum fuit Episcopo Adiacensi sub die 22. Februarii 1591. & 22. Aprilis 1615. & 4. Maii 1622. & alibi sæpè. Vndè contra insordescentes in sententia excommunicationis, & aliis censuris ecclesiasticis Auditor Cameræ Apostolicæ procedere debet, tanquam contra delinquentes, prout de iure, non citando eos ad respondendum de fide, vel tanquam suspectos de fide. Quod si verè suspicionem aliquam inuenerit, remittere eos debet ad S. Inquisitionem, vt declaratum 12. Octobris 1588. Aliquando tamen fuit iniunctum Inquisitoribus, vt procederent contra insordescentes, vt Inquisitori Veneto 10. Ianuarii 1598. Et quidam propter insordescentiam cogitur comparere in S. Officio ad respondendum, quid sentiat de fide sub 9. Augusti 1596. Et contra declaratum insordescentem per sententiam Auditoris Cameræ processit, probato tamen, quod habuerit notitiam dictæ sententiæ, vt 20. Septembris 1596. 20. Iulii 1617. 22. Aprilis 1615. 21. Ianuarii 1602. 11. Februarii 1604. 4. Augusti eiusdem anni, & 31. Ianuarii 1607. Et sub die 17. Iunii 1598. decretum, quod excommunicati propter occupationem bonorum Ecclesiasticorum, non procurantes absolutionem per tres, aut quatuor annos, possunt citari ad respondendum, quid sentiant de fide per cap. fin. de pœn. & Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de refor. 6

Itaque apud S. Officium non sufficit ad insordescentiam perseuerantia in excommunicatione per an- 7

num, etiam completum, & continuum, sed requiritur contemptus clauium, vt notauit Pegn. *com.* 72. *p.2:* Scac. *de iudic.lib.*1.*c.*89. Zanch. *in sum.p.*1. *rubr.de fid.* *c.*11. Acugna. *de confess. sollicit. q.*24.*n.*65. Sousa *in aphor.lib.*1.*cap.*27, *num.*8. & Caren. *tit.*8.§.4. aliique; quos laudat Diana *p.*4.*tr.*7. *resol.* 18. Aut quod insordescentia proueniat ex inobedientia excommunicationis impositæ ab ipso S. Officio in suspectum de hæresi, vt rescriptum fuisse Episcopo Placentino 7. Septembris 1606. asserit Lazar. *de monit. sect.*4. *q.*8. *n.*20. & 21. iussumque, non esse procedendum nomine S. Officii contra aliquem ob insordescentiam ex eo, quod non paruit excommunicationi; & censuris Rotæ Romanæ, & similium, sed tantum super insordescentia proueniente ex inobedientia excommunicationis, & censurarum ab ipso S. Inquisitionis Officio impositarum. Idemque anteà scriptum Episcopo Ferrariensi sub anno 1585. in suspectum de hæresi, qui vocatus à S. Officio iudicium subterfugit, nolens comparere, & idcircò ob contumaciam declaratus excommunicatus per *d. text. in cap. Cùm contumacia, de hæret. in 6.* vbi Glos. *v. vehementem* aduertit; quod vbi suspicio hæresis est contra aliquem, si citatus sit contumax, suspicio incipit esse vehemens. Et ita etiam sub anno 1627. rescriptum Inquisitori Cremonæ, vt testatur Carena *loco citato*, additumque, ne contra huiusmodi insordescentes procederet, nisi prius consulto Supremo Romanæ Inquisitionis Senatu in omnibus casibus particularibus. Sicque etiam decisum fuisse à Rota Romana in Segobiensi insordescentiæ 5. Iunij 1598. asserit Gonzal. *in reg.*8.*Cancell.glos.*15. *num.*106. Si verò talis contumax excommunicatus in excommunicatione perseueret per annum, præsumptio, quæ erat vehemens, transit in uiolantem, quæ est sufficiens ad condemnationem. Et habetur *in. d. cap. Excommunicamus* 1. *de hæret. in* 6. vbi Host. *n.*2. & 3. tradit ex hac perseuerantia in excommunicatione oriri præsumptionem iuris ac de iure, per quam hæresis crimen sufficienter probatur, confirmante Butrio *ibi n.*7. & 12. Anania *n.*6. Anchar. *n.*4. & Ioanne Andrea *n.*3. Pegna *p.* 3. *com.* 46. Scac. *de iudici c.p.* 98. Farinac. *de hæres. q.* 192. Alter. *de censur. tom.*1. *lib.*2. *disp.*8.*c.*3. Sanctarel. *de hæres. c.*4. *dub.*5. *concl.*1. & alii.

8 Ad hoc tamen, vt talis, tanquam hæreticus condemnetur, debet anteà citari, vt se purget à suspicione ante annum, immò & post annum, antequam hæreticus declaretur debet ad iudicium admitti, vt ijdem tradunt. Immò etiam post declarationem, & statuam eius combustam, vt notauit Pegn. *ibidem com.*46.*vers. aduenіente*; Chartar. *de execut. sent. c.*1.*n.*278. & Sanctarel. cum aliis *loco citato*. Nec verè dicendus est ille hæreticus, sed veluti hæreticus. Dictio namque *veluti* non identitatem, sed similitudinem importat ex Pegna & Farinacio *suprà*.

9 Ad probandum autem insordescentiam non sufficit probare solam perseuerantiam in censura, sed est etiam necesse probare animum induratum in contemptum clauium, *d. cap. Cum bone de æt. & qual. d. cap. Cùm contumacia, de hæret. in 6.* & Rot. apud Farinac. *p.*1.*dec.* 132.*n.*7. Excommunicatus tamen post annum à declaratione citari potest, vti suspectus absque alia monitione ex S. Congregatione Concilii 22. Maii 1586.

10 Insordescens verò in excommunicatione in causa criminali lata, habetur pro conuicto de eo crimine, Farinac. *lib.*1.*q.*18.*n.*39. Gonzal. *d.n.*106. & 108. cum ibi allegatis, secus in causa ciuili secundum veriorem, vt Gonzal. *loc. cit.* quamuis alij contrarium teneant, vt Salzed. *ad Diaz. cap.*110.*n.*4. *vel cap.*118. *num.*4. in noua editione.

11 Insordescens item in censura excommunicationis, vel suspensionis, vel interdicti per annum, vel vltra secundum aliquos Doctores est priuatus ipso iure beneficiis. Ita Menoch. *de arbitr. d. cas.*416 *n.*52. Sed hoc alii dicunt, verum esse, si erat excommunicatus ob crimen priuatione dignum, aliàs non, sic Salzed. *ad d. cap.* 118. *n.*5. Verum communis sententia tenet, non induci per insordescentiam priuationem ipso iure, nisi sit excommunicatus ob causam, cui ipso iure sit annexa priuatio, & tunc requiri sententiam declaratoriam, vt per Gonzal. *n.*104.*glos.*15. & Seraph. *dec.*1285. quod si erat crimen, ob quod de iure venit priuandus, tunc ob insordescentiam posse per sententiam priuari ait Seraph. *ibidem n.*1. Si autem non erat crimen priuatione dignum, sed ipse post annum ob insordescentiam citatus à S. Officio, vt suspectus de hæresi, fuit contumax, tunc priuandum esse per sententiam, vt hæreticum præsumptum, Seraph. *eo loco n.*3. Videndus Ricciul. *de iur. person. lib.*4. *cap.*7. & 8, ac Delben. *de offic. S. Inquis. d. p.*2. *dub.*211. *sect.*1. *per tot.*

Insordescenti quoque in censura sæpè aggrauatur eadem censura. Primus casus. Excommunicatus à delegato Papæ, finita delegatione, potest absolui ab eodem delegato intra annum, finita delegatione, post annum autem à solo Papa delegante potest absolui; *cap. quærenti de offic. deleg.* ibique Barbosa cum aliis *n.*2. Secundus casus est de vexante ob censurarum sententias, vt post duos menses censura sit reseruata Papæ, de quo Suar. *de censur. disp.*22. *sect.*3. *n.*6. & 7. Sayr. *eod. arg. lib.*3. *c.*8. *n.*23. & *cap.*29. *n. item* 23. & Io. Monach. *in cap. quicumque* 12. *de sent. excom. in* 6. vbi etiam Franch. & Archid. Et nonnunquam insordescenti ita aggrauatur censura, vt aliam ipso facto incurrat grauiorem, vt *in cap.*1. *de vsur. & in extrau. Ambitiosa, de reb. eccles. non alien.* 12

Insordescenti denique in excommunicatione per annum, etiamsi in articulo mortis fuerit absolutus, potest ecclesiastica sepultura denegari, & sepeliri in loco profano, Genuen. *in prax. cap.*7. *in addit.* 13

Cæterum ex regula Cancellariæ 66. *de insordescentibus* decernitur, vt generalis absolutio à censuris in litteris Apostolicis apponi solita, ad earum effectum non suffragetur, primò non parentibus rei iudicatæ. Secundò incendiarijs. Tertiò violatoribus Ecclesiarum, Quartò falsariis litterarum, vel signaturarum Apostolicarum, & eis vtentibus, & fautoribus, & receptoribus eorum. Quintò res vetitas ad infideles deferentibus. Sextò violatoribus Ecclesiasticæ libertatis. Septimò via facti Apostolicis mandatis temerè non obtemperantibus, vel executionem eorundem impedientibus, si propter præmissa septem capita, aut aliquod eorum excommunicati à iure, vel ab homine per quatuor menses scienter huiusmodi sententiam excommunicationis sustinuerint. 14

Contra verò excommunicatos, non curantes absolutionem, & non obstante excommunicatione celebrantes, procedit Ordinarius resolutum 26. Maii 1609. & 1631. & 1632. Quandoque tamen S. Officium commisit informationes, vt in litteris Patriarchæ Aquileiæ sub 15. Iunii 1591. Excommunicatus ob violationem libertatis Ecclesiasticæ, & ita declaratus contemnens censuras, non potest citari, vt leuiter suspectus de fide, vt sub die 3. Nouembris 1621. Neque contra obloquentes de excommunicatione solet procedi in S. Officio, nisi alia concurrant. Qua de re alibi, 15

Constituatur igitur hæc regula. Si quis per annum integrum sciens, & volens in excommunicatione, vel censura lata ob causam hæresis insordescit, fit de hæresi vehementer suspectus. Quod si citatus ab Inquisitore non compareat, dicta suspicio transit in violentam, & sic insordescens habendus est vti hæreticus, iniuncta ei abiuratione de vehementi. Si verò insordescat in censura ob aliam causam, etiam Ciuilem, probabiliter redditur de iure leuiter suspectus malæ credulitatis, & de leui abiurare debet, secus de consuetudine, nisi tamen, transacto anno, fuisset per sententiam Ordinarij condemnatus, vt insordescens, ex tunc enim, si non obediret, iurisdictioni Inquisitoris subesse incipit. 16

CON-

CONSVLTATIO XIX.

An Clericus, qui de homicidio inquisitus, indicia torturæ diluit, durante nihilominùs communi existimatione populi, illum pro homicida reputantis, censendus sit irregularis ita, vt promoueri nequeat?

1 ET affirmatiuè respondendum censeo cum S. Congregatione Concilii in Nouarien. dimissoriarum ad ordines die prima Octobris 1661. Quoniam obstat irregularitas ratione generalis infamiæ, consurgens ex notorio delicto homicidii. Et, cum versemur in Clerico promouendo, non exiguntur exactæ probationes, sed sola diffamatio ad effectum prædictum censetur causa sufficiens pro denegatione Sacrorum Ordinum, quod speciale est in homicidio, in quo etiam in dubio quis se gerere debet pro irregulari ob maximam indecentiam criminis cruenti cum incruento sacrificio, vt per Sperell. *decis.175. n.50. & 100.tom.2. c. tabernaculum. de consecr. d.1.* licèt enim esset Dauid ex stirpe sacerdotali, attamen propter homicidium exclusus fuit ab ædificando Dei Templo, & ab altaris ministerio 1. *Paralip. c.28.v.3. Deus autem dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, eo quod sis vir bellator, & sanguinem fundens.* Ideòque tam in veteri, quàm in nouo testamento secundùm suam originem irregularitas est de iure diuino positiuo, Nauar. *in sum. de censur. cap.23. n.191.* Tabien. *v. Irregularitas n.2.* licèt quoad modernam obseruantiam sit de iure canonico positiuo, vt benè aduertunt Archid. *in c. omnes 17. q. 4. n.2.* Innoc. *in cap. n. sicut pridem 10. n.8. de renunc.* Quia nulla est inducenda irregularitas, quæ non sit in iure canonico expressa, *cap. is, qui 18. de sent. excom. in 6.* Præcipuè quando homicidium ortum habuit à causa illicita, & facto culpabili, *cap. Suscepimus 8. de homicid. volunt.*

Refert Paris de Put. *de syndicat. fol.32.* quem allegat Felin. *in cap. si quando de rescript. col.2.* casum, qui euenit Romæ Ioanni Papæ XIII. Iussit Pontifex quemdam Romanum capite plecti, at ille cùm adeò clamasset, quod ob id Papa esset irregularis, vt populus de irregularitate Pontificis scandalizaretur, fuit iussu Papæ liberatus. Simile contigit Ostiensi, qui, cùm esset Legatus Bononiæ, quidam reus pœna capitali condemnatus, petiit, vt prius sibi permitteretur alloqui Legatum de re ardua: Quod vim obtinuisset, & nihil arduum dixisset, turbatus Legatus dixit: suspendio necatur. Illo autem clamante: vultis esse irregularis? Respondit Legatus: maledictus qui te docuit; Eumque remissum ad carceres posteà liberauit, vt tradit Felin. vbi supra post Io. de Lignano *in cap. sententiam in fin. ne cler. vel mon.* dicentem ibi se audiuisse à Domino Paulo, dum legebat. Fundamentum colligitur ex *cap. Ex litteris de excess. Præl.* vbi dicitur, quod Prælati non debent imponere proprio ore sententiam sanguinis, dicitque Baldus post Innoc. *in cap.2. de mai. & obed.* quod licèt Papa possit statuendo imponere pœnam mortis, non tamen potest exequendo. Ex quo infert, quod si Papa propriis manibus occiderit aliquem, statim esset irregularis. Quod dictum posset sustineri sequendo opinionem illorum, qui volunt, quod irregularitas ex homicidio voluntario est de iure diuino, vt tenent multi *in cap. ad audientiam de homic.* Sed sequendo illos, qui dicunt, quod est de iure positiuo, dictum Baldi non caret dubio iuxta Felin. *in d. cap. de mai. & obed.* cum Papa sit supra ius positiuum *cap. proposuit de concess. præb.* vbi concludit inueniri in locis per ipsum allegatis, quod quamuis irregularitas ex homicidio voluntario habeat in se rationem, ac mentem iuris diuini per textum *in §.1. de consecr. d.1.* tamen super ea potest Papa ex causa dispensare. Quod etiam voluit Ost. *in cap. Sicut dignum de homic.* & Innoc. *in d. cap. ad audientiam eod. tit.* ac Panorm. *in cap. Ego N. in fin. de iureiur.*

2 Probatur autem clarissimè nostra responsio dispositione S. Concilij Trid. *sess.4. de ref. cap. 7.* ibi: *qui sua voluntate homicidium perpetrauerit, etiamsi crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiamsi curam non habeant animarum, conferri liceat, sed omni ordine, & beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careat.* Crimen enim homicidij esse de illis, quæ licèt occulta, & à testibus non probata, adbuc tamen irregularitatem irrogare, docet Couar. *tit. de homicid. §.3. p.2. sub n.3. & seq. tom.2.* Et confirmatur ex alia simili dispositione eiusdem Concilii *cap.1. cit. sess.14.* his verbis: *Ei, cui ascensus ad Sacros Ordines à suo Prælato ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extraiudicialiter, fuerit interdictus, aut qui à suis Ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoueri faciendo, aut ad priores Ordines, gradus, & dignitates, siue honores restitutio suffragetur.* Quæ verba non solùm præbent facultatem Episcopo, promotos ad sacros ordines suo arbitrio in omnibus his casibus suspendendi, sed eò magis promouendis ascensum ad maiores Ordines denegare, vt pluries in terminis dicti Concilij declarauit eius S. Congregatio, & habetur apud Barbosam *ad d. locum.*

3 Et quanquam dicta Concilii dispositio *cit. cap.1. sess. 14.* disponat de promoto, & promouendo, notabilis tamen inter vtrumque constituitur differentia. Nam Episcopus interdicens promoto ordinum exercitium, irrogat pœnam positiuam priuationis iuris, iam obtenti, ac quæsiti, at non promouendo, non irrogat pœnam, sed solùm denegat gratiam, quia illi non aufertur ius quæsitum, sed impedit ius quærendum. Vnde faciliùs eum isto, quàm cum illo procedit Concilium, & in specie quod plura impediant ordinandum, quàm ordinatum, habetur ex Glos. *in l. ambiguis, §. non est nouum, ff. de regul. iur.* ac Surd. *cons.174. n.12.*

4 Quidquid igitur sit de promotis, de quibus alibi, quoad promouendos distinguendum est inter arctatos, & non arctatos ad Ordinum susceptionem. Illi enim, qui nullam habent arctationem ita, vt Ordines ex libera voluntate, ac deuotione suscipere cupiant, nullum habent ius recurrendi, quia dare, vel negare ordines remissum est arbitrio Episcopi adeò, vt causas deducere non teneatur, neque ab eiusmodi denegatione appellare liceat: Secus autem est in arctatis, quibus ex ordinum denegatione præiudicium inferri potest, atque adeò tunc licitum erit appellare, ac causas denegationis discutere, vt distinguendo firmauit Rota in Elboren. Ordinum 25. Iunii & 12. Nouembris 1618. coram Remboldo. *d. 186. & 195.*

5 In hoc autem casu Clericus repellendus est ab assecutione beneficij, tanquam publicè diffamatus de homicidio, pro quo inquisitus carcerem, ac torturam passus est. Non enim danda sunt ijs beneficia, qui scandalum populo sunt præbituri, *c. Tantis 81. d. cap. Omnipotens,* vbi Glos. *de accus.* Abb. *in cap.1. n.8. & cap. per inquisitionem n.11. de elect.* ac Rot. in Sabinen. coram Sacrato apud Marches. *de commiss. p.1.* & fusè in d. Calaguritana 5. Iulii 1655. & 15. Maii 1656. coram Bichio.

6 Vndè non est inspiciendum, an ex huiusmodi inquisitione, ac tortura resultet infamia irregularitatem producens, & an constet sufficienter de delicto. Nam hæc inspicienda essent, quando ageretur de priuatione beneficij iam assecuti, ac possessi, siue de impediendo iam promoto exercitium suorum ordinem. Quia cum tunc esset formalis pœna priuationis iuris quæsiti, necessaria quidem esset plena probatio delicti, seu vera infamia, quę irregularitatem inducat; secùs verò, quando agitur de promouendo respectu ordinum, siue de repellendo à consecutione beneficii nunquam possessi, & quod post diffamationem adipisci quis velit, quia tunc non requiritur irregularitas ex delicto, vel infamia resultans, sed sufficit simplex diffamatio, ex qua populo scandalum oriri possit. Hinc ratio denegationis huiusmodi non tantùm se fundat in irregularitate, sed in offen-

fione, fine fcandalo, quo de facto populus afficeretur.

7 Idque locum habet, etiamfi inquifitus de delicto, vel diffamatus fententiam abfolutoriam obtinuiffet. Nam hæc tollit punitionem, ac infamiam iuris, non autem infamiam facti, ex qua fcandalum populi oritur, vt in fpecie inquifiti de homicidio, qui fententiam abfolutoriam obtinuerat, refolutum fuit in allegata Sabinen. coram Sacrato *n.3.* vbi diftinguitur, an fententia fit declaratoria innocentiæ, vel abfolutoria fimpliciter, quia deficiant probationes, & in terminis inquifitionis, ac diffamationis de fimonia, quod fufficiat, etiam accedente fententia abfolutoria, firmatum fuit in adducta Calaguritana fub anno 1655. Inter autem impedimenta, quæ ex diffamationibus refultant, fortiffimum eft illud, quod oritur ex homicidio, in quo in dubio pro irregularitate potius refpondendum eft, id, quod in alijs cafibus non ita facilè accidit, maximè refpectu promouendi, & vt ab ordinum fufceptione abftineat. Quia cum fit in ftatu libertatis, in quo aliam viam liberè eligere poteft adeò, vt nulla fubfit neceffitas Ordines fufcipiendi, tutior pars tenenda eft iuxta ea, quæ tradit Abb. & alij *in cap. ad audientiam, de homicid.* ac Sperell. *decif.77. num.31. & 32.*

8 Quod fi hæc procedunt in cafu, quo fine tormentis extat fententia abfolutoria, quæ idcircò oftendit delicti probationes adeò leues effe, vt nec indicium ad torturam inducere potuerint, vndè facilè apud populum innocentiæ opinio generetur, multò magis procedere debent, vbi adeò vrgent inditia, vt inquifitus torturam fubire coactus fit, ex qua etiam diffamatio, ac fcandali caufa faltem ex facto augentur.

9 Vndè, cùm huiufmodi Clericus non dicatur abfolutus ob non probatam ab ipfo innocentiam, fed ex quo ob defectum plenæ probationis torturam fuftinuit, quæ fanè Clerico potius irrogat maiorem infamiam, quàm auferat maculam, iam contractam ex imputatione, ac diffamatione homicidij, de quo nouis fuperuenientibus indicijs iterùm vexari poterit, vt per Farinac. *in prax. tit. de inquif. q.4. num.23.* Caball. *refol. crim. caf.93. num.3. & 11.* Chartar. *dec. crim.72. n.77. & decif.38. num.13.* ac Rot. *in d.* Calaguritana 5. Iulii 1655. & 18. Iunii 1657. Quinimmò de commiffo homicidio conftare videtur ex vrgentiffimis indiciis, vt proindè reus tortus quantumuis abfolutus poteft plecti pœna extraordinaria, etiam corporis afflictiua, ne delictum omninò remaneat impunitum ex traditis per Clar. *q.64. fub num.38.* ibique Baiard. *fub num.116. & feq.* ac precipuè *fub num.19.* femper remanent reliquiæ delicti, ac periculum, ne detegatur poft affumptos ordines.

10 Non fuffragatur, quod fit fortè arctatus propter obtentum beneficium, fi illud obtinuerit poft commiffum homicidium. Vndè ex hoc etiam fuit incapax beneficij ex *d. cap.7. feff.14. de ref.* & beneficium, quod iniuftè retinet, non debet ei patrocinari ad recipiendos facros ordines.

11 Et quamuis homicidium non fit plenè probatum ad effectum condemnandi in pœnas iuris, fatis tamen probatum eft, faltem ad effectum inducendi irregularitatem, impedientem ordinum fufceptionem ex fola notorietate facti ad tradita per Butr. *in cap. ex tenore, num.5. de tempore ord.* Tolet. *in fum. lib.1. cap.69. n.1.* quæ notorietas refultat ex infpectione actorum, Gratian. *difcept.638. n.11. & 12.* Mafcard. *de probat. concl. 1102. num.17.* & fpeciale eft in homicidio, quod, quantumuis occultum, parit irregularitatem ex firmatis per Garz. *p.7. c.8. num.68.* fufficitque, quod de illo Epifcopus fe informauerit, etiam extraiudicialiter, Gratian. *difcept. 780. n.14.* Add. ad Greg. *dec.224. num.7.* & Rot. *in rec. decif.18. num. item 18. p.4.* Præfertim cùm Epifcopus ex officio inquirere poteft fuper irregularitate cognofcenda, Cardin. *in cap. ex litteris 1. n.1. de homic.* Cum igitur Epifcopo innotefcat ex publica diffamatione homicidij ortum fuiffe fcandalum in populo, debet vtique illum, qui homicida reputatur, ab ordinibus repellere, cum propter fcandalum quis efficiatur irregularis, ac remouendus fit ab officio Sacerdotis per text. *in d. cap. ex litteris de homicid.* vbi Glof. *fin.* ibique Abb. *in princ.* Butr. & Hoft. *num.1.* Maiol. *de irregul. lib.1. cap.2. n.38.* & Leon. *in prax. cap.40. num.38.*

12 Accedit, quod Ordo Ecclefiafticus eft dignitas, *l. Iubemus §. feruus, C. de Epifc. & cap. Cum de tua, de corp. vit.* Ergo erit inhabilis ad ipfum quicunque infamia quocunque modo laborat, *l.2. C. de dignit. & cap. Inter dilectos, de excef. Prælat.* Qui enim aliquo crimine diffamatus eft, tanquam indignus eft repellendus à dignitate, ac proindè non poterit ad ordines promoueri, neque in ipfis miniftrare.

13 Neque his obftare poteft textus *in cap. ex tenore, & cap. ad aures, de temp. ordin.* Nam licèt dubitauerit Nauar. *conf.42. lib.1.* per dictam tamen difpofitionem S. Concilii Tridentini correctos effe dictos Canones ex declaratione S. Congregationis, teftantur Additionator ad dictum confilium Nauarri Riccius *in prax. dec.564.* alias 486. Barbof. *in collect. ad dictum cap. ex tenore, n.3. & in collect. ad d. cap. c.1. Concilij feff.14. de refor. n.1.* & cenfuit etiam Rot. in dicta Elborenfi Ordinum, vbi firmatur, quod ceffante præcifa arctatione non poteft Epifcopus ad id cogi, neque ab eius arbitrio licet appellare. Quod fecùs dicendum effet, fi difpofitionem dictorum Canonum Concilium non moderatum fuiffet.

14 Itaque hic Clericus promoueri non debet ratione infamiæ facti, nifi ea purgata fuerit, vel nifi ex graui caufa, & ceffante fcandalo, fuerit difpenfatus, vt per Sanch. *opufcul. lib.6. cap.3. dub.5. in fine,* cum ibi allegatis.

CONSVLTATIO XX.

An decretum Concilij Tridentini cap.7. feß.14. de refor. inducat nouam irregularitatem ita, vt etiam ille, qui dat operam rei licitæ, & omnem adhibet diligentiam, ne fequatur homicidium, fi deinde fequatur, incurrat irregularitatem? vbi de homicidio cum propulfatione iniuriæ moderata non pauca differuntur.

1 NEgatiuè refpondendum eft. Ita declaratum fuit in S. Congregatione Concilij fub die prima Octobris 1588. & defumitur ex *cap. Dilectus, cap. Ex litteris, & cap. fin. de homicid.* Item declaratum, quod dictum Concilij decretum loquatur in eo, qui fuiffet in aliqua culpa, & indigeret difpenfatione, vt in Hifpalen. eo anno 1588. in Auerfana 13. Nouembris 1627. in Prænestina 7. Septembris 1630. & refolutum in Rota apud Farinac. *t.1. decif.260.* & cenfuit S. Congregatio fuper Epifcopis in Ianuenfi 23. Maij 1589. cuius declarationem alibi integram adduxi. Idem declaratum à S. Congregatione Concilij in Lucerina fub anno 1580. & in Sebenicen. fub anno 1587. quæ etiam in Cremonen. cenfuit, fupradictum decretum, quod loquitur de incapacitate beneficiorum, in qua funt homicidæ, non extendi ad penfiones, & ideò focius homicidæ obtinere, & obtentas retinere valeat penfiones.

2 Porrò homicidium priuatum neceffarium, fi contingat ob defenfionem vitæ, feu corporis proprij, cum moderamine fcilicet inculpatæ tutelæ, non inducit irregularitatem vllam. Hæc hodie eft certa doctrina *ex Clem. fi furiofus, de homicid.* ibique Panorm. & *in cap. Sicut dignum n.14. de homicid.* quicquid alij dixerint antiquiores. Quia eft neceffarium ob propriam defenfionem, & committitur abfque peccato ita, vt voluntas fit voluntas directa de defenfione, nec fit de fe peccatum, cum proprium voluntatis obiectum non fit mors alterius, fed propria defenfio, atque adeò non inducit irregularitatem, quia cùm fit irregularitas ex delicto, præfupponit peccatum in occidendo; hic autem nullum interuenit delictum, quia vim vi repellere licet, *cap. dilecto, de fent. excomm. in 6. cap.2. & cap. fignificafti, de hom. c. & l. fententiam, §. qui cum plures, ff. ad leg. Aquil.* quam fententiam tradit D. Auguftinus *ep.154. & lib.1.*

de

de lib. arb. cap. 5. D. Thomas 2. 2. quæst. 64. ar. 7. & Concilium Tridentinum d. cap. 7. docens incurri irregularitatem ob voluntarium homicidium vim vi repellendo commissum. Nam aliàs inuoluntariè admissum, nullam irregularitatem incurrit iuxta d. Clem. de homicid. Videndusque Less. lib. 2. c. 9. num. 41. Sayr. in clau. Reg. lib. 1. c. 6. num. 6. & Tolet. lib. 1. c. 82. §. Primum. Et vbi non est delictum, neque debet esse pœna, cùm pœna præsupponat culpam, D. Thom. 2. 2. quæst. 108. ar. 4. in solut. Sot. de iust. lib. 1. q. 6. art. 5. Couar. var. lib. 2. c. 8. in princ.

3 An verò teneatur inuasus consulere saluti inuasoris, si periculum damnationis æternæ subsit, amittendo vitam corporalem suam, respondeo non teneri, cum nulla hic extrema necessitas subsit; propria enim malitia se inuasor in tale periculum conijcit, à quo sola voluntatis mutatione se ipsum eximere potest. Si tamen inuasoris persona Reipublicæ admodum necessaria foret, magnæ charitatis opus esset, vitam propriam negligere pro conseruatione vitæ illius.

4 Si verò sit commissum ob defensionem necessariam vitæ alterius innocentis, aut Reipublicæ cum moderatione inculpatæ tutelæ, quando scilicet lege naturali, vel diuina obligatur quis ad talem defensionem innocentis, probabilius est non inducere irregularitatem iuxta Syluestr. v. Bellum, q. 2. §. Adde. Couar. in d. Clem. si furiosus p. 3. §. vn. num. 5. Molin. tom. 1. disp. 109. Auil. p. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 5. Genuens. cap. 34. prax. num. 16. Laym. l. 3. tract. de homicid. cap. 9. num. 2. Maior. in 4. distinct. 15. quæst. 20. Petr. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. nu. 419. Viuald. de irregul. num. 22. idem Sayr. de censur. lib. 6. cap. 17. num. 21. Fortun. ad l. vi vim, vers. sed aduerte, ff. de iust. & iur. Anan. in cap. petitio de homic. Immò generaliter etiam in casu, quo quis non tenetur occidere inuasorem alterius innocentis, sed tamen licitè posest occidere, non induci irregularitatem est probabilior sententia, Petr. Nauar. loc. cit. Couar. ibid. num. 5. Less. n. 73. Molin. disp. 72. tom. 4. Suar. disp. 46. de censur. sect. 3. n. 2. Reginal. lib. 2. cap. 5. num. 60. Coninch. de irregul. num. 88. & multi alij recentiores. Quamuis contraria sit magis communis, scilicet, quod occidens ad defensionem necessariam alterius, vel Reipublicæ licèt non peccet occidendo, tamen fiat irregularis ex deffectu lenitatis, vt testatur Farinac. quæst. crim. 125. num. 180. Suar. sect. 3. n. 6. in fin. Angel. v. deffension. 3. Rosel. v. homicidium 4. n. 1. D. Antonin. 3. p. tit. 29. de irregul. cap. 2. §. homicidium, Nauar. cap. 27. man. num. 212. Maiol. lib 5. de irregul. cap. 48. n. 9. Tabien. v. Irregularitas 2. nu. 25. Medin. lib. 1. instr. confess. cap. 11. §. 10. Salon. 2. 2. q. 64. art. 7. contr. 2. Henriq. lib. 14. c. 11. num. 3. Philiarc. lib. 4. c. 11. §. 3. Medices p. 2. sum. tit. 9. q. 34. §. 10. & docuerant Glos. in d. clem. si furiosus, Cardin. ibid. q. 28. Panorm. in cap. Olim 1. n. 18. de restit. spol. Innoc. in cap. Si verò 1. nu. 11. de sent. excom. & alij, qui ideò aiunt tutius esse impetrare dispensationem.

5 Hanc ego sententiam nedum communiorem, sed etiam certam censeo. Quia ex d. Clem. furiosus de homicid. irregularitatis incursus euitatur ab homicida, qui necessariò tuetur vitam propriam: ergo non euitatur ab homicida, qui alienam vitam etiam patris, & matris defendit, licèt non peccet, cap. dilecto 6. §. fin. de sent. excom. in 6. Nam de iure communi irregularis est quilibet homicida, vt c. Si quis viduam 50. d. & Doctores communiter tenent. Hodie autem limitatur ius per dictam Clementinam, & in limitatione solùm fit mentio de necessario defendente propriam vitam. Igitur quoad alios ius commune remanet in suo robore, Glos. in d. Clem. v. suam, quam sequuntur Panorm. & alij in d. cap. Si vero 3. nu. 11. propè fin. de sent. excom. Couar. in d. Clem. p. 3. relect. §. vn. num. 5. Atque multò minùs euitatur ab eo, qui occidit defendendo res proprias, cap. Suscepimus, & cap. 3. de homic. Gloss. in cap. 2. v. non deponatur, eod. tit. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 80. nu. 13. cum alijs, quicquid dicant Sot. l b. 5. q. 1. ar. 8. Couar. vbi supra num. 6. Castr. de leg. penal. lib. 2. cap. 14. Petr. Nauar. lib. 2. cap. 3. num. 418. Less. cap. 9. num. 73. Sayr. lib. 6. cap. 17. num. 22. Suar. disp. 46. sect. 2. Tanner. tom. 4. disp. 6. quæst. 10. num. 209. Coninch. disp. 18. num. 86. & 88. Turian. cum Vasq. lib. 9. de censur. disp. 66. dub. 3. Gasp. Hurtad. de censur. disp. 2. de irregul. diffic. 11. num. 40. Cęlestin. in comp. theol. moral. tract. 4. cap. 5. quæst. 1. Dian. p. 3. tr. 5. resol. 79. Baun. p. 2. th. mor. tr. 11. quæst. 23. dub. 11. Machad. de perfect. confess. tom. 1. lib. 2. p. 3. tr. 18. docum. 5. num. 5. Palaus p. 6. th. mor. disp. 6. de censur. pun. 14. num. 1. Montesin. 1. 2. quæst. 76. ar. 4. disp. 8. quæst. 12. num. 161. dum aiunt ex homicidio priuato licito non induci irregularitatem ex defectu lenitatis. Nam hæc solùm contrahitur ex homicidio ex publica authoritate, & proindè solùm illam contrahunt, qui tanquam administratores, & cooperatores publici ad illud concurrunt authoritate publica, atque adeò solùm in ordine ad homicidium per sententiam Iudicis. Idque ampliant multi, etiamsi defendens sit Clericus, vel Religiosus, quos allegat, & sequitur Barbos. in d. c. Suscepimus 10. n. 2. de homic. Sed contraria est magis communis, quod homicida fiat irregularis ex defectu lenitatis ex Suarez, & Farinac. loc. cit. & tenet Villadieg. cap. 6. num. 76. Henriq. de irregul. cap. 11. num. 3. lit. D. Auil. d. p. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 4. §. denique, & Nauar. c. 27. n. 213.

Debet igitur esse ad necessariam sui defensionem, vi- 6
delicèt cum quis neque clamando, neque fugiendo, neque alio modo mortem euitare potest, Gloss. in d. Clem. vn. v. non valens, de homicid. & ibi Panorm. n. 4. & 10. Couar. in d. 3. p. relect. Clem. Si furiosus, de homicid. §. vn. n. 2. qui ait, hoc habere locum in periculo mutilationis alicuius membri. Ac propterea istud homicidium, vel mutilatio membri debet fieri in illo instanti aggressionis, non autem post illud instans, dum cessauit periculum, & aggressor se fugæ dedit. Hoc enim casu non est propulsare à se iniuriam, sed potiùs illam vlcisci, cap. Significasti 18. de homic. Nam vim vi repellere licet in continenti, & sine interuallo, d. cap Si verò 3. de sent. excom. d. l. Scientiam 46. §. Sed si defendendi, vbi Glos. v. vlciscendi, & l. si ex plagis §. Tabernarius, ff. ad leg. Aquil. vbi Glos. v. ne data opera l. 3. §. Cum igitur, ibi: sed confestim, non ex interuallo, & l. 17. ibi: In ipso congressu, & ibi: illicò, ff. de vi, & vi armat. & l. 2. §. arietes, ff. si quadr. pauper. fec. dic. Bartol. in l. 1. C. vnde vi, n. 9. quoniam qui ex interuallo vim infert, cogitatò infert, nec tam ad defensionem, quàm ad vltionem. At vltio prohibita legitur in l. 45. §. 4. ff. ad leg. Aquil. Cuiac. 5. obs. 18. quamuis dissentiant Bald, Ias. Castr. & Doctores in l. 3. de iust. & iur. Schincid. in §. Ius autem gent. instit. de iur. nat. gent. & ciuil. n. 15. & Connan. 1. com. 6. quare post illatam iniuriam recurrendum est ad Iudicem, vt docent Dec. cons. 487. n. 8. Conrad. p. 3. de duel. cap. 62. & alij communiter in d. l. vt vim, ff. de iust. & iur.

Prætereà ista defensio fieri debet cum moderamine 7
inculpatæ tutelæ, vt patet ex d. Clem. de homic. Moderamen autem inculpatæ tutelæ tunc est, vt notat benè Panorm. in d. cap. Significasti num. 5. quando quis solùm id facit, quo omisso, violentia propulsari non posset. Ita Glos. in d. cap. Significasti v. Moderamine propè fin. Adeò, vt si possum cum minore percussione me defendere, non debeo cum maiori illum verberare; si cum mutilatione membri, vel simplici vulnere tantùm, non debeo illum occidere; si fugiendo possum euadere periculum mutilationis, vel mortis, teneor fugere etiam cum ignominia, nec debeo illi resistere, etiamsi sim laicus; & hoc quoad incursum irregularitatis tantùm. Pluris enim facere debeo vitam alterius, quàm meam ignominiam, & honorem, Couar. in d. 3. p. d. §. vn. num. 4. vbi ex Alexandro cons. 119. lib. 7. ait, quod alias defensio huiusmodi esset immoderata, inhumana, barbaris potiùs, quàm viris ratione præditis, & Religionis Christianæ institutis conueniens; quibus concinit Sacr. Congregatio Concilij, quæ sub die 20. Decembris 1631. generaliter declarauit, eum, qui causa honoris insequitur inimicum, & occidit, incurrere irregularitatem.

Postremò huiusmodi moderamen est, quando æquali- 8
bus modis, & terminis propulsatur iniuria, vt si armis inuasus sum, armis etiam inuasorem propulsare, & offendere possum. Si sine armis, & solùm pugnis inuador, debeo simili modo illum expellere, nisi inuasor haberet tantùm roboris, vt plos posset inermis,

quam ego armatus. Tali enim casu possum contra illum armis me defendere, vt post Glos. *d. v. moderamine*, rectè aduertit Bartol. *in l.1.num.7.C. vnde vi*, Bald. *in l.1.col.2.C.de confes.* Dec. *in d.l.vt vim.3. num.4. ff. de iust. & iur.* Et ob eandem rationem hoc extenditur etiam ad inæqualitatem armorum. Cùm enim quis inuaditur à petitiore in tractando ense, vel alio simili armorum genere, tunc infirmior potest ad sui defensionem vti sclopo, & potentioribus armis contra huiusmodi aggressorem. Quia ista inæqualitas armorum necessariò requiritur ad infirmioris defensionem; Et quidem si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non vt homicida tenetur. Quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur, *l.3. C. ad leg. Corn. de sicar.* Et quoniam arma non solùm galeas, gladios, hastas & similia instrumenta continent, verùm etiam lapides, fustes, cultellos, pugiones, *l.3. §.1. de vi & vi arm. l. armatos 9. ff. ad leg. Iul. de vi publ. l. 224. §. telum, de verb. signif.* Gad. *in l.41. eod. tit.* Ac quoniam paritas armorum nunquam in iure reperitur, cum generaliter scripserit Florentinus, quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit, iure fecisse videtur, *l. vt vim*, & ibi Coras. *de iust. & iur.* Et ideò Georg. Obrecht. *de necessar. defens. c.10. n.6.* vult, non requiri ad moderamen inculpatæ defensionis, quod æquo marte, & paribus armis repellatur, licèt dissentiant Bartol. Castr. Ias. & alii *in l.4. C. vnde vi.* Certum est, quod si aggressus sit fortior aggrediente viribus, & animo, cum facilè sine armis se defendere possit, si armis percutiat, non seruabit moderamen inculpatæ tutelæ, sed transibit ad vindictam, quia non seruabit modum debitum, & plus faciet quàm sit necessarium ad repellendam iniuriam ad tradita per Glos. *in d.l.1. v. moderamine C. vnde vi, &* Clar. *in pr. §. homicidium num.2.* Abb. *in d. cap. significasti n.9. de homic.* Grammat. *cons.63. n.2.* Trentacinq. *pract. resol. lib.1. resol.1, de defens. n.9.* Cuenc. *de deffens. lib.3. q.2. n.5.* quod limitatur, nisi improuisa aggressione perturbatus statim armis percuteret, quæ manibus teneret, quia tunc illa percussio esset ex instinctu naturali defensionis absque deliberatione, ac proinde absque peccato mortali, pro quo requiritur sufficiens deliberatio,

9 At si aggressus sit minùs fortis, aut viribus, aut animo, si armis percutiat aggressorem inermem, non peccabit mortaliter, atque adeò neque contrahet irregularitatem. Nam cum liceat vim vi repellere, licet etiam æqualem vim obiicere vi illatæ, quia minor non sufficit ad repellendum, sed vt debilior succumbet. Si autem minùs fortis pugnis percuteret; non obiiceret æqualem vim, quia pugnus minùs fortis minorem vim habet. Vndè Glos. *d. v. moderamine* ait: quid si pugnus vnius plusquam alterius ensis percutit? Respondeo, defendat se ense propter inæqualitatem virium. Quod sequuntur Baldus, Angelus, Salicetus & Donellus ibid. *num.7.* Osuald. ad Donel. *lib.17. c.2. lit.l.* Trentacinq. *d. resol. 1. num.7.* Afflict. *ad Const. Regn. lib.1. rubr.8. num.55.* Peguer. *dec. vim. 78. n.28. p.1.* & Cuenc. *de sua defens. lib.3. q.2. num.6.*

10 Quinimmò etiamsi aggressus, & aggrediens sint æquè fortes animo, & corpore, adhuc tamen licebit se baculo defendere, & licèt casu occidat, non incurret irregularitatem, dummodò tamen sistat intra terminos defensionis, neque ex industria, vel data opera tendat ad inferendum maiorem percussionem, quàm sit necessaria pro defensione. Quia tunc obseruatur moderatio inculpatæ tutelæ, quando illa vis aggressori obiicitur, quæ tendit ad propulsandam vim illatam, & est sufficiens pro illa propulsanda. Quod autem hoc, vel illo instrumento, hoc, vel illo genere armorum fiat, materialiter se habet, nec facit, quod excedantur termini inculpatæ defensionis; quia non exceduntur, nisi fiat aliquid, quod tendat ad vindictam. Vndè modus defensionis attenditur in eo, quod fit ob defensionem, non autem in eo, quo fit, seu instrumentis defensionis. Dum autem non exceditur terminus defensionis, non habet locum peccatum mortale, atque adeò neque irregularitas.

11 Et ex his colligitur cum Bartolo *cit. loc.* quod tria requiruntur ad moderamen inculpatæ tutelæ. Vt fiat in instanti cum æqualitate modi defensionis ad offensionem, & ad metam defensionis, non autem ad vlciscendum iniuriam, & propterea non licet inuasorem, si fugit, persequi, vt Glos. *in d.l.1. v. moderatione*, & ibi Bartol. *C. vnde vi, num.10.*

Notandu aque, vt quis necessariò, & impunè se defendat cum morte, vel mutilatione aggressoris; non esse necessarium, vt expectet se ab illo percuti prius, sed sufficere terrorem, & strepitum armorum, *l.3. §. qui armati, ff. de vi & vi arm.* Immò sufficit, si videat venientem, & irruentem contra se armatum euaginato gladio, vel sclopo ad explodendum in manibus parato, Anan. *in cap. si perfodiens 3. de homic.* Dec. *in d.l. vt vim 3. ff. de iust. & iur. n.50.* vbi *n.9. in fine* admonet, quod defensio dicitur, antequam quis offendatur, vt iniuria propulsetur, & offensio repellatur; quia post offensionem receptam non est defensio, sed vindicta, quod sequitur Tolet. *in sum. d. cap. 80. n.40.* Nomine verò aggressoris ille intelligitur, qui non prouocatus aggreditur, *l. is, qui aggressorem 2.* vbi Glos. *C. ad leg. Corn. de sicar. l.1. C. quando liceat vnicuique sine Iud. se vindic.* & Dec. *loc. cit. n.9.* Ac ille, qui nedum actu vim infert, sed etiam qui paratus est inferre, quando primùm commoditas tulerit, quia minæ solæ, vel terror armorum faciunt aliquem aggressorem, vt notant Bart. *in d.l.1. §. Cum arietes, ff. si quadr. paup.* Florian. *ibid. n.5.* Euerard. *cons.35. n.19. vol.1.* Siquidem solus timor armorum dicitur offensa, vt notant Glos. *in l. metum, C. quod metus caus.* Bart. *in l. de pupil. §. si quis ipsi Pratori, ff. de oper. nou. nunc.* Bald. *in cap.1. quod metus caus.* Et proinde quando iustè timetur, quod quis inuadat, potest iure naturalis defensionis præueniri. Quia, licèt non aggrediatur, est tamen aggressor præparatus, seù est aggressor quoad animum, & præparationem aggrediendi, atque adeò vim infert iuxta doctrinam, quam tradunt Glos. *in l. Si de poss. C. de vi*, Ias. *in d.l.3. n.9. ff. de iust. & iur.* Imol. *cons.103. vol.1.* Bald. *in cons. schismatis posito in rubr. C. Si quis vbique test. prohib.* Carrer. *in pr. crim. tit. de homic. §. circa tertium n.4.* Grammat. *cons.18. n.2.* Bart. *in d.l.1. C. vnde vi*, Io. Andr. *in cap. Insinuante qui Cler. vel non.* Abb. *ibid.* & *in cap. fin. not. vlt. de his, quæ vi met. caus. fiunt*, Zoanet. *in repet. l.3. p.3. n.45. ff. de iust. & iur.* Felin. *in d. cap. suscepimus, de homic.* Clar. *lib.5. sent. n.32.* Boss. *tit. de homicid. n.86.* Dec. *in d.l. vt vim n.35. ff. de iust. & iur.* Rimin. *cons.44. n.12.* Alex. *cons.109. n.4. lib.1.* Vuesemb. *cons.19. n.56. vol.5.* Mynsing. *cons.27. n.3.4. & 7. decad.3.* Voltz. *ad leg. Cornel. de sicar. cap.7. n.119.* Obrecht. *de defens. necessar. cap.2. n.19.* Afflict. *ad Constit. Neapol. p.1. lib.1. p.1. lib.1. rubr.11. n.21.* Sayr. *lib.7. d. reg. cap.10. n.18.* Beia *p.1. cas.21.* Sot. *lib.5. de iust. c.9. dub.8. n.44.* & Fagund. *lib.5. in 5. præcept. Decal. c.6. n.2.* Id, quod solùm admiserim, quando nullo modo posset præcaueri damnum, quia cùm sit damnum irreparabile, erit licitum præuenire homicidio. Et ideò in tantum iura concedunt inuasorem occidi, quia dum inuadit personam, potest inferre damnum irreparabile, solùmque homicidium est licitum, quando est necessarium pro defensione propriæ vitæ, *l. scientiam §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil.* Vndè quamuis liceat præuenire aggressorem ad auertendum damnum, quod parat, *l. is, qui aggressorem, & l. si quis percussorem, C. ad leg. Corn. de sicar. & d.l.1. C. quando liceat vnicuique sin. Iud. & l. Si vt allegas, d. C. ad leg. Cornel.* hoc tamen solum licet eo modo præuenire, quo licet repellere, dum actu infertur iniuria.

CON-

CONSVLTATIO XXI.

An & quatenus pater, ac mater possint suis filijs eligere sepulturam?

1 QVoad patrem indubitati iuris est, filium impuberem, incapacem sibi eligendi sepulturam sepeliri debere, vel vbi pater viuens elegerit, si super electione habeat consuetudinem loci vel, cessante tali consuetudinaria electione sepeliendum esse, vel vbi alij maiores sepulti fuere, vel in Ecclesia parochiali. Textus est expressus *in cap. licet pater, de sepul. in 6.* & ibi Gloss. *v. vel in parochiali*, & annotaor *ibidem* Archid. *num. 1.* Gemin. *num. 2.* Io. Andr. Aochar. Butr. & alii ac Nauar. *cons. 2. de sepult.* Petr. de Vbald. *de can. Episc. c. 11. num. 6.* Beller. *p. 1. disq. Cler. §. 3. de Cler. debit. num. 17.* qui citat Medic. *q. 8. de sepult.* Sperell. *dec. 89. num. 3. & seq.* Villalob. *p. 2. sum. tr. 31. diff. 2. num. 1.* Bonac. *disp. 3. de contr. q. 21. pun. 3. num. 8.* Genuen. *in prax. cap. 61. num. 4.* ac Doctores coogesti per Barbos. *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 10. num. 28.* & Rota coram Gregorio *dec. 276. num. 1.* Nam, vt alibi dixi, ius commune determinat sepulturam pro vno quoque, vt nimirùm debeat quisque sepeliri, aut in sepulcro maiorum suorum, aut in Ecclesia Parochiali, ac insuper concedit vnicuique, qui est capax electionis, quod possit sibi eligere sepulturam, vndè non remanet aliqua potestas eligendi præter concessam à iure, quæ cùm sit personalis, & ijs tantùm competat, qui sunt capaces talis electionis, non substituitur ratione incapacitatis alterius, & proiodè nec pater pro filio, quando filius est incapax. Quare solùm restat, quod consuetudo præualens contra ius commune det patri facultatem eligendi pro filio impuberi.

2 Neque obstat, quod pater possit filio impuberi eligere sepulturam de iure ratione patriæ potestatis, vt tenet Gloss. *in cap. de vxore, v. definitum, de sepul.* quod tamen limitat, nisi consuetudo repugnet, Host. *in sum. tit. de sepult. num. 5.* Molin. *disp. 214. de inst. & iur. vers. Pater eligere*, & idem videtur sentire Rodriq. *tom. 3. quæst. regul. 60. ar. 1.* quia sicuti pater potest filio impuberi facere testamentum, Instit. *de pupil. subst. §. liberis*, & etiam facere substitutionem in bonis maternis, *l. 1. ff. de vulg. & pupil.* idque ratione patriæ potestatis, ita quoque poterit ratione eiusdem patriæ potestatis eligere sepulturam.

3 Nam respondeo, quod patria potestas est potestas ciuilis, *cap. fin. de iudic. in 6.* vndè se extendit ad ciuilia tantùm, noo autem ad spiritualia, quale est ius eligendi sepulturam, *cap. suam, de Simon.* Neque licet arguere à potestate faciendi testamentum ad potestatem eligendi sepulturam, oeque ab aliis temporalibus ad spiritualia, præsertim quando iura aliter decernunt.

4 Quod autem ad matrem, idem prorsus dicendum est; quia, licèt mater non habeat filios impuberes in potestate, ac proindè non possit eis regulariter sepulturam eligere, nisi sit spurius, sicuti post Gemin. *in d. cap. licet, num. 4. de sepult. in 6.* firmat Medic. *de sepult. q. 8. num. 26.* & antea *num. 4. & 5.* vbi de legitimis dicit spectare ad patrem, attamen cum non possint sibi eligere sepulturam, de his non prohibet ius, quod alii ipsis illam eligant, sed conualidat consuetudinem qua pater assumit sibi ius, quod conueniret filiis, si essent capaces, & ipsis eligit sepulturam, atque adeò huiusmodi consuetudo non est contra ius, cum nullom ius prohibeat, quod quis eligat pro eo, qui non potest eligere, sed est approbata à iure, & proindè secundùm ipsum ius, quatenus ab ipso admittitur, vt rationabilis. Vndè fit, quod sicuti pater ratione consuetudinis potest eligere filio impuberi sepulturam, ita possit etiam mater, quia militat etiam in ipsa ius consuetudinis, tanquam in illa, cui incumbit cura filiorum impuberum.

5 Non obstat textus in *d. cap. licet, de sepult. in 6.* vbi habetur, quod eligere sepulturam filio impuberi conuenit patri ratione consuetudinis. Hæc autem consuetudo cùm sit contra ius, quod disponit vnumquemque sepeliri debere in sepulchro maiorum suorum, aut in Ecclesia parochiali, vt *in d. cap. 1. de sepult.* non debet extendi ad matrem, præsertim cùm agatur de præiudicio tertij, nempè Ecclesiæ, in qua de iure filius sepeliri deberet, *l. si vero, §. de viro, ff. sol. matrim.* Et hanc opinionem tenent Petr. de Vbald. *de can. Episc. c. 11. num. 4.* Medic. *q. 8. de sepult.* Io. Asin. in *l. familiaria sepulchra, ff. de Relig. & sumpt. fun. num. 50.* Bursatt. *cons. 226. num. 128. vol. 3.* Bellett. *p. 1. disq. Cler. §. 3. de Cler. debit. num. 4.* Ricc. *in pr. decis. 666.* ac Genuen. etiam *in pr. cap. 16. num. 4.*

6 Nam consuetudo, ratione cuius pater potest filio impuberi eligere sepulturam, non est cootra ius, sed declaratiua iuris, aut ad minùs exorbitans à iure. Consuetudo autem, vt delaratiua iuris, debet sequi conditiones iuris, quarum vna est, quod extendatur ex identitate rationis. Vnde cùm eadem sit ratio de patre, & matre, quia pater non eligit filio impuberi sepulturam ratione patriæ potestatis, sed consuetudinis, fundata in eo, quod ad patrem pertineat cura de filijs, ex identitate rationis hæc consuetudo extendetur etiam ad matrem. Et vt exorbitans à iure etiam extenditur ex identitate rationis, vt notat Sperell. *d. dec. 89. num. 9.* cum Ostasch. *dec. 120. num. 4. & 12.* Tiraquel. *de reuoc. donat. v. Libertis num. 44.* Roland. *cons. 72. num. 49. lib. 1.* Menoch. *ad adip. remed. 3. num. 34.* Villagut. *de extens. leg. rubr. de extens. leg. exorbit.* ac Farinac. *in fragm. v. extensio num. 123.*

7 Verùm tradita doctrina ita intelligenda est, vt necesse sit, quod pater, vel mater eligat, viuente iam filio. Ita Lauor. *var. cap. 11. tit. 2. num. 118.* & Sperell. *d. decis. 89. num. 5.* qui tamen nullum textum, nullamque rationem afferunt. Ratio autem est, quia electio sepulturæ est vltimæ voluntatis, atque adeò quando quis eligit sepulturam, refertur electio ad tempus, in quo is, pro quo eligitur, potest habere vltimam voluntatem, & facere posset talem electionem, si aliud non obstaret, vndè refertur ad tempus vitæ, non autem ad tempus post mortem. Quod præsertim verum est, quia illa electio fiat nomine alterius ad supplendam impotentiam illius, vnde debet supponi filius, cuius nomine fiat. Secuta autem morte, non adest amplius filius, cuius nomine fiat. Pro textu autem adduco declarationes S. Congregationis super Episcopis his verbis conceptas. Pro patre: *Pater potest ante mortem filio impuberi sepulturam eligere, vbicumque voluerit, etiam in Ecclesijs Regularium, post mortem verò secus.* Ita in Fulginaten 27. Octobris 1587. in vna Seruorum 6. Decembris 1641. in vna Conuentualium, Montis Pælusij 6. Iunii 1659. Nisi contrarium habeatur de consuetudine, Rota apud Ludouis. *d. dec. 276.* Vel nisi adsit ibi sepulchrum maiorum, *d. cap. licet, de sepult. in 6.* Dian. *p. 5. tr. 3. resol. 107.* Pro matre autem ita: *etiam mater, cum pater non adest, potest filio impuberi sepulturam eligere, viuente tamen filio*, vt in Auellinen 15. Septembris 1603. & ita intelligenda est resolutio S. Congregationis super Episcopis, quæ à Regularibus adduci solet. Ea est: *Sacra Congregatio censuit, licere parentibus in quacunque Ecclesia voluerint etiam Regularium, eorum filijs minoribus, qui ad annos pubertates non dum deuenerint, eligere sepulturam, nec à Parochis locorum impediri posse, aut debere, præsertim verò si in dictis Ecclesijs Regularium sepeliri consueuerint, vel in eis habeant sepulchrum maiorum.*

8 Quæ quidem coosuetudo probanda est à Regularibus, quod sit spatio quadraginta aonorum præscripta, prout in specie tradit Sperell. *d. decis. 89. num. 17.* cum duobus *seqq.* ac iuncto *num. 26.* Adque hunc effectum non sunt attendendi deponentes, in Ecclesijs Regularium fuisse sepultum aliquem numerum paruulorum, cùm id potuerit contingere ex eo, quod ibi adesset sepultura eorum maiorum, vel quod ipsis viuentibos eorum parentes sepulturam elegerint. Ad effectum autem probandi, debent concludere de qualitate casus controuersi, quod nempè ibi sepulti fuerunt, etiamsi non adesset sepultura eorum maiorum, & quamuis eorum parentes electionem fecerint post eorum mortem; quia consuetudo probari debet concludenter, præcisè, & in indiui-

duo

duo casu, de quo agitur Butatr. *dec.* 129. *num.* 6. & 383. *num.* 13. vbi etiam Add. *lit. A.* Rot. *dec.* 529. *num.* 4. *tom.* 2. *p.* 4. *rec.* & cum eisdem qualitatibus, de qoibus in facto controuertitur, Gregor. *dec.* 162. *n.* 2. Mar. Aoton. Thomat. *dec.* 131. *num.* 26.

8 Vndè etiamsi parentes deponant, electionem sepulturæ factam fuisse etiam post filiorum obitum, debent tamen deponere à quanto tempore de actuum frequentia, deque temporis diuturnitate; quæ omnia coniunctim debet testis deponere ad probandum consuetudinem; quia non potest constare de quadragenaria nisi testes deponant de præciso tempore, quod incipit à primo actu, quæ sit, ita quod vetis similiter transeat in notitiam populi, Sperell. *d. dec.* 89. *num.* 27. & consuetudo per testes non probatur, nisi deponant de temporis diuturnitate, de visu actus, cuius consuetudo allegatur, ac de illius frequentia, Caual. *dec.* 125. *num.* 8. & Rot. *dec.* 497. *num.* 2. *p.* 2. *rec.* Neque ad hoc sufficiunt fides, etiam Ciuitatis; quia consuetudo non probatur per simplices fides, sed per testes formiter examinatos, qui deponant de requisitis eiusdem consuetudinis, Duran. *dec.* 246. *num.* 1. & Merlin. *dec.* 225. *num.* 10.

CONSVLTATIO XXII.

Vtrum præcepta de gradibus cognationis, & affinitatis sint iuris naturalis, in quo Ecclesia dispensare nequeat? Vbi etiam cuius sit in matrimonij impedimentis dispensare, ac de causis dispensandi?

1 ET quidem iure naturali prohibetur, quod fini matrimonij repugnat, siue primario, qui est prolis generatio, siue secundario, qui est liberorum educatio, adiutorium, infirmitatis solatium, aliaque coniugalia officia, quæ omnia cùm in omni gradu cognationis, & affinitatis subsistere queant, sequitur, nullum gradum esse, in quo coniugium ita sit intrinsecè malum, in quo Deus author naturæ dispensare nequeat, scilicet etiam vt filia cum patre coeat, quod in extrema propagandi generis humani necessitate sibi licitum esse, filiæ Loth crediderunt, quæ ex patre liberos conceperunt. In quo licèt peccarint decipiendo patrem, nec eius requirendo iudicium, attamen in eo casu non repugnare humanæ rationi constat. Vndè illas omni crimine Chrysostomus *hom.* 44. *in Gen.* & Ambrosius *lib. de Abraham cap.* 6. liberant; Augustinus verò *lib.* 22. contra Faustum, *c.* 49. peccasse dicit, non tam ardore libidinis, quàm amore nimio posteritatis.

2 Quamuis ergo Deus in omni gradu absoluta potestate dispensare possit, attamen ex prima coniugij institutione luculenter discimus, non conuenire, vt pater filiæ coniungatur. Ideò enim masculum, & fœminam creauit Deus, illosque matrimonio iunxit, ac de futuris reliquis matrimonijs dixit. *Relinquet homo patrem, & matrem, & adherebit vxori suæ.* Quibus verbis apertè innuitur, omnia coniugia inter ascendentes, & descendentes esse vetita tum propter nimiam propinquitatem, tum propter ætatis inæqualitatem.

Accedit, quod vxor viro naturaliter subijci debeat, mater verò liberis præesse, cui etiam obedientiam reuerentiam, subiectionemque exhibere tenentur, quæ in vsu coniugij filij eum matre stare nequeunt iuxta illud Leuit. 18. *Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non discooperies*; idest filia non cum patre, nec filius cum matre coibit. Quod præceptum ius naturæ continet, vetans coniunctionem in primo gradu in linea recta. Vndè Ambrosius *Epist.* 66. *Ne pater filiam suam accipiat vxorem, interdictum est natura iure, interdictum est lege, quæ est in cordibus singulorum, interdictum est inuiolabili præscriptione pietatis, titulo necessitudinis.* Hinc ab huiusmodi connubijs naturaliter Gentes abhorrent, & Persæ, qui huiusmodi coniugia inter proximos admittunt, ab alijs fieri & barbari habentur, quos reprehendit Tertullianus *in Apologet. cap.* 9. Chrysostom. *homil. de Pentecoste*, Augustinus *q.* 61. *in Leuit.* Theodoretus *in lib. de legib.* Quin & Aristoteles *lib.* 2. *Polit.* vxorem communionem ex eo confutat, quod liberi parentibus misceerentur. Quod adeò naturæ aduersatur, vt dicat *lib. de hist. animal. cap.* 47. camelos nolle matribus misceri. In quo consentit Plinius *lib.* 8. *hist. cap.* 42. Inde superiori sæculo prodigiosum Henrici VIII. cum Anna Bolena, ipsius ex adulterio filia coniugium, de quo Nicol. Sander. *de schism. Angl. fol.* 64. 65. 86. & 88.

Quare nullo iure homo in hoc primo gradu in linea recta dispensari potest. Similiter iure naturæ in primo gradu transuersali consanguinitatis coniugia vetita sunt, puta inter fratres, & sorores, siue ex vtroque, siue ex altero parente. Nam id semper & vbique apud omnes homines recta vtentes ratione indicatum est malum, nisi extrema cogente necessitate obligatio cessaret, vt accidit filijs Adæ, qui sorores accipere debuerunt, vt notat Augustinus *lib.* 15. *de Ciuit. cap.* 16. Hinc talia coniugia morte puniuntur *Leuit.* 20. nec vlla Sanctorum exempla, qui in hoc gradu contraxerint, reperiuntur. Neque vnquam dispensatio in hoc gradu ab vllo Pontifice facta legitur, etiamsi non defuerint, qui eam instantissimè petierint, vt de Comite Armeniaco refert Æmilius in Ludouico XI. Suetonius inter Caii flagitia enumerat, quod Drusillam sororem vxoris loco habuerit. 3

Si quis objiciat, Abraham duxisse Saram, quam sororem asseruit, *Genes.* 20. Respondeo, Saram fuisse consanguineam, videlicet neptem ex fratre Abrahæ Aran progenitam, vt constat *ex cap.* 11. *Genes.* vbi Thare genuit Abraham, Nacbor, & Aran. Aran verò genuit Melcham, & Iescham, quæ alio nomine Sarai vocabatur, teste Iosepho *lib.* 1. *antiq. cap.* 14. Hieronymo *in quæst. hebraic. in cap.* 11. *Genes. & in lib. contra Heluid.* Augustino *lib.* 16. *de Ciuit. cap.* 12. 19. *& lib.* 22. *contra Faust. cap.* 35. Et quidem illo tempore non licuisse sororem vxorem ex *c.* 12. *Genes.* 20. & 26. Liquet, vbi Abraham, & Isaac occultare sua coniugia volentes, dixerunt, *Soror mea est*, vt Palæstini audito sororis nomine vxorem non esse crederent. Quod locum non habuisset, si gentium more coniugium cum sorore licitum fuisset. Scripturæque sacræ consuetudo est patrueles, & neptes vocare fratres, & sorores, *Genes.* 13. Abraham Loth fratrem suum vocat. *Genes.* 16. Isaac Rebeccam vocat sororem, Tob. 8. *non luxuriæ causa accipio sororem meam vxorem.* Præterea quod inusitatum fuerit, vt frater sororem acciperet in vxorem, euincit historia Thamar, & Amon 2. *Reg.* 13. Nec obstat, quod illa turbata dixerit: *Pete à Rege, & non negabit me tibi.* Nam illud repentè illi occurrit effugium, vt impetum eius retardaret, sperans eo modo incestum euitare. 4

Patet igitur, primum consanguinitatis gradum tam in recta, quàm in transuersali linea iure naturæ vetari. Similiter primum affinitatis gradum in linea recta priuigni cum nouerca, vitrici cum priuigna, generi cum socru, atque soceri cum nuru. Ideòque contra facientes morte mulctantur *Leuit.* 20. Ruben. propter agnitam Patris concubinam primogenitura caruit. Apostolus nec inter gentes audiri scribit, quod nouerca quis abutatur, 1. *Cor.* 1. Hinc Antonius Caracalla notatur, quod à Iulia nouerca non abstinuerit. Adonias morte punitus fuit, quia Abisag petiit in vxorem 3. *Reg.* 2. 5

Cæterum primus affinitatis gradus in linea transuersa minimè iure naturæ prohibitus est. Nam lex Moysis. *Deuter.* 25. permittit coniugium cum vxore fratris defuncti, sicuti & cum sorore vxoris defunctæ. Et in hoc gradu per Ecclesiam sæpius dispensatum esse legimus, vt habetur *cap. fin. de diuort.* Alexander VI. cum Catherina Arthuri Principis Vualliæ coniuge dispensauit, vt defuncto marito Henricum VIII. acciperet anno 1509. Primus ergo affinitatis gradus in linea transuersa, & secundus, ac tertius quoque gradus consanguinitatis in eadem transuersa linea non iure naturæ, sed Mosayco Iudæis vetabantur. Siquidem Iacob vir Sanctus duas sorores in vxores accepit, *Genes.* 29. & Iudas vxorem filii defuncti alteri suo filio tradidit, *Genes.* 38. & Am- 6

Amrani Iochabed amitam suam vxorem habuit *Exod.* 6. & *Num.* 26. Hi tamen gradus posteà sunt Iudæis prohibiti non sub mortis pœna, sed tantùm sterilitatis, quia non iuri naturæ, sed positiuo mosayco repugnaret in illis gradibus coniungi, *Leuit.* 18. & 20. Cum ergo hi gradus vsque ad quartum tantùm iure Ecclesiastico nunc prohibeantur, ex causa in eis dispensari potest iuxta Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 5. *de reform.* & *can.* 3.

7 In omnibus porrò impedimentis matrimonij Ecclesiastico iure, vel christiani populi more constitutis, Romanus Pontifex dispensare potest, ad cuius tribunal, & iudicium matrimoniales causæ pertinent, puta de Sacramenti partibus, de Sacerdotali benedictione, de cognationis gradibus, de diuortijs, de impedimentis contractus; nam hæc omnia ad res conscientiæ, ac spirituales spectant. Non enim apud Christianos contractus legitimus matrimonii à sacramento matrimonij separatur. De Sacramentis autem, rebusque conscientiæ, quæ ex legibus diuinis pendent, iudicare Pastorum Ecclesiæ est, quorum Summus est Romanus Pontifex Christi Vicarius, qui diuortij, & repudij causam non ad politicum Magistratum remisit, sed ipse iudicauit, *Matth.* 5. & 19. Similiter & Apostolus de coniugijs leges tulit, 1. *Cor.* 7. semperque vsu in Ecclesia recepto da causis matrimonialibus non Reges, sed Pontifices consulti sunt, vt meritò Concilio Tridentino anathema dictum sit eis, qui asseruerint causas Matrimoniales ad Iudices Ecclesiasticos minimè pertinere, *sess.* 24. *can.* 12. Attamen causæ matrimoniales, merè politicæ, quales sunt de dotibus, de successione, de hæreditatibus politico Magistratui subsunt; mixtæ verò eidem quoque subsunt cum subordinatione tamen ad Ecclesiasticum Iudicem, ita vt si lex ciuilis Ecclesiasticæ aduersetur, eidem cedere debeat, prout in Iustiniani lege consobrinorum permittente coniugia euenisse conspicimus, quam D. Gregorius *in Epist. ad Augustinum* Anglorum Episcopum reiecit, vniuersa comprobante Ecclesia.

8 Quod verò ad causas dispensandi attinet, huius instituti non est disputare de impedimentis dirimentibus matrimonia, sed simpliciter exponere praxim Datariæ Apostolicæ in concedendo dispensationes ad commoditatem eorum, qui solent committere tales dispensationes in Curia, ne cogantur, sicuti sæpè euenit, differre consecutionem dispensationem propter defectum sufficientis instructionis; qui igitur voluerit impedimentorum plenam cognitionem habere, multos & varios Authores graues consulere poterit, qui de illis scripserunt, & inter alios doctissimos Thomam Sanchez, & Poncium de Leone. Ideò supposita sufficienti notitia impedimentorum dirimentium, super quibus peti solet dispensatio ad effectum contrahendi matrimonium inter personas, quæ aliàs de iure prohibentur simpliciter, narrantur hic genera impedimentorum, in quibus Summus Pontifex solet dispensare, omissis reliquis de iure diuino, aut strictiori iure canonico inductis.

9 De impedimento Voti solemnis, & Ordinis, cum sit indispensabile ex praxi, nihil dicendum. Minùs etiam de linea ascendenti, vel descendenti tam in consanguinitate, quàm in affinitate. Multò minùs de impedimento naturali.

10 Impedimenta igitur, de quibus hic agendum est, sunt cognationis carnalis, quæ dicitur consanguinitas in linea transuersali, impedimentum affinitatis, cognationis spiritualis, siue compaternitatis, prouenientis tam ex Sacramento baptismi, quàm chrismatis, siue confirmationis; impedimentum publicæ honestatis propter contracta sponsalia cum sorore illius, quæ prætenditur duci in vxorem, vel è contra, aut cum matre, vel filia, impedimentum criminis, siue neutro machinante, siue altero tantùm, aut vtroque, aut propter aliquod rescriptum Papæ in aliqua præcedenti dispensatione, in qua reddidit virum, aut mulierem inhabilem ad aliud matrimonium contrahendum, & hoc impedimentum venit in Romana Curia, subscripta *clausula superueniens*, de quo Sanchez *lib.* 2. *disp.* 1. *n.* 8.

11 Sæpiùs in eadem dispensatione occurrit multiplicatio gradum propter diuersas prouenientias, seu varios stipites, ex quibus contrahentes proueniunt, & nonnumquam notæ transmittuntur ad Curiam sub multis obscuritatibus, & æquiuocis, quæ non possunt explicari, ac resolui ab Expeditoribus, qui coguntur differre negotium vsque ad dilucidationem expectandam de partibus, aut expedire cum periculo grauium errorum, & expensarum notabili detrimento, ideò visum est opportunum monere, vt in similibus casibus conficiantur arbores scalarum prouenientiarum, & transmittantur ad Curiam, vbi possint examinari à peritis.

Dispensationes autem matrimoniales, aliæ vocantur de maiori, & aliæ de minori. Primæ expediuntur per Cancellariam, & taxam soluunt Officialibus, prout materiæ beneficiales, Secundæ expediuntur per Pœnitentiariam publicam, siue vt vocant per Officium minoris gratiæ. Dignoscitur autem differentia istarum matrimonialium hoc modo, quando in aliqua dispensatione, siue impedimentum sit vnius tantùm gradus, siue plurium, quotiescunque reperitur impedimentum aliquod in tertio gradu, siue consanguinitatis, siue affinitatis, dispensationes tales vocantur de maiori, etiamsi cum tali impedimento tertij gradus veniant alia impedimenta, siue inferiora, siue paria, siue superiora. 12

Dispensationes super impedimento cognationis spiritualis, siue impedimentum sit ex baptismo, siue ex Sacramento confirmationis sunt dispensationes de maiori. 13

Dispensationes in secundo gradu, aut in primo, & secundo non expediuntur per Cancellariam, sed per Breue. 14

Super impedimentis publicæ honestatis, & criminis, aut inhabilitatis ex rescripto, dispensationes expediuntur per officium minoris gratiæ, nisi forsan concurrat aliud impedimentum, cuius dispensatio veniat expedienda de maiori gratia, velut si supplicantes essent in tertio gradu coniuncti, vel affines, & vlterius indigerent dispensatione super impedimento publicæ honestatis, quo in casu expeditio talis gratiæ fiet de maiori, sicuti etiam in reliquis casibus, vt dictum est superiùs. 15

Super impedimento inhabilitatis inductæ à Summo Pontifice in aliquo præcedenti rescripto solet dari dispensatio sine alicuius causæ expressione, & talis dispensatio vocatur *clausula superueniens*, quæ expeditur de minori, & expensæ fiunt, sicut notantur in tariffa sub *clausula superueniens*. 16

Expensæ, quæ fiunt in expeditionibus dispensationum maioris gratiæ variantur secundùm qualitatem, & quantitatem impedimentorum, secundùm quas taxantur Bullæ in bancis scriptorum. 17

Apostolicorum, & deinde secundum dictam taxam regulantur ab alijs Officialibus, participantibus de taxis. Et quamuis multæ producantur Tariffæ, solet tamen ab Expeditoribus formari computum, sicut in beneficialibus. Quod quidem esset superfluum in expeditionibus de maiori, quæ authoritate Illustrissimorum Regentium Cancellariæ reperiuntur taxatæ in Tariffis publicis, & secundùm illas Procuratores minoris gratiæ exigunt expensas, quas excedere non possunt ex Constitutione B. Pij V. super reformatione Pœnitentiariæ Apostolicæ. Erit tamen aduertendum, quod in illis Tariffis non comprehenditur procuratio, siue, vt aiunt, agentia, neque expensæ literarum cambijs, & aliarum similium rerum. Operæ pretium igitur erit distinguere & narrare causas, propter quas Summi Pontifices consueuerunt dispensare super his impedimentis, & illarum formam, si non præcisis verbis, saltem substantiam enarrare, prout hisce temporibus admittuntur, & limitantur in dataria cum clausularum rescriptis, quas restrictiuas vocant. 18

Ob angustiam. Causa ob angustiam plurimùm vulgaris est in dispensationibus matrimonialibus, & solet allegari hoc modo. Quod mulier contrahens in loco, in quo ipsa, & vir contrahens orti sunt propter illius angustiam virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, inuenire nequit. Si siue- 19

fuerint ex duobus locis debet afferi angustia cum clausula etiam de vno ad alium se transferendo. Notandumque quod verba illa *sibi non consanguineum*, *vel affinem* reticentur, vbi impedimentum non est solius quarti gradus, aut tertij, & quarti à communi stipite prouenientis; quia cum sint plures gradus, forsan posset reperire virum consanguineum in inferiori gradu, quàm in allegatis; verbi gratia, si impedimentum sit duplicis quarti gradus, facilè posset reperire virum consanguineum in vno solo quarto gradu, qui tamen sibi non esset æqualis conditionis. Aduertendum tamen, quod quando impedimentum est tertij gradus, manente adhuc distantia secundi gradus, &, vt vocant in secundo, & tertio à communi stipite, causa ob angustiam non admittitur, nisi illi superaddatur clausula, quod si extra eorum locum, vel loca originis huiusmodi nubere cogeretur, dos, quam ipsa habet, non esset competens, aut cum ea virum paris conditionis, cui nubere posset, inuenire non valeret. Si tamen in isto casu clausula huiusmodi non placet, illius loco apponatur qualitas supplicantium, videlicet si sint nobiles, vel saltem & honestis familijs, excusatur dicta clausula, *& si extra &c.* augentur tamen expensæ, prout notatur in Tariffa. Ita tandem debet intelligi angustia locorum, vt non comprehendantur Ciuitates, quæ sunt insignitæ Episcopali dignitate, nisi aliquæ in Italia, & Dalmatia, quæ non excedunt 300. focularia. Et quia id rarò euenit, & multa requiruntur ad hoc, vt dicta angustia admittatur à Dataria, visum fuit sufficiens, si hoc insinuetur.

20 *Propter dotis incompetentiam*. Alia admittitur causa, videlicet, quando mulier non habet dotem competentem, cum qua virum paris conditionis, cui nubere possit, inuenire nequit, & illa causa solet simpliciter admitti in dispensationibus minoris gratiæ, sed in dispensationibus de maiori huiusmodi causæ superadditur, quod vir contrahens teneatur dotare mulierem vsque ad quantitatem secundùm dictæ mulieris qualitatem competentem. Etsi partes institerint, poterint etiam addi in dispensatione minoris gratiæ, sed ad dictum dotis augmentum non coguntur; augmentum tamen dotis potest fieri ab alio, quàm viro contrahente, dummodò tamen ille tertius augens dotem, vel dotans ex integro, aliunde ad id non sit obligatus ad dotandum mulierem, siue ex integro, siue ex solo augmento.

21 *Pro indotata*. Causa pro indotata in omnibus gradibus solet exprimi, vt sequitur: quod dum ipsa mulier indotata existat, nec habeat actionem, vndè dotari possit, & vir contrahens illam sic indotatam in vxorem ducere, & illam ex integro dotare intendat; quod obseruatur in omnibus impedimentis etiam simplicis quarti. Sed huiusmodi causa parum in vsu, quia difficilis probationis, & vt plurimùm resoluitur in causam propter dotem, quæ est magis familiaris.

22 *Propter ætatem*. Ætas enim mulieris solet admitti pro causa, videlicet in dispensationibus minoris gratiæ, si mulier sit ætatis 24. annorum, & in dispensationibus de maiori, si attigerit 25. Sed causa ista non valet, quando mulier iam alteri nupsit, & solet exprimi sub verbis, quod mulier 24. vel 25. annum agens hactenus virum paris conditionis, cui nubere posset, non inuenit.

23 *Propter inimicitias*. Admittitur etiam causa ad componendas inimicitias inter parentes, vel consanguineos, aut affines contrahentium, quæ sint graues, & sint aliundè ortæ, quàm ex causa contrahendi matrimonij inter supplicantes, & sub rescripto facta prius inimicitiarum huiusmodi compositione.

24 *Ad componendas lites*. Causa ad componendas lites solet exprimi, vt sequitur: quod cum inter contrahentium parentes, consanguineos, vel affines graues lites, & controuersiæ super rebus magni momenti ortæ sint, & de præsenti vigeant, aliundè tamen, quàm ex causa matrimonij inter supplicantes contrahendi prouenientes, & ante illius contractum exortæ, & certum sit, quod si supplicantes inuicem matrimonio copularentur, lites huiusmodi extinguerentur, vbi Dataria rescribit, *& facta prius litium compositione*.

25 *Propter hæresim*. In multis Germaniæ, & Belgij partibus, & aliquibus locis admittitur causa propter hæresim subsequentibus verbis; quod cum supplicantes sint orthodoxæ fidei cultores, & Deo dante sub obedientia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ viuant, viuereque, & mori intendant, & in illis partibus, in quibus multis adsunt hæretici, difficile sit singulorum animos explorare, & qui Catholicam fidem profiteantur internoscere, & ne contingat illos cum hæreticis contrahere &c. & dummodò contrahentes sint orthodoxæ fidei cultores, & sub obedientia S.R.E. viuant, viuereque, & mori intendant.

Ad euitanda scandala. Hæc causa non admittitur, nisi etiam petatur absolutio, aut propter incestum admissum, aut propter suspicionem incestus admissi inter partes. Propter incestum videlicet, quando supplicantes, non tamen data opera, aut non sub spe faciliùs habendi dispensationem carnaliter se cognouerunt. Propter suspicionem incestus, quando supplicantes in simul conuersati sunt, & ex conuersatione orta sit suspicio, quod se carnaliter cognouerint, & ideò, nisi matrimonium inter illas non contraheretur, mulier remaneret diffamata, & innupta. In gradibus verò secundo, aut primo, & tertio non sufficit simpliciter, quod orta sit suspicio, sed illa debet esse grauis, neque sufficit, quod scandala timeantur, sed illa etiam debent timeri grauia. Immò pro miserabilibus solet etiam addi, quod nisi matrimonium contraheretur, supplicantibus vitæ periculum immineret. Dispensationes cum absolutione, & cum supradicta causa petuntur, aut pro diuitibus, aut pro miserabilibus. Pro diuitibus soluitur compositio, & expensæ fiunt, prout notantur in Tarriffa. Pro miserabilibus verò nulla soluitur compositio, sed tantùm certa regalia pro officialibus, & ideò debet venire fides subscripta ab Ordinario loci, qui sit Episcopus, vel eius officialis, aut Vicarius, aut, Sede Episcopali vacante, officialis, siue Vicarius à Capitulo deputatus, & in aliquibus locis, quæ sunt nullius diæcesis subscribatur ab Abbatibus, seu Prioribus, qui habent facultatem à Sede Apostolica exequendi dispensationes, & in tali fide paupertatis debet asseri, supplicantes esse pauperes, & miserabiles, illosque ex suis labore, & industria tantùm viuere. In alijs verò locis nullius diæcesis, quæ non dependent ab Abbatibus, seu Prioribus, habentibus supradictam facultatem, talis fides paupertatis debet fieri ab Ordinario viciniori. Euenit etiam aliquando, vt incestus sit emendicatus, & consultò, siue data opera ad effectum faciliùs consequendi dispensationem; quo casu dispensatio conceditur cum maiori difficultate propter talem malitiam, & imponitur pœnitentia grauior. Aliquando etiam euenit, vt partes ipsæ ex ignorantia facti contrahant matrimonium in aliquo gradu prohibito, in quo casu duo restant consideranda, quia si partes, habita notitia talis impedimenti, matrimonium ipsum aliàs fuerit canonicè celebratum, nulla indiget absolutione, sed simplici tantum dispensatione, cuius expensæ limitantur iuxta alias dispensationes, quæ expediuntur propter angustiam, vel propter dotis incompetentiam &c. prout tales expensas fecissent, si ante contractum matrimonium supplicauerint pro tali dispensatione. Sed, si habita notitia dicti impedimenti dirimentis, nihilominùs partes ipsæ perstiterunt in copula carnali, iam facti sunt rei incestus, cum sit extra ignorantiam facti, & ideò petenda erit absolutio, & in hoc casu omnia regulantur sicut in dispensationibus cum absolutione iuxta tat issam. 26

Item quia talis perseuerantia aliquando est omninò secreta, & partes nolunt illam deduci ad forum contentiosum, tunc solent exponere in dispensationes per Datariam, quod, habita notitia impedimenti, abstinuerunt à copula, & deinde petunt remedium suum in pœnitentia quoad forum internum. Et ratio est, quia nemo tenetur detegere culpam suam. Nonnunquam etiam accedit, vt sponsa fuerit rapta, & quia secundùm decreta S. Concilij Tridentini inter raptorem, & raptam matrimonium nullo modo consistere potest, quandiù rapta in raptoris potestate reperitur, in tali casu prius de mandato Ordinarij loci mulier debet separari, & in loco tu- 27

to,

to, ac libero constitui, & consentire futuro matrimonio cum raptore. Et si matrimonium fuerit clandestinè contractuum, omnia obseruantur, prout in adducta causa *ad euitanda*, nisi quod aggrauantur pœnitentia, aut salutari, aut publica.

28 Conceduntur etiam dispensationes sine aliqua causæ expressione, quæ vocantur sine causa, & fiunt expensæ iuxta Tariffam, prout adnotantur, nisi tamen in gradibus primo, & secundo, vel in secundo. Aliquando etiam admittuntur aliæ causæ, videlicet pro conseruatione bonorum in familia, pro confirmatione pacis, aut aliæ arbitrio Pontificis Summi, & potissimum in gradibus strictioribus. Sed quia nulla hucusque data est regula, & rarò admittuntur, nihil vlteriùs de illis dicendum videtur.

29 Prætereà aduertendum, quod nullæ expediuntur dispensationes in forma pauperum, ac miserabilium, nisi quando requiritur absolutio propter incestum commissum, aut suspicionem copulæ inter partes, & tunc contrahentibus imponitur pęnitentia publica, quæ alios deterreat à similibus committendis, vltra quam etiam solet imponi alia pœnitentia, videlicet, quod vit contrahens operam suam conferat fabricæ, aut in aliud seruitium alicuius Ecclesiæ, vel loci pij per aliquot menses secundum impedimenti qualitatem. Et hoc obseruatur in dispensationibus in Italia, & in Hispanijs. Nonnunquam etiam contingit in dispensationibus compaternitatum, aut primi gradus publicæ honestatis, & aliquando in alijs impedimentis, vt partes habeant copulam scienter, siquidem se suscepisse prolem alteriùs contrahentis, vel Confirmatione, sed quia existimabant exinde non prouenisse aliquod impedimentum, quominus possent matrimonialiter copulari, in isto casu erit aduertendum, quod talis existimatio vti erronea ex ignorantia iuris, illis non suffragatur, sed petenda est absolutio, & expeditio fieri debet cum causa propter scandala, & regulantur expensæ iuxta Tariffam cum absolutione.

30 Vlteriùs erit notandum, quod licèt S. Concilium Tridentinum, & subindè B. Pius V. in sua Constitutione, quæ incipit, *Illius vicem* limitatæ sint personæ, ad quas extenditur impedimentum cognationis spiritualis, magna tamen fit differentia in Curia Romana inter quas personas de dicta cognatione spirituali petatur dispensatio; quia inter baptizantem, & baptizatum, seu baptizatam, aut inter leuantem, & leuatam tale impedimentum non vocatur simpliciter confraternitas, sed filiatio spiritualis, cuius causæ, & expensæ regulantur secundùm causas, & expensas in primo, & secundo consanguinitatis, vel affinitatis, quæ, vt plurimum, pendet ex arbitrio Datariæ.

31 In omnibus autem dispensationibus matrimonialibus quoad compositionem, vel aliàs expensas nulla habetur ratio super quo genere sit impedimentum, videlicet consanguinitatis, vel affinitatis, siue sit partim consanguinitatis, & partim affinitatis. In dispensationibus super impedimento cognationis spiritualis, videlicet compaternitatis debet explicari prouenientia impedimenti, videlicèt si vir suscepit vnum, vel plures liberos mulieris ex alio viro, vel etiam ex ipso susceptos, vel è contra de muliere, & si hoc euenit in baptismo, aut confirmatione. Similes etiam prouenientiæ declarari debent, quando impedimentum prouenit ex actu fornicario, quod impedimentum non extenditur vltra primum, & secundum gradum. Idem etiam erit obseruandum in impedimento criminis, siue mors alteriùs coniugati euenit neutro supplicantium machinante, siue altero, siue vtroque, explicanda erit specificè, vnde proueniat impedimentum, & si altero, vel vtroque machinante mors coniugis alteriùs supplicantis euenit, gratia erit valdè difficilis; quod si impedimentum criminis sit occultum, & partes nolint illud publicare, tunc dispensatio solet expediri per Pœnitentiariam, secretam, commissa Confessario graduato, & ab Ordinario loci approbato.

In dispensationibus super impedimento publicæ honestatis deducenda erit similiter prouenientia impedimenti quomodo euenerit, ex qua ratione sponsalia, quæ induxerant impedimentum, fuerint dissoluta, aut de consensu, aut per mortem. Euenit aliquando, vt sponsalia fuerint contracta inter vnum ex supplicantibus, & aliquem consanguineum, vel affinem alterius supplicantis in primo gradu. Quo casu aduertendum est, quod si illis dispensati impediebantur aliquo impedimento dirimenti, talia sponsalia contracta sine dispensatione fuerunt irrita, & ideo nullum inductum impedimentum; Si fuerit obtenta dispensatio Apostolica inter dispensatos per verba de futuro, & illa fuerit executioni demandata, & per consequens sublatum impedimentum, quo tales dispensati tenebantur, tunc sponsalia fuerunt valida, & inductum impedimentum publicæ honestatis inter supplicantes; ideoque diligenter erit aduertendum in similibus casibus, vtrum fuerit obtenta aliqua dispensatio inter dispensatos, & narretur illius status & executio affirmatiuè, vel negatiuè, ne committatur error aliquis in noua dispensatione. Præterea erit etiam necessarium aduertere, & monere quando fuerint disoluta sponsalia, quæ præcesserunt inter vnum ex contrahentibus, & consanguineum alterius, videlicet si de consensu, aut per mortem.

Executio verò dispensationum Apostolicarum, nisi 32
forsan dispensatio sit inter Reges, aut alios Principes supremæ authoritatis, committitur Ordinario loci, idest Episcopo, seu eius Vicario, aut Officiali, neque illas solet Papa committere officiali Capitulari, sed Ordinario Viciniori, attenta vacatione Sedis Episcopalis loci. Quia tamen Dataria non est adstricta legibus communibus, aliquando se accommodat rerum & temporum qualitatibus, ideòque posttemis illis temporibus habita ratione bellicorum tumultuum pluribus in locis, vbi asseritur non tutus accessus ad Ordinarium supplicantium, tales dispensationes committit Ordinario viciniori, ad quem sit liber accessus. Et licet Dataria nonnunquam soleat rescribere officiali Capitulari, & ad hunc effectum, & per decretum Apostolicum registratum in quinterno Cancellariæ Apostolicæ tempore fel. rec. Vrbani VIII. fuerit ordinatum Abbreuiatoribus de Maiori Parco, & alijs, ad quos spectat, vt in omnibus commissionibus super executione gratiarum tam beneficialium, quàm dispensationum matrimonialium rescribetur sub his verbis: *Dilecto filio officiali, vel Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi N.* ad exclusionem Vicarii, vel officialis Capitularis, nouissimè tamen fuit introductum per tolerantiam, vt Cancellaria rescribat simpliciter. *Dilecto filio officiali N.* omissis illis verbis venerabilis fratris nostri, cuius rescripti vigore nonnulli Officiales, seu Vicarij Capitulares procedunt ad executionem huiusmodi rescriptorum. Viderint tamen ipsi, an validè, præsertim cùm magna inter Authores desuper habeatur disceptatio. Quando verò contrahentes viuunt non in sua, sed in aliena diœcesi iam ab anno, & vltra, erit liberum ipsis contrahentibus, vt eorum dispensatio committatur Ordinario diæcesis, in qua commorantur; immò quando sunt miserabiles ambo contrahentes, admittitur etiam fides paupertatis facta ab Ordinario, in cuius diæcesi ab anno & vltra viuunt. Si vir fuerit vnius diæcesis, & mulier alterius, dispensatio committitur Ordinario mulieris, nisi forsan sedes vacet, aut non sit tutus accessus, vel oratrix extra suam diæcesim iam ab anno, & vltra viuat, siue commoratur. In Insula Erice propter magnam distantiam à continente, & quia in ea nullus est Episcopus, executio dispensationum Apostolicarum solet comitti officiali Tarraconensi in dicta Insula deputato. Possunt etiam contingere alii casus, in quibus Dataria rescribit alteri, quàm proprio Ordinario, sed rarissimè.

Quando verò dispensationes matrimoniales reperiun- 33
tur in totum expeditæ, & commissæ suis Ordinariis, à quibus non potest haberi executio, vel quia Sedes Episcopalis iam vacat, aut ad proprium Ordinarium tutus non patet accessus, vel quia Ordinarius, debitè requisitus, denegat executionem Bullarum, petitur per speciale rescriptum, siue per nouam Bullam committitur executio talis dispensationis Ordinario viciniori, qui ad illius executionem procedat perinde ac si à principio illi

com-

commiſſa fuiſſet, & hic modus eſſet valdè tutior, quàm petere executionem ab Ordinario Capitulari.

34 Licèt quoque iuxta diſpoſitionem iuris Canonici impedimenta conſanguinitatis, & affinitatis computentur à gradu remotiori, nihilominùs in diſpenſationibus matrimonialibus pro diuerſis gradibus conſanguinitatis, ſeu affinitatis ex eodem ſtipite prouenientibus, non ſolùm remotioris, ſed etiam propinquioris gradus expreſſa mentio fieri debet iuxta Conſtitutionem Pij IV. quæ incipit, *Sanctiſſimus*, & expreſſio propinquioris gradus huiuſmodi vocatur diſtantia, quæ non eſt impedimentum, ſed tamen iuxta eandem Extrauagantem indiget declaratoria, quæ exprimitur in ſingulis diſpenſationibus ſub his verbis: *Diſtantiam verò tertij, vel ſecundi gradus huiuſmodi non obſtare declares*. Excipiendus tamen primus gradus conſanguinitatis, vel affinitatis, quando videlicet contrahentes ſunt coniuncti, vel ſe attinent in primo, & ſecundo conſanguinitatis, vel affinitatis, in quibus gradibus tam propinquior, quàm proximior gradus faciunt impedimentum, & non diſtantiam.

35 Si verò fuerit commiſſus aliquis error in diſpenſationibus, ſolet corrigi ab Illuſtriſſimo D. Regente, ſi talis error ſit ſubſtantialis, & habeatur Bulla ipſa originalis; ſed ſi error occurrat in nomine, vel in aliquo gradu omiſſo, aut alia re ſubſtantiali, ſi ſupplicatio ſit regiſtrata, & Bullæ nondum regiſtratæ, ſolet fieri reformatio per nouam ſupplicationem cum inſertione ſupplicationis primæ, cuius vigore Cancellaria expedit gratiam ſub data vltimæ ſupplicationis, ſiue reformationis; ſi verò Bullæ ſint in totum expeditæ, tunc ſolet expediri noua gratia *Perinde valere*, in quo Papa ſupplet defectum primæ gratiæ. Sed quia talis materia infinitos complectitur ferè caſus, quos impoſſibile eſſet per ſingula capita exponere, & reſoluere, ſatis viſum fuit inſinuare remedium adhibendum à perito ſolicitatore.

36 Impedimenta autem dirimentia ſunt.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis,
Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis,
Raptaue ſit mulier, nec parti reddita tutæ
Hæc ſocianda vetant connubia, facta retractant.

37 Priora duodecim à pluribus Iurepetitis referuntur, duo verò poſteriora refert S. Concilium Tridentinum, nempè quando clandeſtinè, & quando vir mulierem rapuit. Ex duodecim tria correxit S. Concilium Tridentinum. Nam primò quoad impedimentum ex cognatione ſpirituali proueniens vltra diſpoſita *in tit. de cognat. ſpirit. in 6. ſeſſ. 24. cap. 2.* & per Conſtitutionem etiam B. Pij V. corriguntur tria ſupradicta, & per eam ſeſſionem, & Conſtitutionem declaratur impedimentum cognationis ſpiritualis ſuſcipientes, & ſuſceptum, ſuſceptique parentes, ac baptizantes, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem non egredi. Idem de confirmatione intelligendum; quoad impedimentum publicæ honeſtatis vltra *cap. Sponſam, de ſponſ. in 6.* vide S. Concilium Trid. *d. ſeſſ. 24. cap. 3.* & Conſtitutionem B. Pij V. quoad impedimentum ex fornicatione proueniens, aliàs ad quartum, hodiè ad ſecundum tantùm gradum extenditur *ex d. ſeſſ. 24. cap. 4.*

38 Quod verò impedimenta dirimentia eſſentiæ matrimonij aduerſentur, ad cuius veritatem liber conſenſus perſonarum legitimarum exteriori ſigno expreſſus requiritur, facilè intelliget, qui animaduertit, ignorantiam, & coactionem reddere conſenſum inuoluntarium, non liberum, neque deliberatum. Vndè qui circa perſonam errat, in eam non conſentit. Similiter qui circa perſonæ conditionem errat, non cenſetur liberam ſui corporis poteſtatem ei tradere, qui viciſſim liberè tradere nequit. Vndè pueri, furioſi, & amentes validè contrahere nequeant, quia vſu liberi arbitrij deſtituuntur. Ad coactionem pertinent vis, & metus, quæ libertatem conſenſus quoque impediunt. Reliqua impedimenta dirimentia ex parte contrahentium perſonarum ſumuntur, quorum aliquam perſonam omninò inhabilem ad contrahendum reddunt, & ſunt vel naturalia, vt frigiditas, & perpetua coeundi impotentia, ſiue innata, ſiue maleficio procurata; vel ſunt voluntaria, vt ſolemne votum continentiæ, ordo ſacer, vinculum matrimonij. Nonnulla verò impedimenta non abſolutè hominem ad contrahendum matrimonium inhabilem reddunt, ſed reſpectu ſolùm certæ perſonæ, vt crimen adulterij mixti, homicidium in ordine ad futurum matrimonium, cultus diſparitas, cognatio, ſiue naturalis, ſiue ſpiritualis, ſiue legalis, qualis eſt affinitas.

39 Circa primum impedimentum dirimens notandum eſt, quod error perſonæ tollat conſenſum, non error qualitatis, an diues, pulcra, nobilis &c. niſi cadat in conſenſum.

40 Circa ſecundum ſeruilis conditio alteri ignota tollit conſenſum, non autem præcognita, *c. vlt. de coniug. ſeruor.*

41 Circa tertium votum triplicis eſt generis. Solemne per profeſſionem in approbata Religione, vel per ſuſceptionem Sacri Ordinis, vel per emiſſum in Societate Ieſu poſt biennium. Hoc impedimentum iure conſtat Eccleſiaſtico, quo matrimonium poſteà attentatum ſit inualidum, & nullum, vt à Concilio Trid. definitum eſt *ſeſſ. 24. can. 9.*

42 Circa quartum ſciendum eſt, cognationem eſſe triplicem, naturalem, ſpiritualem, & legalem. Naturalis eſt propinquitas per carnalem propagationem contracta duarum perſonarum, quarum vna eſt ex altera, vel ambæ ex eadem promanant, & reddit hæc propinquitas inualidum coniugium vſque ad quartum gradum incluſiuè, vt patet *ex c. Non debet, extr. de conſang. & affin.* Olim verò ante Concilium Lateranenſe vſque ad ſeptimum gradum impediebat, vt conſtat 35. q. 3. *cap. Ad ſedem.* Coniuncti paterno ſanguine, *agnati* vocantur, materno autem *cognati*, & hi omnes *conſanguinei* appellantur. In eo autem conſanguinitas ab affinitate diſtinguitur, quod conſanguinitas eorum ſit vinculum, qui ab vno per ſanguinis participationem deſcendunt. Affinitas verò eorum eſt, qui non per propagationem, ſed per vnionem duorum in carnem vnam coniunguntur. Vndè conſanguinei vnius coniugis efficiuntur affines alterius, non autem conſanguinei eiuſdem. Et quidem affines ſunt in eo gradu alteri coniugum, in quo ſunt conſanguinei vni. Eſt autem conſanguinitatis gradus diſtantia maior, vel minor vnius perſonæ ab altera ſecundum conſanguinitatis lineam. Eſt autem linea hæc duplex, ſcilicet recta inter eos, quorum vnus eſt ab altero mediatè, vel immediatè, & tranſuerſalis inter eos; quorum neuter ab altero, ſed vterque à tertio vel immediatè deſcendit, vt fratres; vel mediatè, vt patrueles, & conſobrini.

43 Vt autem conſtet, quarto gradu conſanguinitatis vna perſona diſtet ab alia, tres regulæ obſeruandæ ſunt. Prima eſt. In linea recta tot gradus numerandi ſunt, quot numerantur perſonæ, omiſſo ſtipite. Secunda. In linea tranſuerſali æquali, in eodem gradu conſanguinei diſtant à ſe, quo eorum quilibet ſecundùm lineam rectam diſtat à ſtipite. Itaque fratres, conſanguinei ſunt in linea tranſuerſali in primo gradu, qui illorum quilibet in linea recta diſtat à ſtipite vno gradu, conſobrini duobus. Tertia regula; qui ſunt in linea tranſuerſali, gradu inæquali, eo gradu inter ſe diſtant, quo remotiſſimus illorum ſecundùm lineam rectam diſtat à ſtipite. Itaque patruus, & nepos diſtant in ſecundo gradu.

44 Sciendum tamen eſt, in linea tranſuerſali gradus aliter numerari à iure Ciuili, aliter in iure Canonico. Ius enim ciuile perſonarum numerum reſpicit. Ius autem Canonicum diſtantiam à ſtipite, vt docet Alex. *d. cap. Ad Sedem q. 5.* & Canoniſtæ ad *c. Quod dilectio, de conſangu. & affin. & cap. fin. eod.* Ratio autem Canonicæ ſupputationis eſt, quia perſonæ in ordine tranſuerſo non coniunguntur, niſi ratione ſtipitis, à quo procedunt. Vndè inter ſe magis, aut minùs diſtare nequeunt, quàm à ſtipite, cum eo gradu inter ſe coniungantur, vel diſtent, quo ſtipiti vniuntur, vel ab eo diſtant. Hinc idem gradus eſt patrui, & filij fratris, qui eſt duorum patruelium. Siquidem non minùs diſtat filius patris à patruo, quam ab auo, in quo vterque coniungitur, ſicuti patrueles in auo ſuo coniunguntur, à quo diſtant ſecundo gradu.

45 Si quis interroget, cur graduum ſupputatio non ſe in infinitum extendat, ſed certo graduum numero terminetur? Reſpondeo, virtutem paternam in filium traductam,

ctam,

ctam, per quam similis ei redditus, non solùm in specie, sed etiam in iodiuiduo, complexione, moribus, colore, lineamentis, ob quæ peculiaris inter consanguineos affectio nascitur, paulatim diminui, tandemque post aliquot generationes euanescere, quod post quartam generationem fieri plerumque solet. Ideò legislatores certum graduum numerum consaoguinitati præfixerunt. Moyses quidem io *Leuit.* 18. duos gradus in recta linea prohibuit, cooiugium scilicèt patris cum filia, & cum nepte, & matris cum filio, & nepote. In transuersa verò prohibuit coniugium fratris cum sorore, siue ex vno, siue ex vtroque parente, & nepotis cum amita, vel matertera; non tamen prohibuit coniugium patrui, vel auunculi cum filia fratris, aut sororis.

46 Quod ad affinitatem verò io rectò ordine prohibuit coniugium filij cum nouerca, & patris cum nuru, & cum priuigna, vel eius filia. In ordine autem transuersali prohibuit coniugium, cum vaore fratris, & cum sorore vxoris viuentis, & cum vxore patrui, vbi duo gradus prohibiti reperiuntur tam in consanguinitate, quam in affinitate. Nam filia priuignæ est io secundo gradu cum Patre, & vxor patrui in secundo gradu cum nepote.

47 Quanquam verò lex Diuina hos paucos gradus matrimonia impedire constituerit, lex tamen ciuilis, & Ecclesiastica plures addiderunt, & quidem olim vsque ad septimum gradum, nunc verò vsque ad quartum tantùm prohibentur coniugia; quia enim matrimonium super contractu politico fundatur, qui secundùm tempora, & hominum conditiones mutatiooem admittit, simulque in naturæ officium, humanæque fragilitatis remedium institutum est, ideò Christus circa materiam huius Sacramenti in genere positam, Ecclesiæ potestatem dedit prohibendi, aut admittendi plures, aut pauciores gradus consanguinitatis, & affinitatis ad validè contrahendum, prout beneuolentiæ, amicitiisque multiplicandis ea pedire senserit.

48 Quia verò nunc hominum vita breuis est, nec vltra quartam generationem vulgò protenditur, ad amicitiam veluti reuocandam prohibitio iusta ratione ad quartum gradum restricta est, cum sufficiat ad reuerentiam consanguineis ea bibendam, & confœderationes dilatandas. Ob quas causas certos gradus fuisse vetitos constat, vt Augustinus docet *lib.* 15. *de Ciuit. cap.* 16. *&* 22. *& lib.* 22. *contra Faust.* 5. 33. Ambros. *ep.* 66. Gregor. *lib.* 12. *ep.* 31. & D. Thom. 2. 2. *q.* 154. *ar.* 9. Aristotel. *lib.* 2. *polit.* & Concil. Laterao. *c.* 50.

CONSVLTATIO XXIII.

De vagorum Matrimonio quoad statum liberum.

1 SAcrum Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 7. *de ref. matr.* ad vagorum matrimooium duo in Parochis requirit, nimitùm diligentem inquisitionem, & licentiam Ordinarij; quia cum causa, io qua probanda est libertas horum hominum vagantium, sit valdè ardua, nam, vt ait Concilium, vt improbi sunt ingenij, prima vaore relicta, aliam, & plerumque plures, illa viuente, diuersis in locis ducunt; quod est in magnum præiudicium Sacramenti Matrimonij, animarum, ac Reipublicæ Christianæ, ideò cautè admodum prouidendum est; quod fieri non potest, nisi præmissa diligenti inquisitione, ac licentia eiusmodi.

2 Verùm quoniam sæpè oumero contingebat ea negligentia vel Parochorum, vel Ordinariorum io hac re minorem cautelam adhibitam fuisse, quam Concilium euitandi polygamias expostulat, idcircò S. Congregatio Inquisitionis, ea perientiam dies edocta, instructionem edidit, in qua præcepit, & Concilio addit, quod si contrahentes siot vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fides Ordinariorum suorum esse liberos, & in alijs seruata forma Concilij Tridentini *d. cap.* 7. *sess.* 24. Id, quod olim etiam vsus obtinuerat, ne huiusmodi vagi, præsertim ignoti Matrimonio coniungerentur absque literis testimonialibus sui Ordinarij, vt refert Abb. aotiq. *in cap. fin. de clandest. de sponsat.* & ibi Io. Andr. *num.* 5. *ad fin.* Panorm. *nu.* 7. idem Io. Andr. *in cap. fin. num.* 2. *de eo, qui duxit in matr.* Greg. Lop. *lib.* 1. *tit.* 3. *p.* 4. Maouel. *tom.* 1. *sum. edit. secunda cap.* 219. *num.* 3. Segur. *in direct. Iudic. p.* 2. *cap.* 16. *num.* 28. *in fine.*

Quare censeo, seruandam esse Instructionem S. Inquisitionis, prout seruandam esse in huiusmodi casibus semper rescripsit S. Congregatio Concilii, præcipuè in Neapolitana 1666. in qua agebatur de Matrimooio concubinariorum forensium, in quibus minus est periculi, quàm in vagis. 3

CONSVLTATIO XXIV.

An dispensari possit cum Catholicis, eorumque familijs, vt in partibus hæreticorum possint pecunia sibi acquirere decimas Ecclesiasticas, ab ipsis hæreticis vsurpatas?

REspondeo, posse io hac specie cum catholicis, eorumque familiis super huiusmodi iure dispensari. Etenim, licèt laici sint incapaces iuris spiritualis, non sunt tamen incapaces fructuum decimarum, qui temporales sunt. Pontifex enim est supremus dispensator horum fructuum, ac proinde potest illos applicare cuicumque voluerit, si secundùm rectam, & conuenientem causam expedire iudicauerit, vt per Suarez *tom.* 1. *de Relig. cap.* 15. *num.* 3. In hoc autem casu iusta, atque expedieos videtur causa interuenire. Nam huiusmodi decimę hoc pacto deueniunt ad Catholicos cum euidenti Ecclesiæ vtilitate. 1

Atque ita cum Henrico Corcagensi in Hiberoia Vrbanus Octauus summus Pontifex dispensauit, vt bona Ecclesiastica ab hæreticis empta tuta conscientia retinere valeat cum clausulis tamen diuersis, vt videre est sub anno 1631. & cum alio dispensauit sub anno 1633. & cum alio 1639. Et Gregorius XV. sub die 7. sub Iulij 1622. cùm Hibernus petijsset secum dispensari, vt monasterium Ordinis Cisterciensis à Regibus Angliæ mediante notabili pecuniarum summa acquisitum, retinere possit, cum eo, ac eius successoribus dispensauit, vt illud retinere possint cum clausula durante tantùm schismate in illis partibus, ac interim tam ipse, quàm sui successores teneantur erogare eleemosynam Catholicis pauperibus iudicio Confessarij, meminerintque bona esse Ecclesiæ, & cum iuramento coram Ordinario promittant, se cessante schismate quoad dicta bona staturus iodicio Ecclesiæ. 2

Eadem dispensatio cum eisdem clausulis concessa fuit viro nobili, & Catholico hiberno sub die 19. Nouembris 1620. Eademque concessa nobili Bohemo, mandante Paulo V. scribi Nuncio Apostolico, vt adimpletis per dictum virum nobilem conditionibus oblatis eum io foro conscientiæ securum reddat, sed oretenus tantùm, nihil ei dando in scriptis, vt sub die 6. Octobris 1605. 3

Eleemosynæ verò huiusmodi assignandæ videntur illi Religiooi, cuius erant decimæ, quemadmodum assignatæ fueruot in vsum Religionis Cisterciensis in casibus supradictis. Vndè lecto supplici libello Procuratoris Generalis Cisterciensis, decretum, vt eleemosynæ prouenientes ex bonis Monasteriorum eiusdem Religionis in Hibernia, quæ post schisma peruenerunt ad seculares Catholicos, assignentur in vsum Religionis Cisterciensis, nec liceat cuique Confessario illas in aliquem alium vsum conuertere prætextu cuiusuis indulti Apostolici, vt sub 19. Iunij 1624. 4

CONSVLTATIO XXV.

An nocte Sacratâ Natiuitatis Saluatoris, post primam Missam cantatam, aliæ duæ Missæ immediatè celebrari, & Christi fidelibus Sacra Eucharistia ministrari liceat?

QVod ad Missas P. Suarez Theologorum nostri seculi Phęnix, & io materia de Sacramentis religiosissi- 1

E mus,

mus, in omoibus fælicissimè fœcundum ingenium *in 3. p. q. 83. D. Thom. disp. 80. sect. 4.* sic ait: *Quoad primam Missam indubitatum est, quod non est inchoanda ante mediam noctem; quia antea non incipit dies Natalis Domini, neque ante illam horam natus est Christus; ab illa tamen hora cõpleto matutino, dici potest iuxta Ecclesiæ consuetudinem. Tamen de secunda, & tertia est res dubia; nam ferè omnes censent, priuilegium illud esse limitatum ad primam Missam, & ideo non licere cæteras anticipare ante certam horam.*

2 Huius autem sententiæ nullum in iure fundamentum reperire potui. Nam *in can. Nocte sancta de consecr. d. 1.* nec de prima Missa, nec de Missa in singulari sermo est, sed absolutè dicit: *Nocte sancta Natiuitatis Domini Saluatoris Missas celebrent presbyteri.* Cur ergo limitabimus hoc priuilegium ad primam potiùs, quàm ad cæteras Missas? Præsertim quia statim subditur, reliquis verò temporibus non esse Missas ante diem celebrandas. Ergo non solùm vna Missa illius festiuitatis, sed absolutè tempus illius noctis excipitur, vt in eo possint Missæ celebrari. Accedit, quod Platina *in vita Telesphori*, inquit: *Statuit, vt in Natali Iesu Christi noctu tres missæ celebrentur, prima in dimidio noctis, quando Christus in Bethlẽ nascitur. Secunda illucescente aurora, quando à pastoribus agnitus est. Tertia eadẽ hora diei, qua nobis dies redemptionis, & veritatis illuxit.*

3 Quæ distributio ab ipso Platina accommodata videtur. Nam in decreto Pontificis non continetur. Vndè solùm fuisse videtur ab eo statutum, vt tempore nocturno possint illæ tres Missæ inchoari; quod autem necessariò debeant interrumpi, & post finitam primam Missam expectari lux diei, vt secunda inchoetur, hoc non legitur ab eo statutum, nec videtur posse colligi ex illo mysterio, seu repræsentatione pastorum. Nam vnde constat, eos non venisse ad Christum adorandum ante lucem diei? Ex textu enim Euangelico colligi non potest. Nam *Luc. 2.* dicitur Angelum apparuisse pastoribus custodientibus vigilias noctis super gregem suum, & statim subditur, eos festinantes iuisse ad videndum Verbum sibi reuelatum.

4 Deinde neque ex officio illius secundæ Missæ colligi potest non posse dici tempore noctis. Nam introitus eius sic incipit: *Lux fulgebit hodiè super nos.* Quæ verba propriissimè videntur posse dici tempore nocturno; quin potiùs etiam de tertia Missa, ait D. Thomas hic *ad 2. posse* ad generationem æternam accommodari; quia in ea Euangelium dicitur de æterna generatione, & hac ratione poterit dici in nocte, quia illa generatio, quantum ad nos, est occulta, & in diuina caligine; vel si referatur ad natiuitatem temporalem, quia introitus incipit: *Puer natus est nobis*, etiam illa noctu perfecta est. Ergo hac ratione non repugnabit etiam tertiam Missam noctu dicere.

5 Denique esse potest congruentia; quia tota illa nox propter Christi claritatem dies ab Ecclesia reputata est; & ideò facultatem nobis fecit, Missam ea nocte dicendi. Ergo non est, cur limitemus hoc priuilegium, sed ex quo tempore possunt ea nocte tres Missæ inchoari, censendum est iam absolutè illud esse tempus legitimum ad sacrificandum, & consequenter, finita prima Missa, posse inchoari secundam sine respectu ad lucem auroræ.

6 Et quod in Missis priuatis id non esse sub præcepto necessarium, sed quouis tempore, in quo prima Missa legitimè absoluitur posse inchoari secundam, & consequenter tertiam Missam, ita probat idem Suarez; quia neque in iure potest aliud præceptum satis ostendi, vt declaratum est, neque ex consuetudine. Nam potiùs regulariter ita fit sine scrupulo; neq; ex ratione, quia iam illud tempus designatum est, vt legitimum ad sacrificandum, & non est admodum grauis, vel necessaria in Missis priuatis seruari illam temporum distributionem, quod ferè in alijs horis, vel officijs Ecclesiasticis semper ita seruatur.

7 Item, nam si quis fortassè non posset Missam festiuitatis ea nocte dicere, posset pro sua deuotione dicere Missam de B. Virgine, eamque posset noctu dicere. Et similiter qui non posset dicere tres Missas, sed tantùm vnam, posset pro deuotione sua dicere tertiam, omissis prima, & secunda, eamque noctu dicere posset, quia priuilegium non est limitatũ ad officium primæ Missæ. Ergo eadem ratione quamuis qui dixerit primam Missam, poterit consequenter dicere secũdam, & tertiam, quamuis nox duret, quia etiam non est priuilegium limitatum ad vnam tantùm Missam. Vndè non refert, quod in secunda, & tertia Missa dicatur: *Et diem Sacratissimum celebrantes.* Tum quia à tempore noctis computatur totus ille dies naturalis; tum etiam quia verba non semper referuntur ad tempus, in quo dicuntur, sed ad tempus, pro quo repræsentando, & commemorando dicuntur; sicut (& est optima confirmatio totius sententiæ) in prima etiam Missa dicitur: *Et noctem Sacratissimam celebrantes*, & nihilominùs quoad Missas priuatas non est necesse semper eam Missam noctu dicere, sed absque vllo peccato dici potest in plena luce. Ergo similiter fieri potest è conuerso. Est ergo hæc sententia satis probabilis, & secura. Ita Suarez.

8 Ego autem fateor affectum meum apud amicos. Non possum legere libros P. Suarez, quin aliquoties exosculer codicem. Et nihilominùs hac in re cogor ab eo discrepare, cuius sententiam, licèt admittat Gauant. *in rubr. p. 4. tit. 3. n. 6.* si causa adsit maioris numeri Sacerdotum, minorisque numeri altarium, & eiusmodi si minùs omnes celebrare commodè possint, contrariam tamen sententiam communiorem ait cum Francolino *p. 1. c. 39. n. 20.* vbi alios citat. Eamque docuerunt antiquiores, nominatim Angel. de Clauas. *in voce Missa §. 46.* Syluester *ead. voce 1. §. 6.* Armilla, & Tabiena *eadem pariter voce*, Nauarrus *in enchirid. c. 25. n. 87. & in d. can. nocte Sancta* Durant, *de ritib. Eccles. lib 2. c. 7. n. 2.* asserentes, quod ipsa Natiuitatis nocte primam dumtaxat licet Missam celebrare, adeò vt reliquas duas neque publicè, neque priuatim ante auroram continuare liceat. Ratio autem deducitur ex primaria institutione huius ceremoniæ, in qua intentio Ecclesiæ fuit, vt prima Missa dicatur post mediam noctem, secunda in aurora; tertia in plena luce, vt ait idem D. Thomas *loc. cit.* Vndè solùm in prima Missa dicitur, *communicantes, & noctem sacratissimam celebrantes.* In secunda autem, & tertia dicitur, *& diem* Sacratissimum celebrantes.

9 Et quamuis Suarez id verum esse censeat, & in Missis solemnibus obseruandum, ad quas præcipuè respicit institutio, & horarum distributio, non autem in Missis priuatis; quod de Missis solemnibus intelligendum esse testatur idem Durant. *loc. alleg.* nihilominùs tamen aliter quoad vtrumque dubium visum est S. Rituum Congregationi, quæ per hæc verba decreuit. *In nocte Natiuitatis Domini post primam Missam cantatam aliæ duæ missæ immediatè non celebrentur, nec Christi fidelibus sacra Eucharistia ministretur, in Pisaurensi.*

10 Item per hæc alia. *Patres S. Caroli Congregationis Clericorum Regularium petierunt responderi, an liceat in nocte Natiuitatis Domini post cantatam primam missam alias duas immediatè celebrare, & communicare fideles? Et S. Congregatio respondit, nullo modo licere, sed omninò prohiberi die 20. Aprilis 1641.*

Et cùm quidam Regulares id nihilominùs licere prætenderint, & propterea rursus in eadem S. Congregatione audiri supplicauerint, eius Eminentissimi Patres, ipsis auditis, protulerunt hoc decretum.

11 *Cum superioribus dictis consulta hac S. Rituum Congregatione, an esset permittendum celebrari in media nocte Natalis Domini post missam decantatam successiuè alias duas missas, & in eis S. Communionem exhibere fidelibus, illam deposcentibus, & respondisset, non esse permittendum, sed omnino vtrunque prohiberi; nihilominùs nonnulli Regulares asserentes hoc licere, supplicarunt audiri. Et S. Congregatio ipsis auditis cum procuratoribus, & aduocatis ad relationem Em. Pallotti stetit in decretis, & respondit, iterum prohibendum tam sacerdotibus celebrare volentibus, quàm confluentibus in media nocte ad Ecclesias, & communionem deposcentibus die 7. Decembris 1641. quorum decretorum duplicata expedita fuerunt die 9. Augusti 1653. Carolo Episcopo Ostiensi Cardinali Medices Præfecto, & Bernardino Roccio S. Rituum Congregationis secretario.* Ita S. Rituum Congregatio, cuius iussa in omnibus exequamur.

CON-

CONSVLTATIO XXVI.

1 *An euasio mulieris sinistro fœtu laborantis, ac morti proximæ, quæ implorato alicuius Serui Dei auxilio fœtum emisit salua, & incolumis, sit adscribenda miraculo?*

2 *Quid de instantanea sanatione tibijs, & cruribus impotentis, & attracti?*

3 *Deque sanatione strumarum etiam à Regibus factâ, ac obiter de titulo Christianissimus, qui olim Hispaniarum Regibus vsitatus, ac debitus fuit, digressio.*

4 *Quid de vulneribus, carbunculis incisis, & sanatis absque vllo penitus cicatricis vestigio?*

5 *Quid de liberatione à suppresione vrinæ cum emissione prægrandis calculi spinosi, & aspri? Et de calculo, siue lapide per aluum deiecto?*

6 *Quid de paulò ante sanatis ex miraculo, reincidentibus in eundem, aut alium morbum?*

7 *Quid de periculoso partu ob fœtus duplicatos?*

8 *Quidue de cæco, surdo, muto, qui statim lumen, auditum, loquelam recipiunt?*

1 REspondeo. Legitimè probata veritate facti, quod scilicet factum, quod narratur ad miraculum, eo modo probetur contigisse, quo narratur, probataque qualitate miraculi, hoc est, quod facto comprobato contineatur effectus, qui naturæ vires excedat, vt propterea ad miraculum referri debeat, ac probata intercessione Serui Dei, quod nempè talis effectus euenerit ad intercessionem illius, non autem alicuius alterius Sancti, censeo, hæc omnia, huiusmodique alia miraculo esse adscribenda.

2 Et quod ad primum miraculo adscriberem, si, considerato statu, in quo mulier reperiebatur desperatæ planè salutis fuerit. Cùm enim fœtum in vtero haberet transuersum, immò & exanimem, eòq; magis si cœperat corrumpi, & venter tumefieri, neque ideò possibile esset vt vllis naturæ viribus, aut artis adiutorio, nullo præsertim adhibito instrumento ad illius extractionem, eum emittere ipsa matre salua, & incolumi, vtero nulla ex parte vlcerato, aut alio morbo infesto remanente, prout probari debet ex doctissimis medicorũ peritissimorũ allegationibus super hisce casibus consultorum, quæ exhiberi debent, quibus tanquam peritis in arte, omninò est credendum *per l.5. de ventr. inspic.* cum passim alijs, ac iuxta stylum S. Rituum Congregationis vt liquet ex relatione B. Pij V. *in 2. miraculos post mortem, vers. factum*, vbi allegantur Doctores *in c. fin. de frig. & malef.* ac in relatione S. Raymundi *p.2. mirac.16.* & in relatione S. Caroli *mirac.18. post mortem, & mirac.11. v. Quarto accedit iudicium medicorum*, prorsus desperata haberetur, eo quod nullis eã crederent adiuuari posse remedijs, profectò de hac muliere iudicandum esset, quod Omnipotentis Dei virtute suprà naturæ vires operante, mortis imminentis periculũ per admirabilẽ, & naturaliter impossibilẽ fœtus emissionẽ incolumis euaserit.

3 Ac proinde hoc genus miraculi, si non ad secundũ gradum miraculorum, saltem ad tertium referendum est, in quibus ea Deus operatur, quæ excedunt facultatem naturæ, saltem quoad Ordinem, ac modum, vt sæpiùs fuit resolutum in similibus casibus mulierum, quæ in partu ad mortem laborarunt, & præter iudicium ad spem medicorum, & obstetricum mortem euaserunt, vt in relatione SS. Didaci, Raymundi, Caroli, Francisci Borgæ, & in casu relato à Mutio Iustinopolitano in vita S. Porphyrij.

4 Ad 2. Cùm agatur de sanatione morbi, ope naturæ insanabilis, quod constare debet ex depositione medicorum, vtpotè ortum ducentis à resolutione neruorum qui sunt vehiculum nutrimenti, vt considerat Altomar. *de medend. human. Corp. c.14.* vbi ex mente, etiam aliorum, sic ait: *Verùm quæ à nerui diuisione oritur resolutio, Paulo teste, insanabilis est, nec minus si ex spinalis medullæ transuersis incisionibus, seu luxatione valida. Amplius si resolutum membrum minuatur, aut eius color immutetur.* Et Martinel. ex authoritate Auicennæ *lib.3. de morb. nobiliores animæ facultates obsidentibus c.16. §. prognostica*, inquit: *Quæ à vertebrarum luxatione suscitatur omninò opem medicam respuit, teste Auicenna*, necessariò fatendum est, priuationem vitæ in tibijs, & cruribus ineptis ad motum propter nutritionis priuationem. Atque adeò cum hæc sanatio supponat vitam in subiecto, illa penitus orbato, facultatum vitalium restitutio eis partibus in secundo miraculorum ordine ponenda est.

5 Idemque dicendum de sanatione strumarum, ac aliorum morborum instantanea. Potestatem eas sanandi habuerunt, ac etiamnum habent Reges Franciæ. Prisci etiã Austriæ Principes, qui ab Habspurgensibus oriundi sunt strumas, vt ferunt Ioan. Pauli *in spudopedia*, & Laur. *in theatr.* vi quadam diuina sanare poterant. Nam in Alsatia vallem aiunt Alberti dictam, quæ cum plurimos gignat struma laborantes, plurimos quoque manu Principum illorum curatos vidit. Regibus Hungariæ icteri sanandi virtutem concessam esse perhibent. Reges Hispaniarum Crucis signo dęmones pepulisse, Aragoniæ strumas sanasse refert Andr. Laurent. *lib. de strum.* ex Chassaneo *in catal. glor.* & Carol. Tap. Vide Ant. Beurer. Eduardus Rex Angliç gestauit annulum, cuius contactus comitiali morbo salutaris erat. Hinc natum, testatur Polydorus *lib.8. hist. Angl.* vt Reges postea Angliç consueuerint in die Parasceues multa cęremonia facere annulos, quos qui induunt hisce in morbis omninò nunquam sunt. Ijdem Reges hac potestate sanandi strumas ante claruerunt, quàm vllum exemplum à Galliæ Regibus editum proferri possit. Solebat, inquit idem, Rex Eduardus diuinitus solo tactu sanare strumosos. Quod quidem immortale munus, iure quasi hęreditario ad posteros Reges manauit. Nam Reges Angliæ etiamnunc tactu, ac quibusdam hymnis, non sine cęremonijs prius recitatis, strumosos sanant.

6 Et hic etiam obiter annotandum est, Titulum *Christianissimus* aliquot sęculis antequam Summi Pontifices eum Regi Galliæ concessissent, Hispaniæ Regibus vsitatum, ac debitum fuisse. Christianissimi namque nomen Franciæ Regi antiquæ possessionis iure vindicatur à multis, tanquam Carolo Caluo in sua coronatione datum ab Innocentio, Honorioque III. repetitum, & ante illos à Mauritio Cæsare attributum. At sesquiseculo, & amplius, antequam vllus Pontifex Maximus, aut vlla Synodus Ecclesię Carolum Caluum, vel quemquam Regum præcedentiũ *Christianissimum* nuncupasset, Reges Hispaniæ iam possessionem eius occupauerant. Non historici cuiuspiam obscuri attestatio, non epistolis inscriptio, sed integra Ecclesiæ Concilia plenissimam faciunt fidem. Nam anno quingentesimo nonagesimo octauo, hoc est centum & quinquaginta annis ante Pipini regnum, Reccaredus qui totam Gothorum gentem ad catholicam fidem exemplo, & verbis traxerat, à Concilio Toletano æra 635. sub ipso celebrato, vocatur *Christianissimus, & Amator Dei, gloriosissimus Dominus*. Et anno sequenti statim in ingressu Concilij Barcinonensis dicitur *Christianissimus, & piissimus Dominus Reccaredus Rex*. Itaque Ioannes Bielarensis Abbas, à S. Isidoro Hispalensi ante mille plus minus annos commendatus, Reccaredo coętaneus, à quo Gerundensi Episcopatui admotus fuit, in chronico, quod Reccaredi ætate terminauit, *in qua*, inquit, *Synodo memoratus Christianissimus Reccaredus &c.* Quam honorificam eius nomenclaturam ducentis annis Rodericus Sanctius Episcopus Palentinus, aliquoties imitatus est. De Sisebuto testantur, qui res Hispaniæ iam ab aliquot annorum centurijs memoriæ mandauerunt, eum à Scriptoribus antiquioribus *Christianissimum* nuncupari solitum. *Hic Sisebutus Christianissimus, per historiatores vocatur*, ait Alphonsus *in anacephalæosi* Episcopus Burgensis. Et Rodericus Sanctius in Sisebuto: *Hic Christianissimus, & Religiosissimus appellatur*. Et à quadringentis annis ante vtrumque, Rodericus Toletanus *lib.2.* eodem eum nomine appellat. Anno verò 638. Concilium nationale totius Hispaniæ, & Galliæ Narbonensis de Chintilano Rege dicit *cap.6.* Tolet. *æra 676. cap.3. Inspiramine Summi Dei excellentissimus, & Christianissimus Princeps, ardore fidei inflammatus, Regnisui Sacerdotibus præuaricationes, & superstitiones eorum eradicare elegit funditus*. Et rursum *cap.19. Gratias agimus Christianissimo, & Gloriosissimo Chintilano, Principi nostro, cuius studio aduocati, & instantia collecti sumus*. Leo II. Papa Romanus in *Epist.*

ad *Quiricum* Episcopum dicit, se destinasse Petrum Notarium *ad præcellentissimum, atque Christianissimum Regem*, Eruigium videlicet, *filium suum*. Ecce quot annis, immò seculis ante Carolum Caluum, Innocentium, & Honorium, immò ante Carolum Magnum, & Pipinum, omnemque Romanorum Pontificum indulgentiam, etiam tempore Mauritij Cæsaris Hispaniæ Reges *Christianissimi* titulo vtebantur,

7 Cur aut ille titulus succedentium seculorum lapsu ab Hispanis Regibus preteritus est, si eis antiquæ possessionis vsu, ac iure debeatur, causa in promptu est, quod in Catholicæ Ecclesiæ fide, & phrasibus eruditi Principes nomen *Christiani* fidelibus impositum esse scirent, vt fideles Christi à paganis, ac Iudæis, hoc est, Christi fidem omninò detrectantibus, non verò à schismaticis, atque hæreticis distingueret. Hinc etenim fit, vt quicumq; se Christianum dixerit, hoc ipso quidem neque Paganus, neque Iudæus esse intelligatur, manente tamen ambiguitate, quam sectam Christiani nominis profiteatur. Inde illa phrasis Augustini *lib. de vtil. cred. c.* 11. qua Christianorum plures *hæreses* esse scripsit. Et *in Epist.* 56. *Videmus nullum iam errorem se audere extollere ad congregandas sibi turbas imperitorum, qui non Christiani nominis velamenta conquirat*. Inde illud examen ex diuersis Augustini locis, quo initiandi rogabantur, *Christianus es?* Cui quæstioni, inquit Augustinus *tr.* 44. *in Ioan. respondet, non sum; si Paganus est, aut Iudæus, &c.* vt ostenderet Christianum hoc nomine à Pagano, Iudæoque secerni. Hac ergo doctrina instituti Hispaniæ Reges, & Antistites alia nomina quæsiuerunt, quibus propriè à sectis, quas relicto Arianismo repudiauerant, hoc est ab hæreticis capitaliter sibi inuisis, & à schismaticis vnitatis Ecclesiasticæ vastatoribus disiungerétur. Quare, relicta *Christianissimi* nuncupatione, cuius possessionem vacuam vltrò Francorum Regibus reliquerunt, *Orthodoxi, & Catholici* appellati sunt, vt Orthodoxi titulus eos distingueret ab hæreticis, Catholici à schismaticis, vel potiùs ab vtrisque. Nullus enim hæreticus orthodoxam fidem tenet, sæpè schismaticus. Nullus hæreticus, aut schismaticus catholicus esse potest. Nam ista nomenclatura Christianum à quocumque schismatico, & hæretico euidentissimè, certissimèque distinguit. Hinc illud S. Augustini de hæreticis *lib. contra Epist. fund. c.* 4. *Tenet me ipsum Catholica nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum, vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere.* Et ante Augustinum S. Pacianus Barcinonensis, hoc est Hispaniæ Præsul *Ep.* 1. *ad Sympron. Ego fortè ingressus populosam vrbem hodiè, cùm Marcionitas, cùm Appellecianos, Cataphrygas, Nouatianos, & cæteros huiusmodi comperissem, qui se Christianos vocarent, quo cognomine congregationem meæ plebis agnoscerem, nisi Catholica diceretur?* Quid clariùs, quàm Ecclesiam Catholicæ nomine ab omnibus hæreticorum conciliabulis discerni, à quibus tamen nomine Christianæ nulla ratione discernitur?

8 Iam vidimus, quomodo non tantùm ab hæreticis, sed etiam à schismaticis, hoc est ab omnibus pestibus fidei, vnitatisque inimicis eadem appellatione Catholicus separetur, *Velint, nolint*, ait Augustinus *lib.* 1. *de ver. relig. c.* 7. *ipsi quoque hæretici, & schismatum alumni quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, catholicam nihil aliud, quàm Catholicam vocant. Non enim possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab vniuerso Orbe nuncupatur.* Et idé ille S. Pacianus cum docuisset, ingruentibus post Apostolos hæresibus, quæ Ecclesiam in partes lacerabant, opus fuisse proprio nomine, *quod corrupti populi distingueret vnitatem*, nulla scilicet hæresi, vel schismate diuulsam, statim subijcit *d. Ep.* 1. *Ne æstues, frater, Christianus mihi nomen, Catholicus verò cognomen. Illud me nuncupat, hoc ostendit. Hoc proder, inde significor.* Et S. Cyrillus *catech.* 18. *Ne petas, vbi sit Ecclesia, sed vbi catholica Ecclesia. Hoc enim nomen proprium est huius Sanctæ Ecclesiæ, matris omnium nostrum.* Catholicum enim propriè est nomen vnitatis, atq; communionis cum Ecclesia totius Orbis, repugnans ex diametro scissioni vnitatis Ecclesiasticæ, siue per heresim, siue per schisma diuellatur. Ex quo nascitur, vt Catholicus hoc ipso, quo Catholicus, vtraque & schismatis, & hæresis labe careat, quorum vtrouis tota Catholici nominis ratio prorsus perit. *Nec hæreticus*, inquit Augustinus *lib. de fid. & symbol. cap.* 10. *pertinet ad Ecclesiam catholicam, quæ diligit Deum, nec schismaticus, quoniam diligit proximum*, de quo non est iam pluribus dicendi locus.

9 Cùm hæc igitur iuxta antiquorum doctrinam certa sint, vt nomen *Catholicum* rationem Christiani vagam, hæreticis, schismaticisque communem includat, contrabat, & à capitalibus Christianismi vitijs, hæresi, atque schismate discriminet, Hispaniarum Reges, vt Christianæ suæ fidei synceritatem, vnitatisq; Ecclesiasticæ dilectioné proprijssimè, potentissimèque testarentur, præclarissimo isto, & proprijssimo cognomine ipsius Ecclesiæ Dei, *Catholicos* se nuncuparunt, & à Præsulibus, Pontificibus, Ecclesiæque Concilijs appellati sunt. Quam nominis Catholici præ Christiano præcellentiam vt Augustinus designaret, plerumque quando non quolibet modo Christianum, cuiusmodi, & hæreticus esse potest, sed Orthodoxũ, vnitatique sociatum Ecclesiasticæ vult exprimere *lib. de hæres. Christianum Catholicum* vocat, *quarum* (hæreseon) *aliquam qui tenuerit Christianus Catholicus non erit*. Et præclarissimè collationis Carthaginensis Patres, quorum Augustinus choragus fuit *in collat.* 3. *diei n.* 100. *Afrorum Christianorum Catholicorum hæc vox est: Nos vniuerso Orbi Christiano Communione cohæremus*; nimirùm quia non sufficit esse Christianum, nisi sit in Christianæ fidei professione, in ipsaque Ecclesiastica vnitate sine hæresis, sine schismatis labe, catholicus.

10 Ecce causa cur Hispaniarum Reges, cùm *Christianissimi* titulo ab ipsis fidei suæ exordijs insignirentur, glorioso *Orthodoxi*, maximèque *Catholici* cognomine delectati, ac designati sint; quod *Catholici* nomen complectitur duplicem illam virtutem excellentem Christiani hominis, Orthodoxam Christi fidem, & gluten vnitatis, hoc est fidé, vnitatisque vnitatem, quarum alterutra qui caruerit, certè iste non Catholicus, sed Christiani hominis vmbra, fumus, nihil est, quamuis Christianissimus appelletur. Quãquam magno, arcanoque Dei consilio contigerit, vt amplitudinis vocabulum, quo Ecclesia Dei viui propriè Catholica cognominatur solis Hispaniarum Regibus communicatum sit. Nulla quippè ab Orbe condito Monarchia, vt fusiùs alibi dicturi sumus, potentius, constantiusq; laborauit, vt Ecclesia gloriosissimæ istius nomenclaturæ effectu, hoc est ipsa sui ipsius per totum Orbem diffusione potiretur, quàm ea, cuius isti Reges habenas tractant. Quidni igitur Sponsa Dei solos istos Reges gloriosi sui cognominis participes efficeret, quorum fidelitate, atque strenuitate se vim nominis istius reipsa per vniuersum Orbem impleuisse, & quotidie implere gratulatur?

11 Ad 3. Probata pariter diuisione cutis, vel incisione, sequitur necessariò probatio miraculi; quia huiusmodi cicatrices propter cutis diuisionem, aut incisionem nunquam aboleri possunt, sed semper remanet aliquod earum vestigium, ac signum visibile.

12 Ad 4. Probata similiter instentaneitate, & impossibilitate transitus huiusmodi calculi ab angusto vretere, eius liberatio miraculo est adscribenda; quia cum foramen vrinarium sit angustissimum, negant periti, non solùm grandiores lapides, sed etiam exiguos calculos inde posse exire. Vndè communiter docent, nulla alia ratione curari posse calculo laborantes, quàm sectione, vt per Vid. *lib.* 10. *de curat. membr. cap.* 20. vbi ait, quando calculi duriores, & grandiores sunt effecti, tunc vnica spes est in eorum extractione, dissecta à perito Chyrurgo ipsa vesica. Idemque confirmat Bartolin. *libel. de extrahen. lapid. vesic. c.* 22.

13 Et quidem quando calculi in vesica medicamentis vix, aut admodum difficulter frãgi possint, ad chirurgiam veluti Sacram anchorã confugiendum. Minores quandoq; in virga hærent, qui idoneo instrumento extrahi, aut incisa carne eximi possunt. Monet hoc eleganter Celsus *lib.* 7. *c.* 26. *Nonnunquam prolapsus in ipsam fistulam calculus, qui subinde ea extenuatur* (lego quæ subinde ab eo extenuatur, dum scilicet paulatim propellitur, fistulam distendens) *non longè ab exitu inhærescit. Eum si fieri potest; oportet euellere, vel oriculario specillo, vel eo ferramento, quo in sectione calculus protrahitur. Si id fieri non potest, cutis extrema quam plurimum attrahenda, & condita glande lino vincienda est*, vt calculus consistat, neque retrò remea-

meare possit, *deinde à latere,* (qua maximè parte renititur, tumetque calculus, à latere autem coles carnosior, at in superna parte, quod ibi vena, & arteria subsit, incisio hæmorrhagiam efficeret; inferna quia exanguis est, & assiduo vrinæ fluxum excipit, non coalesceret) *recta plaga coles incidendus, & calculus eximendus est, tum cutis,* (quæ violentius ad tegendam glandem attracta fuerat) *remittenda. Sic enim fit, vt incisum colem integra pars cutis contegat, & vrina naturaliter profluat.*

14 At multò faciliùs absque vlla læsione eximuntur mulieribus, quàm viris, idque ob amplum, & breue vesicæ collum. Scribit Veda *lib. 3. de arte med.* 6. se lapidem magnitudine nucis regalis, quem in collo vesicæ continebat religiosa quædam, qui etiam vrinam omninò cohibebat cum vehementi dolore, admoto speculo matricis patefecisse, & vlsella eduxisse. Refert & ibidem, se vidisse lapidem, quem obstetrix à collo vesicæ feminæ cuiusdam vtero gerentis, iam propè partum, manibus extraxerit, magnitudinis parui oui gallinæ. Meminitque Beuerouic. *de calcul. cap. 12.* puellæ sex annorum, cui vrina planè suppressa nullis remedijs promoueri poterat calculum amygdali penè magnitudine ductum obstruentem, se præsente chirurgo absque vllo dolore exemptum. Hinc rectè Celsus ait: *In fœminis, vbi paruus calculus est, scalpellus supernacuus est, quia eum vrina in ceruicem compellit, quæ & breuior, quàm in maribus, & laxior est. Ergo & per se sæpè excidit, & si in primo, quod est angustius, inhæret, eodem tamen vnco sine noxa educitur.*

15 Totum hoc negotium fusè prosequitur Aetius *tetr. 3. serm. 3. c. 5.* huc afferre operæ pretium est: *Sæpè delati ex renibus in vesicam lapides, & præ magnitudine circa collum vesicæ detenti, in extremum periculum ægrum deducunt, tum propter dolorum acumen, tum quod vrinam excernere non permittunt. Decubitus igitur formam in talibus moliri oportet ita, vt supini situentur, & longè altiores Coxarum vertebras habeant. Deinde multùm fortiter eos commouere, quo omnibus machinamentis adhibitis, lapidem ex ipso vesicæ meatu excidere faciamus. Post verò ægros iubere, vt alacriter vrinam eijciant, & eiecto lotio sinere. At verò vbi lapis non fuerit euacuatus, rursus mouere, atque hoc ipsum sæpè repetere. Quod si non euacuetur, catheter instrumentum prolectandæ vrinæ aptum, quod pro ægri ætate congruenter sit moderatum, eoque humor educatur. Post verò per potiones lapidem in amplitudine vesicæ existentem confringere valentes, lapis ipse atteratur. Si verè ex vesica quidem excidat calculus, iuxta medium autem meatum ipsius pudendi obfirmetur, & vulnerandæ exulcerationis periculum inducat, decoctum quoddam ex vrinam ducentibus plurimum exhibendum est, iubendusque æger, vt multam vrinam congreget, eamque posteà emingat, ac diligentius expellat; ita enim detractus lapis celeriter excidere consueuit. Nos autem, inquit Philagrius, quemdam, in quo quidem aliàs lapis fuit progressus, non penitius autem, quàm in summo pudendo fortiter obturatos, & parum abfuit, quin homo periret propter vrinæ suppressionem, & maximum dolorem. Angusta igitur volsella ipsum lapidem extrahere non potuimus. Quare sensim, & quietè agitauimus perquam tenui auriculario specillo; cum verò neque hoc modo eum extrahere possemus, secare statuimus, vulnusculo supernè iuxta glandis magnitudinem incusso, infernè enim secare non expedit, quandoquidem ferè semper in fistulam proficit, ac posteà per ipsam fissuram vrina excernitur. Porrò vbi per vrinam prodierit lapis, lac asininum melle modicè mixtum præbeatur, & reliqua etiam diæta commodior, veluti ad vlcera fieri consueuit, constituatur, ob vexationem scilicet in locis ex lapide factam. Inde verò præseruare hominem oportet, ne rursus renes lapide infestentur.*

16 Prosper Alpinus alium modum eximendi calculos sine incisione, quo Ægyptii hodiè vtuntur, describit *lib. 3. de Medicina Aegyptior. c. 14.* ligneam cannulam accipiunt longitudine octo digitorum, & crassitie pollicis, quam colis, siue penis canali admouent, fortiter inflant, ac ne flatus ad interiora perueniat, altera manu extremum pudendi comprimunt, & constringunt. Foramen deinde cannulæ claudunt, vt virgæ canalis intumescat, & amplior fiat. Quo facto minister digito in anum posito lapidem paulatim ad canalem virgæ, atque in eius extremum deducit. Vbi præputio lapidem appropinquare sentiunt, cannulam à virgæ canali subito amouent, atque hoc modo calculum adoliuæ nuclei magnitudinem ab Arabe quoque extractum fuisse, à se visum narrat Alpinus citatus, qui & aliũ modum ab Arabe quodam vsurpatum ibidem recenset. Habuit quasdam cannulas magnitudine inæquales in modum musici instrumenti, syringæ appellati, è substantia cartilaginea, quæ facilè dilatatur, harumque graciliorem primò in virgæ canalem immisit quousque ad vesicam peruenit, ac mox ore illam inflauit quantum potuit: post hanc maiorem, & crassiorem immisit, eodemque modo inflauit; posteà tertiam, & tandem quartam omnium maximam. Hoc modo dilatata virga, cum putaret viam calculo satis patulam, ægroto rectè collocato, digitoque in anum immisso, calculum ad collum vesicæ, quo maioris cannulæ extremitas peruenit, deduxit, & cum in canalem detrudere conatus est. Quo facto altero cannulæ meatu ore excepto conatus est spiritum ad se trahendo lapidem simul extrahere. Mirum verò, neminem apud nos idem experiri. Neque enim adeò difficulter os, & canalis vesicæ dilatari possunt, vt prima facie inexpertis apparet, cùm multò latiùs in grauidis vteri corpus, & in partu os eius extendantur. Et multò expeditius hoc modo eximeretur calculus, quàm vrethræ incisione, quæ callum relinquit, ac proindè meatum vrinarium duriorem, & angustiorem efficit.

Hactenus dictum quibus modis calculos è renibus, 17
vreteribus, vesica, vrethra minores elicere oporteat; quod si grandior lapis in vesica hæreat, in maximumque periculum, & extremum penè discrimen æger adducendus sit, omnis in sectione spes, quæ dubia. Non rarò siquidem cũ calculo vitam ipsam aufert. *Igitur vbi vltimo experiri statutum est,* ait Celsus *d. lib. 7. c. 26. ante aliquot diebus corpus præparandum est, vt modicos, vt salubres cibos, vt minimè glutinosos assumat, vt quam bibat, &c. Cum eo venit, incidi super vesica ceruicem iuxta anum cutis plaga lunata vsque ad ceruicem vesicæ debet, &c.*

Hæc est simplicissima curatio veteribus vsitata, quam 18
vulgo minorem apparatum vocare solent, quod paucioribus instrumentis peragatur. Sed in ea Aquapendens meritò reprehendit lunatam sectionem, quia ea transuersi musculi penis amputentur, & plus intus, ac in profundo, quàm par sit, incidi, ac meatus vrinarius præteriri possit. Ipse verò, vt hodiè etiam obseruatur, secundùm ductum musculorum, & in medio eorum sectionem censet peragendam. Deinde, & hoc rectè monet, malè forcipes ab antiquis neglecta, & extractionem vel digitis, vel vnco solùm tentatam fuisse, quorum vtrumque parum tutum. Nam digiti non sufficiunt, per vncum verò extractio periculo non vacat, cum lapis facilè sub vnco effugere, & ab vnco vicinæ partes lædi possit.

Hinc alius adhuc est secandi modus, qui quod maiori 19
instrumentorum apparatu fiat, apparatus magnus dictus. Hunc Ioannes de Romanis, Cremonensis medicus, qui circa annũ Domini 1520. Romæ floruit, inuenit, & vsurpauit, cumque posteà eius discipulus Marianus Sanctus cum instrumentis necessarijs peculiari libello descripsit, atque ex eo in chirurgias suas transtulere Pareus, & Gourmelinus, & in suas institutiones Sennertus.

Huius ratio eiusmodi est. Corpore ægri, vt in modo de- 20
scripto à Celso præparato, ipse super mensam stabilem deductis, & complicatis genibus ferè supinus ita collocabitur, vt eius calcanea ferè nates contingant, manusque poplitibus extrinsecus subijciantur. Tũ verò habena duplici à ceruice dependente crura tibiæ, & pedes firmiter vinciãtur, & laqueo sic constrictus æger à valentibus ministris vtrinque comprehendatur, & immobilis teneatur. Figura ægri ad sectionem hoc modò siti extat apud Pareum *lib. 16. c. 42.* tum cathetere gibba curuaturæ parte in longum paulò latiore rima fissus, cuius figurã loco allegato videre est, oleo inunctus in vesicam immittatur. Minister verò alter, qui ægri dextrũ genu tenet, dextra manu scrotũ paululum in dexteram partem ita attollat, vt chirurgus sine impedimento sectionem instituere possit. Tum chirurgus inter anum, & scrotum, non quidem per medium perinæum, sed sinistrorum, qua parte catheteris fissura conuertetur, duorum ab ano digitorum spatio, secundùm fibrarum rectitudinem scalpellum adiget, eiusque aciem in

catheteris, qui in collo vesicæ est, rimam demittet, atque ita sectionem instituet, vt vulneris interna longitudo pollicis transuersi latitudinem non multum excedat.

21 Mox per vulnus virgulæ argenteę, seu ferramenta duo exigua, longa, teretia, in extremo leuiter incurua, quorum alterum in extremitate obtusum, & læue est, alterum læuiter cauatum, & bifurcatum, quæ ductores nominantur, quod reliquis instrumentis in vesicam immittendis ductorum loco sint, & loco allegato apud Pareum depinguntur, in catheteris rimam primò immittantur, deinde retracto cathetere in ipsam vesicam demittuntur. Tum inter hæc duo instrumenta, quæ sinistra manu firmiter teneat, chirurgus forcipem, quæ rostrum anatinum appellatur, dextera manu in vesicam immittat, qua calculum, si paruus sit, nullo negotio facilè extrahet. Si vero maior, quàm vt per vulnus extrahi possit, vulnus ampliandum, vel diducto illo rostro anatino, vel dilatorio instrumento, ibidem depicto. Posteà tutius forceps aliqua vel recta, vel incurua in vesicam demittatur, eaque calculus comprehendatur, vbi comprehensus calculus fuerit, sensim in vtrumque simul latus moueudn extrahatur. Si plaga dilatata difficulter adhuc extrahatur calculus, chirurgus sinistræ manus iunctos digitos indicem, & medium in anum immittat, & calculum ad ceruicem vesicæ simul compellat.

22 Cauendum autem, ne sub forfice confringatur calculus, ideòque extractus diligenter contemplandus, & si vel alius calculus adhuc restet, is simili modo extrahendus, vel siquid detritum, instrumento instar cochlearis eximendum. Si tamen calculus maior est, quàm vt per vulnus, etiam quantum potest dilatatum, extrahi possit, forcipe per medium dentata Parei, vel alia potius Petri Franconis constringendus, & particulatim extrahendus. Videndum tamen, ne aliqua particula fracti calculi intus remaneat, sed omnes diligenter eximendæ sunt.

23 In fœminis quoque ratio extrahendi calculi similis pene est. In hoc tamen differt, quod fissus catheter, qui in vesicam per meatum vrinæ demittitor, & super quem vesicæ ceruix secatur, in fœminis non incuruus, vt in viris, sed potiùs rectus est. Ad hęc si quando propter extractionis difficultatem digiti subijciendi sunt, quibus calculus ad vesicæ ceruicem compellatur, mulieri per naturalia subijci debent, virgini tamen nunquam per naturalia, sed per anum, aut mari.

24 Tertius lithotomiæ modus, quo contra veterum sententiam non per perinæum, sed per hypogastrium, & membranosam vesicę partem sectio instituitur, ab inuentore Franconiana quibusdam dicta est, vti prima à descriptore Celsiana, & ab eo, qui instrumentis eam illustrauit, Guidoniana, proxima ab illo, qui etiamnum viuo inuentore fusè eam descripsit, Mariana. Modus hic extrahendi calculum per membranosum vesicæ corpus, primum vsurpatus fuit, salute iam ægri desperata, partim temeritate quadam, partim artificio chirurgi Petri Franconis, qui tamen, licèt ipsi feliciter successerit, posthac vti illa sectione prohibet. Quod miratur Roussetus, & varijs exemplis probat vulneratam quoque vesicam sanari posse *lib. 3. de partu Cæsareo cap. 6. 7. 8. & 9.* Idem persequitur aliquot obseruationibus in *append.* Bauhinus, Sed audiamus primùm ipsam historiam.

25 Scribit Francus c. 33. sibi aliquando infantem bimulum calculo vesicæ, magnitudine circiter oui gallinæ laborantem oblatum fuisse. Cùm autem omnem, quam potuit diligentiam, ad calculum deorsum in collum vesicæ detrudendum adhibuisset, nihilque efficere potuisset, infans itidem à dicto calculo ita torqueretur, ac vexaretur, vt parentes illum libentiùs mortuum, quàm diutiùs in tanta miseria spiritum ducere cuperent; ipse verò interea exprobrationem sibi factam, quod calculum educere non potuerit, in malam partem interpretatus esset, tandem se calculum in inguine, & superiore ossis pubis parte, paulò è regione execturum apud se constituisset; quandoquidē calculus deorsum deduci non potuerit, se propterea eum, digitis in anum immissis, adeò in altum eleuasse, dum ministrorum alter è latere opposito ventrem comprimeret, calculumque ad locum incidendum protruderet, vt eum ibidem execuerit, infantemque, tametsi summopere debilitatum, nihilominùs tamē restitutum, vulnusque sanatū fuisse. Hoc vel contra mentē authoris, qui stolidè se egisse fatetur, imitādum esse censet Roussetus pessimo consilio. Nam pro vno fortè seruato, non sunt innumeri occidēdi. Aphorismum Hippocratis cito *lib. 6. aphor. 18. cum perfecta fuerit vesica, aut cerebrum lethale est.* Quod rarò fallit.

Quare quartus calculum secandi modus ab eodem 26
Francone inuentus, & probatus, authoris nomen potiùs præferre meretur, & Franconianus appellari, quem ipse descripsit loco citato. Corpore ægri, vt dictum, ad lithotomiam parato, factaque supra itinerarium, vt vocat, siue ductorem incisione, turundam vulneri accommodatam imponit, nihilque præterea ea vice molitur, nisi fortè per se in vulnere compareat, tunc eum vel tenaculis instituto suo appropriatis, vel hamulis, qui hac in parte, vbi calculus qualis, ac læuis fuerit, maximè idonei, & commodissimi sunt, extradit. Quod si verò calculus non ad vulnus prociderit, aut grandior fuerit, tum vulnus more solito obligat, ægrumque reponit, diebus aliquot post, vbi res ægri melius habent, vulnusque suppuratur, nec febris adest, calculus itidem in vulnere comparet, vt plerūque contingit, tum eum, vt dictum, extradit. Calculo verò ad vulnus non prorumpente, digitis in anum immissis, atque compressis abdominis musculis deorsum ad vulnus protrudit, quod eo tempore absque vllo periculo fieri posse dicit; quandoquidem intumefactiones, inquit, remiserunt, & vrina semper liberè effluxit, præterquamquod etiam æger eo vsque exquisitam victus rationem obseruauit, nullaque inflammatio amplius in vulnere verenda est. Reliqua apud authorem ipsum legere est.

Posteriores duas lithotomiæ species in vsu alicubi esse 27
ignorat Beuerouicius loco citato, at multiplici experientia edoctus primam Celsianam secunda vt faciliorem, ita & quamuis secùs nonnullis videatur, tutiorem esse iudicat. Quę cum fusiùs prosecutus sit Pareus in chirurgia, & absoluto tractatu de lithotomia vesicæ Fabritius Hildanus actum hic agere nolo. Atque hæc adduxi, vt pateat quam hic morbus sit truculentus, quod incipiens vix curari possit, ait Galen. *de sanit. tuend. c. 6.* & si per annum daret, nullum curatum vidisse neque iuuenem, neque senem fatetur, quia intemperies illa sit habitualis, quæ nullo modo postea remoueri potest adeò, vt Authores ferè omnes vel cōfugiendum ad sectionem, tanquam ad sacram anchoram, de qua nihil certi polliceri quis potest, cum anceps satis, ac dubium sit remedium, afferant, vel, vt ego consulo, ad Dei seruos, vt eorum intercessione, post inuocatam ipsorum opem, miraculo calculus eiiciatur.

Quare testantibus medicis, ac chirurgis impossibilita- 28
tem secundùm artem extractionis huiusmodi calculorū absque sectione, non quidem dubitatiuè, vt fieri solet in morbis, quorum qualitates internæ argui non possunt, nisi ex coniecturis externis, sed assertiuè, & ad euidentiam ex quo lapidem cum suis instrumentis tetigerint, & cognouerint per experientiam eius qualitatem, ac magnitudinem non extrahendam, nisi cum sectione, ijs planè credendus est, quippè qui testantur de his, quæ pertinent ad suum exercitium ex sæpè firmatis in alijs miraculis.

Ad 5. Censeo, non esse contra rationem miraculi, si sa- 29
natus paulò ante reincidat in eundem, vel alium morbum, vt patet de S. Petronilla, quæ à S. Petro sanata fuit, vt discumbentibus ministraret, Panuin. *in relat. S. Bonauenturæ p. 2. ar. 6.* Castellan. *de Canon. z. Sanct. q. 6. §. quæro, an sit contra rationem miraculi si sanatus.* Vbi etiam ait, nihil releuare, quod in dubio infirmitas paulò post reuersa, præsumatur ex prima causa procedere. Quia id habet locum in sanatis secundùm ordinem naturæ, non autem in sanatis miraculosè.

Ad 6. Licèt huiusmodi partus difficultates ope reme- 30
diorum possint euinci, aliquando tamen ex coniunctis accidentibus, vel ex sui natura morbus est adeò pertinax, peruicaxque, vt remedijs non frangatur, non cedat. Constat enim partus difficultatem esse difficillimæ curationis, cùm ex multis causis oriri possit, quas enumerat Ægineta *lib. 3. c. 76.* inter quas recenset, tanquam pręcipuum locum tenentes eas, quæ se tenent ex parte fętus, videlicèr quotiescunq; ille à naturali figura recedit, vt quo magis ab illa discedat, eo difficiliorem curationem reddat, vt docet Vid.

de curat. membr. lib. 11. *c.* 34. Adeoque periculosa est huiusmodi partus difficultas, vt Auctores periculosa prognostica passim pronuncient. Siquidem Hyppocr. 9. *aphor.* plura & quidem grauissima mala ex hac matrem contrahere docet, & Mercurial. *de morb. mulier. lib.* 2. *cap.* 2. sic ominatur: *Omnis figura non naturalis mala, & periculosa.* Dicebat enim Hyppocrates *lib. de natur. puer.* *Si fœtus exeat aliena figura, quàm decet, periculum semper imminebit, ne aut fœtus perdatur, aut fœmina & fœtus.* Idemque confirmat Sennert. *lib.* 4. *pract. p.* 2. *sect.* 6. *cap.* 7. *prognost.* 1.

30 Eòque magis, si vitium sit in obiecto, & fœtu, qui debet expelli, quod in numero, magnitudine, robore, figura, & sexu consistere potest. Si enim non vnicus, sed plures sint fœtus, & præsertim, si, vt inquit Hyppocrates, vterque eodem tempore exitum quærat, si sit fœtus magnus, vel secundùm vniuersum corpus, vel secundùm partem aliquam, vel secundùm caput potissimùm, si sit imbecillis, vt membranas distrumpere non valeat, & proprium exitum sibi ipsi parare, & adiuuare; nam in partu, vt ait Galenus *lib.* 5. *aphor.* 55. duplex requiritur robur mulieris, & fœtus, & multò magis si mortuus sit, si sit potius fœmina, quàm mas, & si malè figuratus descendat, proculdubio propter has causas inquit Eustach. Rudius *lib.* 2. *cap.* 61. semper partus difficilior euadit. Fœtus autem imbecillior euadit propter febres, medicum, & alia omnia, quæ mulierem ipsam imbecillem reddunt. Malè autem figuratur fœtus multis modis, & potissimùm quatuor. Nam vel exit pedibus, vel manibus, aut vna, aut ambabus, vel obliquus, & in latera, vel duplicatus. Et hoc potest fieri tribus modis, idest secundùm manus & pedes, secundùm posteriora, & anteriora, &c. Si vitium sit in vijs &c. vt iter fœtui non satis pateat, quod scilicet occipitio, vel sincipite posteriori pubis parti ita inhæreat, vt sponte prodire nullo modo possit, & obstetricis, vel ministri manus auxilium allatura propter angustiam eò peruenire nequeat; quo fit, vt sæpè & fœtus, & puerpera intereat, & hæc esse vna difficultatis partus ex magis præcipuis causis, asserit idem Rudius *loco alleg.* vbi concludit: Omnis autem partus difficilis periculosus est, & si mulier quatuor diebus in partu laboret, vt ait Auicenna, necessariò fœtus moritur.

31 Sed pro causarum diuersarum discrimine diuersimodè prognosticum fieri debet. Interdùm enim subdit Rudius, possumus tum matri, tum puero salutem prædicere. Interdùm matris vitam, sed pueri mortem. Nonnunquam è contra. Aliquando vtrique mortem pronunciamus. Verbi gratia si fiat difficultas propter vitium expultricis, & matris febre correptæ, quæ tamen febris non fuerit valdè diuturna, nec sit valdè acuta, possunt ambo seruari. Si malum fiat vitio fœtus malè figurati, si exeat secundùm pedes, periclitantur. Si obliquè, & secundùm latera egrediatur, maius malum est, maximum, si exeat duplicatus. Quod si id fiat secundùm partes anteriores, & ventrem ipsum, fœtus de necessitate perit, & mulier maximè periclitatur. Quod si fiat vitio viarum, si secundæ densæ, & validè adhærentes sint, si tandem fœtus exeat, seruatur, sed mater ob detentas secundas perire solet. Quod si ossa pubis sint latiora, & intus conuexa, puer de necessitate peribit, & nisi in frusta concidatur fœtus, mater quoque peribit. Vndè in hoc casu forsitan melius est recedere, vel chirurgis totum opus relinquere. Demùm ipse Rudius adducit pro vnaquaque causa huiusmodi difficultatum medicamenta, & præsidia.

32 Quare si applicata remedia non prosint partus difficultati, & puerpera ita viribus sit destituta, vt eius solus pernecesse periclitetur, & inuocato aliquo Dei Seruo, illicò fœtum ediderit incolumis, & quod mirabilius, absque doloribus, miraculo puto id esse adscribendum.

33 *Quid verò de sanatione è calculi doloribus cum illius deiectione per aluum, siue secessum, intercessione alicuius Serui Dei implorata?* Indubitatum est, calculos, & lapides creari in intestinis, ac per secessa sine dolore, vel absque magno, excerni, sicut audiuisse refert Galen. *lib.* 2. *cap.* 2. *de loc. affect.* ac de visu tradunt Rhasis ex Galeno *lib.* 10. *cap.* 2. *lit. X.* loquens de lapide in intestino colo, & in ano pinguium, Gentil. *in comm. ad cap. Auicen. lib.* 4. *fen.* 1. *tr. de febr. sextena, & septena,* Matth. de Gradib. *comm. ad cap. de colic. iliac.* Gilbert. Anglig. *lib.* 6. *cap. de lapid. ren. & vesic.* Iacob. Carp. *in Isagog. anatom. de colo intest.* Hieron. Mont. *lib.* 4. *cap.* 1. *anat. morb.* Fernel. *lib.* 6. *cap.* 2. Mercurial. *lib.* 2. *cap.* 4. *de excrem.* Capinac. *pract. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 60. de calculo ad magnitudinem oui gallinacei, Vuier. *lib.* 4. *cap.* 16. *de præstig. dæmon. edit.* 6. de paulo maiori ouo columbæ Marcel. Donat. *lib.* 4. *cap.* 30. loquentes de affectis dolore colico, Antonius Guayner. *cap.* 1. *tract. de calculos pass.* Io. Anulea *comm. in* 9. *lib.* Rhaad alman *cap. de lapid.* Scannar. *tr.* 6. *cap.* 6. *rubr.* 19. Iō. Franc. Pedemont. *cap.* 1. *sum.* 1. *p.* 4. *addit. ad Mes.* loquens de maioribus nuce in puero, & prægrandi sicut ouum in cholerico, Briascarol. *in can. ad aphorism.* 79. *lib.* 4. *Hyppocratis,* Scolkngr. *ad cap.* 48. *lib.* 1. *Hollerij de morb. intern.* Paracels. *comm. ad c.* 4. *tr.* 4. *de tartaro,* Iul. Cæs. Scalig. *exerc.* 108. *n.* 3. *de subt.* Trincanel. *lib.* 20. *cap.* 6. *de nat. cur. part. hum. corp.* Gemm. *lib.* 2. *cyclognom. pag.* 76. *& lib.* 2. *cap.* 2. Cosmop. Vales. *comm. ad hist.* 28. *lib.* 5. *epidem. Hyppocr.* Ferrand. *lib. de nephrit. & lithias.* Parens *lib.* 24. *cap.* 19. Berard. Burgens. *lib. de calcul. & arthrid. pag.* 118. qui etiam *pag.* 90. meminit de magno calculo inter intestinum rectum, & collum vesicæ, Saluis. *annot. cap.* 79. Thom. à Vega *comm. ad lib.* 1. *cap.* 5. *de loc. affect.* Galleni, referens in Pedemontano conspexisse fixum lapidem ex ano, qui durauit per mensem, & magnitudinem rotundam fuisse oui, Beniuen. *cap.* 19. *de subdit.* exemplificans in subsistente in intestino, iterque magna ex parte obstruente propulisse ab aluo instar oui columbini, adiuuante tamen virtute expultrice, licèt videretur non posse inde deduci, quia esset deligatus intestino, eiusdemque tunicis, ipsiusque crassioris intestini aliqua cellula inhærescceret, Fonsec. *lib.* 1. *cap.* 5. *de calcul.* narrans mulierem Mexicanam consueuisse lapides ex aluo per interualla deiicere, quod medicus hispanus valdè miratus, quasi miraculum scripsit, Isaias Moschiner. in annot. narrans excretionem octo, vel decem lapillorum instar silicum, maioremque auellanis coloris flaui maculis nigricantibus factam à muliere propè Burlagum, Petrus Forest. *Schol. ad obseruat.* 26. *lib.* 14. de altera, quæ reiecit lapillum rotundum paulò maiorem ouo columbino, longo tempore durum permanentem, Crot. in epist. ad Thom. Iordan. *lib.* 4. *cons. & epist. Croten.* recensens Canonicum Vratislauiensem plurimos calculos instar castanearum eiecisse per aluum, quos singillatim enumerat, eorum verba referendo Schenkius *obseruat. medic. lib.* 3. *de intestin. tit. intestinorum lapis, siue tartarus obseruat.* 1. *pag.* 370. cum tribus *seqq.* eisdemque relatis testatur Sennertus *medic. pract. lib.* 3. *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 5. & Zacut *de medic. princip. hist. lib.* 1. *histor.* 70. *dub.* 44. *pag.* 122. *col.* 2.

Quibus accedunt tria exempla relata per Ioan. Keremannum, quæ leguntur tam penes SchenKium *d. obser.* 1. quàm in nouissima editione Theatri vitæ humanæ *tom.* 1. *v. Affectus tit. intestinorum affectus pag.* 163. *sub lit. F.* Primum scilicet Baldasaris Arnoldi Ecclesiastis Tergensis annorum 63. cui grandis lapis paulatim creatus teres, globosusque venulis albis, & luteis in colore spadiceo diuertentibus rectum intestinum transuersus abstraxerat ita, vt in chirurgica manu eximendus fuerit, eoque pondere leuato, cessauerint dolores colici, quibus dictus canonicus passim afficiebatur. Alterum Francisci Frizi medici Patauini coloris doloribus crebrò obnoxij, qui, lapide oui magnitudine per aluum excreto, liber in posterum ab illis permansit. Tertium Mauritii à Themen, qui singulis mensibus luna silente lapides quandoque maiores, quandoque minores pisis rotundos, oblongos, & subasperos per secessum eiicere consueuerat absque molestia, interdumque etiam conglobatos arenulis instar artemoitis fuluos, & subduros, sed leuiores in pondere. 34

Ideòque non debet miraculo adscribi, quod toties natura vi sua expultrice effecisse docent tot celeberrimi scriptores. 35

Verùm ex eo, quod patiens cruciabatur maximis doloribus, 36

tibus, dum mingebat, sequitur, quod calculus fuerit in vesica, non autem in intestinis. Tum quia in his existendo non potuisset producere similes dolores, licèt valuisset comprimendo vesicam in ore impedire lotij egressum. Tum quia huiusmodi dolor est peculiare signum existentiæ calculi in vesica, vt tradit Fernel. *in physiol. lib. 7. cap. 13. sub initio*. Et nihilominus id medicis, atque anatomicis relinquendum est: Miraculum enim potest probari non solùm per testes, qui miraculo præsentes fuere, sed etiam per peritos medicos, vel chirurgos, qui non fuerunt præsentes miraculo, sed perspectis omnibus facti circumstantiis, de quibus testes deposuerunt, concludant sanationem, vel factum non potuisse euenire ex causa naturali, & in necessariam consequentiam censeant, miraculo esse adscribendam, vt fuit conclusum in relatione S. Franciscæ & S. Caroli & S. Ignatij in 1. mirac. & S. Thomæ de Villan.

37 Ad 7. Quod in huiusmodi factis plenè comprobatis contineatur effectus miraculosus supra vires naturæ, nullam habet dubitationem. Quia, licèt natura possit dare lumen, auditum, loquelam corpori, non potest tamen illa dare corpori cœco, surdo, muto, vtpotè quæ à priuatione ad habitum non habet regressum. Nam & Saluator noster Iesus Dominus inter miracula, per discipulos Ioanni renuncianda, hæc in primis expressit *Matth. 11. Euntes*, inquit, *renunciate Ioanni, quæ vidistis. Cæci vident, surdi audiunt, &c.* Debet igitur actus illuminationis cœci, auditionis, & locutionis surdi ac muti referri ad secundum genus miraculorum, quæ naturæ viribus sunt impossibilia ratione subiecti; quamuis vlterius & in modo etiam versetur miraculum, si cœcus, surdus, mutus &c. incontinenti, statim ac inuocauerint Dei Seruum visum, auditum, loquelam recipiant. Et huius generis miraculorum exempla passim leguntur in Canonizationibus, & in vitis Sanctorum.

CONSVLTATIO XXVII.

Quinam cultus Beatis, adhuc non canonizatis, præstandus sit?

1 SVnt qui asserant apud Luysium Turrianum *in 2. 2. disp. 17. dub. 7.* posse deferri omnes cultus, quos fideles Sancto canonizato deferunt. Quia tales cultus non sunt restricti in Bulla beatificationis, vt supponunt, atque adeò possunt deferri etiam Beatis.

2 Alij cum eodem Turriano inquiunt, non posse præstari, nisi solùm cultus, quos Pontifex in Bulla concesserit. Quia potest Pontifex illos restringere, & ideò obseruandum est, quod in Bulla beatificationis fuerit concessum, atque expressum. Ita Trullench. *lib. 1. in decl. cap. 9. dub. 5. n. 11.* Rocaful. *lib. 2. in decal. cap. 9. n. 53.* Castel. *de cert. glor. Sanctor. cap. 2. n. 11.* Molfes. *tom. 1. summ. tr. 11. cap. 6. num. 51.* Dian. *p. 2. tr. 15. resol. 55.*

3 Multi, qui propiùs ad veritatem accesserunt, respondent, quod quantum attinet ad cultum, beatificatio dicitur, & est quædam canonizatio particularis, eo quod limitetur ad certum genus cultus, necnon ad certum genus personarum. Conceditur enim communiter facultas personis certæ Prouinciæ, aut Religionis, vt possint diuinum officium recitare, vel missam celebrare certo die, quæ restrictio minimè fit circa Sanctum canonizatum. Et quamuis aliquando in canonizatione alicuius Sancti non obliget Ecclesia ad recitandum Officium illius Sancti, scribitur tamen ille in catalogo Sanctorum, & aliqui cultus possunt illi deferri à tota Ecclesia, v. g. quod eorum imagines collocentur in Templis: quod possint in eorum memoriam Templa Deo dicari: quod eorum reliquiæ possint etiam in Templis coli, ac similia, quæ deferri non possunt Beatis. Deinde de eo, qui est canonizatus potest Religio, cuius patronus est, vel titularis absque speciali facultate recitare Officium, & Missam celebrare, tanquam de duplici, etiam per Octauam. Quod tamen de Beato non licet, siue speciali facultate Summi Pontificis.

4 Plures non longè aberrarunt à scopo, dum aiunt primò, certum esse, quod de Beato, de quo cum restrictione per verbum *tantum*, vel *solùm*, aut *dumtaxat* data est facultas celebrandi in vno Conuentu alicuius Religionis, non liceat, neque possit in tota Religione celebrari. Quia excederetur facultas Pontificia.

5 Secundò certum etiam esse, inquiunt, quod attentis priuilegijs Regularium, licitum sit illis in tota sua Religione celebrare Missam & Officium de Sancto, aut de Beato, de quo absolutè, ac sine restrictione aliqua data est facultas Pontificia in certo, ac determinato Conuentu talis Religionis de illo celebrandi. Ita Quintanaduegna *tom. 2. tr. 2. singul. 15. & 16.* Io. à Cruce *in epit. lib. 2. cap. 4. concl. 3.*

6 Tertiò valdè probabile putant, quod priuilegia communicationis concessa Regularibus, per quæ gratiæ, & fauores concessi vni Conuentui illorum, extendantur ad omnes alios eorum Ordinum Conuentus, non sint reuocata per decreta Vrbani VIII. aut aliorum Pontificium, & ideò valdè probabile esse, dicunt, quod omnes Conuentus alicuius Religionis possint Missam, & officium dicere de Sancto, aut Beato, cuius Missæ, aut officij celebratio sine restrictione concessa est à Sede Apostolica alicui speciali Monasterio dictæ Religionis, ea ratione quia decreta Vrbani VIII. aut aliorum Pontificum nullam habent clausulam derogatiuam prædictorum priuilegiorum.

7 Quartò, quod non ex eo, quod præcisè quis declaretur Beatus, conceditur præcisè facultas de illo Missam dicendi, aut officium, sed solùm appellandi illum Beatum, vt fuit obseruatum in beatificatione Aloysij Gonzagæ, teste Turriano *d. disp. 17. dub. 3.* & Trullench *loc. cit. cap. 9. dub. 5. n. 3.*

8 Non licere autem Beatum inuocare in publicis Litaniis, tradunt nonnulli saltem in eo casu, quo in decreto beatificationis non fuerit expressum, vt de illo Beato celebrari possit Missa, aut diuinum Officium recitari. Quia in dicto casu excederetur facultas à Summo Pontifice concessa. Licitum tamen esse, aiunt, inuocare in publicis Litanijs Beatum eo die, quo est concessum, vt de illo dicatur Missa, & Officium, minimè verò in aliis, in quibus est id prohibitum. Quia, quamuis in Bulla beatificationis non exprimatur, posse Beatum in bublicis Litaniis inuocari, hoc tamen ipso videtur concessum, dum conceditur id, quod in eodem genere maius est, vt Missę sacrificium, atque Officium. E contra si in aliis diebus est prohibitum Missam, & Officium pro dicto Beato celebrare, consequenter erit quoque prohibitum, illum in publicis Litanijs inuocare. In his enim materijs facultates Pontificiæ potius sunt restringendæ, quàm ampliandæ.

9 Sic etiam quando Pontifex concedit sacerdotibus alicuius Religionis, vt certo die dicant Missam de aliquo Beato, non possunt eadem die dicere officium de communi Pontificum de dicto Beato. Quia sunt diuersa, nec vnum includitur in alio.

10 Si verò concedat Pontifex Sacerdotibus alicuius Religionis, vt in die obitus Beati celebrent missam & Officium de illo, non possunt id facere per totam octauam, si facultas concessa sit restrictiua pro die obitus tantùm. Quia expresè id negat Pontifex. Si facultas non sit restrictiua, nec quidem possunt in dicto casu, nisi aliàs Beatus sit Patronus, Titularis, aut Patriarcha Religionis, cui concessa est dicta facultas sine restrictione. Prima pars patet. Quia, vt per octauā dicatur Missa, & Officium, necessarium est, vt in decreto beatificationis, aut aliter exprimatur. Secunda. Quia quod dicatur Missa & officium in die obitus, ac etiam per totam octauam est priuilegium concessum omnibus Sanctis Patronis, Titularibus, aut Patriarchis, seu Fundatoribus cuiusuis Religionis, vt constat ex Bulla Gregorii XIII. apposita in Breuiario Romano, vt per Granad. *contr. 1. de fid. tract. 7. disp. 4. sect. 1. n. 10.*

11 Certumque est, quod quando in Bulla beatificationis ali-

alicuius Beati concedit Pontifex facultatem dicendi missam, & officium certis personis, & non alijs, non licèt alijs hæc dicere. Quia tunc Pontifex expressè restringit facultatem ad certum genus personarum, atque adeò illæ solùm, & non aliæ possunt missam & officium de illo Beato dicere.

12 Pariter certum videtur, quod quando conceditur facultas certis personis v. g. alicuius Religionis, vel Prouinciæ, aut Ciuitatis celebrandi missam de aliquo Beato, & expressè non negatur alijs, nequeunt alij Sacerdotes seculares, vel Regulares dicere missam, & officium proprium illius Beati. Quia excederent facultatem concessam. Longèque probabilius censetur, & conformius decretis Pontificijs, non posse quemlibet Sacerdotem ex non recensitis in Bulla beatificationis dicere missam votiuam, aut officium votiuum in honorem illius Beati, pro quo Sedes Apostolica concessit Sacerdotibus alicuius Religionis facultatem dicendi missam, & officium proprium in aliquo certo die. Tum quia aliàs canonizatio, & beatificatio in nullo differrent. Et tum quia non solùm olim, sed nuper etiam id decreuit S. Rituum Congregatio, quæ die 5. Octobris 1652. *censuit, ac declarauit, si Sanctissimo acuerit, non potuisse, neque posse tam sæculares, quàm Regulares cuiuscumque Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Iesu, excedere limites Indultorum Sedis Apostolicæ super beatificationibus, præsertim in celebratione Missarum, & officijs cum Octauis, nisi hoc expressè Sedes Apostolica eis indulserit. Et, facta relatione per Cardinalem Cornelium, Episcopum Albanensem die 16. Decembris 1652. Sanctitas sua approbauit, & sic, vt præmittitur, seruari mandauit.*

3 Minùsque possunt alij Sacerdotes, quibus non est concessa facultas dicendi missam de aliquo Beato, illam dicere in casu, quo id petant Sacerdotes illi, quibus huiusmodi facultas concessa est. Quia excederent facultatem sibi concessam, cum alias omnes alii Sacerdotes tam seculares, quàm Regulares possent missam de Beato celebrare, si ad id rogerentur à Regularibus, quibus hæc facultas solùm est concessa. Vnde neque etiam ad cantandum solemniter missam potest aliusSacerdos surrogari; quia in tali licentia standum est præcisè verbis concessionis, sine qua non licet deferre illum cultum publicum alicui personæ ex prohibitione iuris communis, quæ solùm intelligitur, quantum sonat licentia, & concessio, & non amplius.

4 Nec quando aliquibus Sacerdotibus conceditur facultas celebrandi missam de aliquo Beato in aliqua determinata Ecclesia, licet adhuc celebrare in alijs. Quia non licet publicum cultum alicui deferre, nisi iuxta facultatem à Summo Pontifice concessam. Facultas autem concessa est certo loco, atque ad illum limitata, ac proindè in quocumque alio loco est illicitus. Peccaretque mortaliter Sacerdos, si celebraret in alijs Ecclesijs, etsi semel id faceret. Quia huiusmodi loci mutatio, etiamsi semel fiat, est omninò contraria decreto Pontificio, & cum sit in materia grauissima, esset lethale.

15 Quod si in Bulla beatificationis concederetur, vt tali die in tali Ecclesia liceret celebrare missam de tali Beato, possunt quidem omnes Sacerdotes tam seculares, quàm Regulares ibi celebrare. Quia tunc solùm datur restrictio ex parte loci, non autem ex parte personarum.

16 Quando verò concedit Pontifex, vt in die obitus Beati celebretur missa de illo, non licet transferre illum diem, & in alio celebrare, si translatio festiuitatis fiat omninò ex mera voluntate; liceret verò, si fiat ob aliquod legitimum impedimentum, ob quod iuxta rubricas Breuiarii Romani transferri debent Sanctorum festiuitates. Tutius tamen est in hac reconsulere S. Rituum Congregationem.

17 Non autem licet, quando primùm conceditur facultas celebrandi missam pro aliquo Beato, quasi pro initio festiuitatis, illam celebrare ante diem à Pontifice præfixam. Quia per id omninò contrauenitur decretis S. Congregationis. Vnde in tali casu non celebrantur missæ, sed, statim ac innotescit diploma pontificium; pulsantur campanæ, & cum præsentia Episcopi cantatur solemniter hymnus Te Deum laudamus ante Imaginem, & altare Beatificati, & in fine dicitur Oratio v. g. de communi Confessorum non Pontificum. Et ita fecerunt Patres Societatis Iesu in beatificatione B. Francisci Borgiæ, & Clerici Regulares pro B. Caietano, & B. Andrea.

Posse autem deferri Beatorum Imagines, aut Reliquiæ in solemni processione, & in Templo, aut altari collocari, cum lumine depingi &c. affirmat Io. de S. Thoma 2. 2. *disp.9. ar.1.* Quare, ait, ista damnanda non esse, etsi in decreto non exprimantur. Quia violentur quasi connexa cum celebratione missæ, ac recitatione officij. Sic enim in eorum honorem Sacrificium, & officium Deo offertur per se est connexum, quod in Templo & altari, vbi tale Sacrificium, & officium dicitur, speciali signo honoris eius imago collocetur, in cuius honorem talis publicus cultus exhibetur. 18

Hanc sententiam non carere difficultate, fatetur Diana *p.10. tr.2. resol.21.* at Leandro *p.1. in decal. tr.7. disp.2. q.23.* non solùm probabilis, sed etiam certa videtur, præcipuè si loquamur de Beatis, de quibus per concessionem Apostolicam potest missa, & officium celebrari. Quia, inquit, hæc inualuit apud omnes Prouincias consuetudo, quam semper tolerauit Ecclesia, vt præfatis signis ostenderetur quis esset beatificatus. Idque tenent Palaus, Sanchez, Bonacina, Granadus, & alij, quos refert idem Leander *loc. cit.* 19

Posse tandem licitè Episcopum instituere diem festum alicuius Beati, negat Diana *3. p. tr. 5. resol. 9.* cum multis: affirmant Suarez, Fagundez, Palaus, Trullench. Granadus & alij, quos sequitur idem Leander *loc. alleg. q. 24.* vbi probabilius id censet. Quia ait, re vera, potest instituere diem festum Sancti canonizati. Ergo etiam potest & beatificati. Nam hic etiam est canonizatus, licèt minori pompa, & apparatu. 20

Legisti, mi lector, sententias Doctorum, quæ an olim fuerint probabiles, an certæ, nil curandum, cum in hac re S. Rituum Congregatio, habita coram Sanctissimo Alexandro VII. super cultu Beatis, nondùm canonizatis, præstando ediderit plura decreta, quibus præfatæ sententiæ vel corriguntur, vel abrogantur. Illa sunt tenoris sequentis. 21

Ad aures Eminentissimorum Patrum Congregationis Sacrorum Rituum plures deuenerunt, qui patrantur Indultorum excessus, in materia præstationis cultus Beatis, adhuc non canonizatis. Quamobrem eos eliminare, ac ne in futurum inducantur, prouidere studentes, ad infrascripta deuenerunt decreta. 22

Quod eorumdem Beatorum Imagines, etiam non principaliter, & vti supplices apposita, simulacra, pictura, tabellæ, aut Scripturæ, eorum præclara gesta repræsentantes, aut referentes, in Ecclesijs, & Oratorijs quibuscumque, & præsertim in quibus Missæ Sacrificium, vel alia diuina Officia peraguntur, inconsulta Sede Apostolica, nullo pacto exponantur. 23

Quod vbi Indultum fuerit per Sedem Apostolicam, Imagines, Simulacra, pictasque tabellas in Ecclesijs poni, & coli posse, in pariete tantum, non autem super altaris collocandi facultas tributa censeatur. 24

Quod si concessa fuerit per eamdem Sedem Apostolicam Altaris non erectio, non tamen ob id Missam, & Officium de prædictis Beatis celebrandi, vel recitandi facultas tradita præsumatur. Etenim specifica, & expressa concessio super his præcedere debet. 25

Vbi in vno loco cultus fuerit concessus, non extendatur, inconsulto Pontifice, ad alium locum, quauis alia concurrente authoritate. 26

In locis, vbi Beatos prædictos ab omnibus coli permissum fuit, non inde publica officii recitatio permissa censeatur, sed tantummodò priuata, nec satisfactoria præcepto recitationis, nisi quoad illos, quibus Sedes Apostolica de hoc indulserit. 27

Missæ pariter, quæ fuerint indultæ certis personis, nempe presbyteris regularibus, vel sæcularibus alicuius loci, vel Monasterij, seu presbyteris, alicuius Ecclesiæ seruitio præcipuè addictis, à confluentibus Sacerdotibus, 28

qua-

quavis dignitate, etiam Cardinalatus insignitis, minimè celebrentur.

29 *Dies festi in Beatorum eorumdem memoriam non celebrentur, nisi speciali indulto Apostolico prouisum fuerit.*

30 *Eorumdem nomina in Kalendarijs non apponantur, nisi illius tantùm loci, earumque personarum, in quo & à quibus cultus cum Officio, & Missa celebretur.*

31 *In quibusvis Ecclesiasticis precibus, etiam in Oratorys privatis recitandis, particularia eorumdem suffragia non apponantur, vel recitentur.*

32 *Publicis in precibus, præter indultas, & à Sede Apostolica approbatas, ijdem Beati non inuocentur.*

33 *Eorumdemque Reliquiæ in processionibus minimè circumferantur.*

34 *Sacra tamen Congregatio præsentibus declaratione, & iussione remouere non intendit cultum Beatis per communem Ecclesiæ consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel temporis centum annorum metam excedentis scientiam, ac tolerantiam Sedis Apostolicæ, aut Ordinariorum hactenus præstitum, ac certis modo, & forma ab eo tempore exhibitum. Verùm si à centum annis citra cultus huiusmodi aliqua ex parte constiterit auctus, & extensus, eo casu S. eadem Congregatio eumdem in pristinum reduci iubet, prout quamvis cultum extra casus prædictos ad expressa tantùm verbaliter in Apostolicis indultis omnino reuocari mandat sub pœnis, &c.*

35 *Firmis quoque remanentibus decretis, nempè, ne Beati in Patronos eligantur, ne eorum natalitia cum Octauis celebrentur, & aliis quibuscumque à Sacra Congregatione hactenus emanatis, quæ præsenti decreto renouantur.*

36 *His autem Sanctissimo relatis, & in S. Congregatione Rituum ordinaria habita coram Sanctitate sua per Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinalem Sacchettum accuratè perlectis, maturè discussis, Sanctitas sua ea approbauit, & pro omnimoda eorumdem obseruatione mandauit typis imprimi, ad valuas affigi, & publicari, vt elapso termino sex mensium à die publicationis eorumdem, omnes & singulos afficiant, & arctent ac si omnibus, & singulis eadem exhibita, vel personaliter præsentata, intimata, seu notificata fuissent. Indulsitque locorum Ordinarys, ut authoritate Sedis Apostolicæ possint, immò debeant seculares, & Regulares quoscumque, quantumuis exemptos, etiam Societatis Iesu, Sancti Antonii Viennensis, & Sancti Ioannis Hierosolymitani, ac reliquos omnes speciali expressione indigentes, etiam sub censuris compellere.*

37 *Cùmque aliqui nulli subdantur Episcopo, qui eos, si excesserint, coercere valeant, eo casu à Sedis Apostolicæ Nunciis, si aderint, sin minùs ab Archiepiscopis, in quorum Prouinciis, vel ab Episcopis Romano tantùm Pontifici subiectis intra, vel propè quorum diœcesis limites eorum Ecclesiæ, vel Monasteria sua fuerint, tanquam à Sede Apostolica delegatis, ad huiusmodi decretorum obseruationem prædicti omninò cogantur.*

Die 27. Septembris 1659. Iul. Episc. Sabinensis Card. Sacchettus.
Franciscus Maria Phœbeus Sac. Rit. Congr. Secretarius.

CONSVLTATIO XXVIII.

An & quatenus res gestæ, egregia facinora, miracula, aliaue hominum, qui cum opinione Sanctitatis è vita decesserunt, possint in lucem edi, typisque mandari?

MOlfesius *cons.45. àn.51.* & Trullench. *lib.1.in decal.c.9.dub.6.num.19.* tradunt, licitum semper fuisse, omnes res gestas insignium in Sanctitate virorum statim post illorum obitum colligere, & in lucem dari ex praxi ac vsu vniuersalis Ecclesiæ à temporibus Apostolorum, vt posteri imitarentur eorum vitam. 1

Verum & in hac re obseruandum omninò est decretum Vrbani VIII. qui in eisdem suis constitutionibus, seu decretis, quæ incipiunt *Sanctissimus, & cælestis Hierusalem*, liberos eorundem hominum, qui sanctitatis, siue martyrij fama, vel opinione celebres è vita migrauerint, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcumque beneficia, tanquam ipsorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, & approbatione Ordinarij, Theologis, alijsque pijs viris in consilium adhibitis, peracta, & negotio instructo ad Sedem Apostolicam deinde transmisso, eiusque responso non expectato, imprimi prohibuit. Cum tamen in dies eos prœlo dari, non obstantibus eisdem Constitutionibus, compertum sit, S. Congregatio Eminentissimorum Cardinalium supremæ & vniuersalis Inquisitionis literis circularibus, quas ordinariis direxit, omnia & singulis in eisdem Constitutionibus contenta adamussim seruari, alioqnin qui typis in posterum excudentur, ipso facto absque alia declaratione pro libris prohibitis haberi præcepit. Tenor verò literarum est huiusmodi. 2

Illustre, e Reuerendissimo Signore, come fratello. Osseruandosi, che alla giornata escono alla luce diuersi libri, i quali contengono la vita e l'attioni di varij fedeli morti con opinione, e fama di santità, e di gratie, e anche tal volta di miracoli attribuiti a' medesimi nè si pratica nella publicatione di essi ciò, che è stato da questa S. Congregatione altre volte in questa materia decretato sotto a' 13. di Marzo del 1625. e a' 5. di Luglio del 1634. commanda la Santità di Nostro Signore col parere di questi miei Eminentissimi Colleghi generali Inquisitori, che nell' auuenire puntualmente si osseruino i predetti decreti, e dichiara, che i libri, i quali nelle predette materie vsciranno alla luce senza che si siano precisamente osseruate tutte, e singole cose contenute in essi, si haueranno ipso fatto, e senza altra dichiaratione per proibiti. Significo ciò à V. S. accioche in cotesta sua Diocese inuigili per l' osseruanza, e le priego contento. Di Roma a' 13. d' Aprile del 1658. Di V. S. come fratello, il Cardinal Barberino. 3

CONSVLTATIO XXIX.

An Canonicus, dispensatus super ætate, censeatur dispensatus à promotione ad subdiaconatum, & vsque ad quem annum, & in quam pœnam incidat, si non promoueatur?

VIdetur, quod donec sit idoneus ad ordinem suscipiendum, censeatur accessoriè dispensatus, vt non promoueatur, quia vna dispensatio sine alia sustineri non potest. Ita Rebuf. *in prax. benef. p.2. tit. de non prom. intra ann. num.15.* & alii, quos congerit Barbos. *de Canon. cap.16. n.18.* Sed postquam peruenerit ad ætatem idoneam subdiaconatui viginti duo annorum tenetur ordinem suscipere, & cogi potest, vt de- 1

declaratum tradit Garz. *de benef.p.3. cap.4.n.7.* quam declarationem refert per extensum Barbol. *ad Concil. sess.22. cap.4. num.6. de ref.* & consonat Stylus Datariæ, quæ huic dispensatm addit decretum in dispensatione, quod cùm primum vigesimum secundum suæ ætatis annum attigerit, ad Subdiaconatus Ordinem se promoueri facere omninò teneatur, alioquin Cannnicatus, & præbenda vacent eo ipso, vt latiùs in formula relata à Pyrro Corado *in prax. dispens. lib. 4. cap.2. num.40.*

2 Huius styli ratio est, quia annus promotinnis currit Canonico à tempore, quo fit idoneus ad Canonicatum, & sic ab initio anni vigesimi primi, quæ est ætas legitima ad obtinendum Canonicatum Subdiaconalem, quando Ordines sunt iam distincti, quidquid sit vbi adhuc non est facta distributio ad cumulata per Barbosam *d. tr. de Canonic.cap.13. num.9.* vbi refert auctoritates, & decisiones.

3 Propter huiusmodi stylum, videtur hunc dispensatum, qui neglexerit promoueri anno vigesimo secundo, amisisse Canonicatum. Quia licèt pœna iuris sit sola amissio dimidiæ partis distributionum iuxta *Clem. Vt ij de ætat. & qualit.* tamen cum in decretn dicatur, quod Canonicatus vacet eo ipso, si non promoueatur, incidisse videtur in priuationem ipso facto quatenus hoc decretum Datariæ sit subaudiendum in dispensatione etiam fundatoris, veluti potest dubitari, quia stylus Datariæ in beneficialibus facit ius, cum quo præsumuntur fundatores beneficiorum se velle conformare ad tradita per Lotter. *de re benef. lib. 2. q.27. num.67.* Vnde non requiri sententiam tradit Nauar. *cap. 25. num.118.* Rebuf. *in prax. tit. de non promot. num.72.* Less. *lib.2. cap.34. num. 101. in fin.* Sanchez *consil. l.2. cap.2. num.1.* & communem ait Garz. *p. 11. cap.10. num.28.* quia non est pœna, sed conditio resolutiua.

4 Quamuis hoc casu non dedit monitio sub pœna priuationis ab ordinando neglecta, quam potuit ei facere Ordinarius, vt sæpè resoluit S. Congregatio Concilii apud Barbosam *de Canonic. d.cap.16. num.20.* licèt hæc non importet priuationem ipso iure, sed requirat sententiam, vt ibidem subdit. Quod etiam tenet Henriquez *lib.10. cap.23. §. vlt.* Zerol. *in pr. p.1. v. beneficium §.4.* Sahagun. *in cap. fin. de sequestr. poss. num.81.* Mulan. *p.1. tit.1. q.9.* & declarauit S. Congregatio Concilii quæ in Maceratensi 17. Aprilis 1666. censuit, in hoc casu standum esse in decretis, nempè requiri sententiam. Quia tamen agitur de controuersia, quæ sæpius occasione dispensationum, aut fundationum ad praxim deduci potest, atque in exemplum trahi, ideò mihi videtur non ab re esse, hoc dubium iterùm ad trutinam reuocari.

CONSVLTATIO XXX.

An Ecclesiastici possint aperire nouum furnum in præiudicium Baronis, habentis ab immemorabili, & ex concordia cum illis inita ius prohibendi subditis, ne alibi, quàm in suo furno panem coquant? Et an impediens Ecclesiasticos possit excommunicari.

1 Respondendum censeo negatiuè, sed dictum Baronem manutenendum esse in pacifica possessione contra omnes, vt dixit Rot. *decis. 50. num. 21. par.2. diu.* & in Auenionensi, siue Auriacensi molendini 14. Decembris 1646. coram Verospio.

2 Maximè attentis & consuetudine, qua omnes alij Barones eius antecessores hoc ius prohibendi suis subditis habuerunt, Nouar. *de grauam. vasal. grauam. 58. num.1. & 5. & grauam.59. num. 34.* de Marin. *quotid. resol. cap.119. num.13. par. 2.* Thesaur. *decis. 16. num. 13.* ac probibitionibus diuersis temporibus publicatis à dictis Baronibus cum acquiescentia, ac obedientia subditorum, controuenientiumque punitinne, Rot. *decis.616. num.1. par.3. rec.*

3 Non obstat, quod huiusmodi prohibitio non comprehendat Ecclesiasticos. Tum quia stante dicta consuetudine, quæ inducit in Barone, eiusque ministris bonam fidem, non possunt propterea, quatenus in aliquo contra Ecclesiasticos deliquissent, censuris innodari, vt in terminis respondit Anton. *var. lib.1. resol.65. num.56.* Tum quia interuenit in hoc casu transactio, siue concordia inter Baronem, & Ecclesiasticos, qui ab illo receperunt in eius syluis ius lignandi, ille ab istis hoc ius prohibendi, quæ transactio fuit etiam seruata contra Ecclesiasticos cum dictis prohibitionibus, ne furnum aperiant, ac panem alibi coquant. Quamobrem, vti à tanto tempore, cuius non extat memoria, pro bono pacis fuerit vsque adhuc obseruata, non debet modo in controuersiam deduci, Rot. *decis. 175. num.11. p.8. rec.*

4 Præcipuè cum ex lapsu tot annorum, quo obseruata fuit, præsumatur etiam interuenisse omnes solemnitates, & beneplacitum Apostolicum, Coccin. *decis.301. num.2. & 3.* Othobon. *decis.240. num.12.* Quamuis in dicta transactione id non fuerit forsan reseruatum; siue enunciatum, Rot. *decis.256. n.2. p.8.* Seraph. *dec. 1042. num. 3.* Quod non excluditur à Constitutione 157. Vrbani VIII. quæ tollit præscriptionem contra Ecclesiam, & Ecclesiasticos, quia non tollit præscriptionem centenariam completam ante illius promulgationem, vt in hoc casu, ibi: *non intendens autem per præsentes tollere centenariam*, & censuit Rota in Romana prætensæ deuolutionis palatii 18. Iunii 1657. coram Albergato, §. *quia ponderatum fuit.*

5 At nihilominùs tenendum est, posse huiusmodi furnum aperire, vt sæpius decreuit S. Congreg. Immunitatis, vt ex subiectis declarationibus *Episcopus potest aperire furnum ad effectum di spianare il suo grano. 14. Decembris 1649. in Vrbinatensi, in Nucerina die 25. Ianuarii 1650. in Forosempruniensi die 23. Augusti 1633.*

6 *Ecclesiastici non possunt cogi ire ad certum furnum, 13. Iuly 1637. in Fanensi Clerus potest habere furnum proprium, eoque vti, seu locare personæ sibi benè visæ, 9. Marty 1632. in Eugubina.*

7 *Item & id. Furnus Ecclesiasticorum gaudet exemptione,* 20. *Marty 1630. in Nuscana.*

8 *Et Nuncius Neapolitanus prouideat circa furnos Regularium, vt illis vtantur, pro suo vsu tantum 4. Decembris 1628.*

9 Quia est contra libertatem Ecclesiasticam, contra quam nulla induci potest consuetudo, vt sæpè decantauimus. Et concordia non est approbata à Sede Apostolica, estque contra *cap. non minùs, & cap. aduersus de immun. & cap. quamquam de censib. in 6.*

CON-

CONSVLTATIO XXXI.

1 *An Clericus prima tonsura deprehensus à Curia seculari in flagranti crimine in habitu laicali, gaudeat priuilegio fori, si non incesserit in habitu, & tonsura, nec inseruierit Ecclesiæ?*

2 *Vbi & quid de Clerico non beneficiato, solito tamen Ecclesiæ inseruire, & in habitu & tonsura incedere, si noctu, vel interdiu in habitu laicali deprehendatur cum armis, vel in alio flagranti crimine?*

3 *Et an Clericus non incedens in habitu & tonsura, vel alias non habens qualitates cap.6. sess. 23. Concil. Trid. sicut amittit priuilegium fori, ita etiam priuilegium Canonis amittere censeatur?*

1 RESpondeo ad primum negatiuè. Quia de iure nouo S. Concilij Tridentini *c.6. sess.23.ref.* vt Clericus primæ tonsuræ, vel in minoribus ordinibus constitutus gaudeat priuilegio fori, necessarium est, vt clericalem habitum, & tonsuram deferat, simulque de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inseruiat.

2 Quæ dispositio procedit, etiamsi Clericus huiusmodi non fuerit ab Episcopo præmonitus, vt habitum, & tonsuram deferat... Nam quidquid sit de iure communi, certum est, in terminis Concilij, monitio non est necessaria, vt deducit Gratian. *discept.*440. *num.*8. Menoch. *cons.* 912. *num.*34. vbi alij. Et ad hunc effectum requiritur seruitium assiduum adeò, vt non sufficiat tertiò, aut quartò inseruire.. Quia verba Concilii important actum continuum, Menoch. *loc. alleg. num.* 70. *& de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 76. *num.* 38. Carol. de Grass. *effect. Cler. eff.* 1. *num.* 1182. *& seq.* Nec sufficit simplex deputatio Episcopi absque exercitio, vt apertè colligitur ex dispositione eiusdem S. Concilii, ibi: *alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiat*. Quæ verba non solùm requirunt successiuum seruitium, sed etiam assiduum vsque ad tempus commissi delicti, Delbene *loc. alleg. num.* 29. de Grass. *d. eff.* 1. *num.* 1183. Menoch. *d. cons.*912. *num.* 28. *& seq.* ac Mastril. *d. dec.* 111. *num.* 9.

3 Sicut etiam requiritur assidua delatio habitus, & tonsuræ, nec sufficit interpolata, de Gras. eo loco *num.* 1183. Menoch. *ibid. num.* 32. *& d. præsumpt. num.* 39. sicuti enim momentanea dimissio habitus non priuat Clericum, qui aliàs assiduè illum defert, ita è contra momentanea delatio ad hunc effectum non suffragatur Delbene *de immun cap.*4. *dub.*8. *sect.* 4. *num.* 25. Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 12. *num.* 15. *&* 19. vbi, quod ad hoc, vt gaudeat priuilegio fori, requiritur, vt deferat habitum, & tonsuram copulatiuè adeò, vt non sufficiat delatio alterius tantùm, scilicet habitus, vel tonsuræ, sed vtrumque sit necessarium ex Castropalao, Riccio, & aliis per eum allegatis, Mastril. *decis.* 111. *num.* 4. & Delbene *d. sect.* 4. *numer.* 14. *& seq.*

4 Et quidem tollitur omnis difficultas, si tempore commissi delicti, in quo hic Clericus deprehenditur in flagranti, non esset in habitu ita, vt ex solùm non debeat gaudere fori priuilegio, nec possit habitum ressumere in præiudicium iuris quæsiti foro seculari, vt alis adductis probat Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 46. *num.* 10. Cùm eo ipso, quod quis sine habitu est repertus, illum antea dimisisse præsumendum est, Delbene *vbi suprà.*

5 Non obstat, quod dispositio S. Concilii Tridentini emanauerit in odium Clericorum, & ideò non obstet Episcopo, quo minùs possit contra eosdem Clericos procedere, etiam in præiudicium fori secularis, vt declaratum à S. Congregatione eiusdem Concilii, refert Fagnan. *in cap. Si quis num.* 75. *de for. comp.* Nam id procedit, si Episcopus præuenerit, non autem quando, vt in hoc casu, præuenit Iudex laicus, vt optimè ex mente dictæ S. Congregationis declarat idem Fagnanus *loco citato*. Alia vide *in tom.*3.

6 Prima tonsura igitur initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus fori priuilegio non gaudet ex Concilio Tridentino *d. cap.*6. *sess.*23. nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos versetur. Et S. Congregatio Cardinalium eiusdem Concilii interpretum declarauit ad hoc, vt fori priuilegio gaudeat, requiri, ac sufficere ea, quæ ex infrascriptis Capitibus singillatim ac seorsim sunt adnotata. Vt obtineat beneficium Ecclesiasticum, vt clericalem habitum, & tonsuram deferens in aliquo seminario de licensia Episcopi degat, vt in habitu, & tonsura incedens in aliqua schola de licentia Episcopi versetur, vt habitum, & tonsuram deferens in aliqua vniuersitate de licentia Episcopi moretur. Si verò, quæ in aliquo ex his capitibus comprehensa sunt, in Clerico concurrant, sed aliqua occasione habitum à se deferri solitum ad breue tempus deposuerit, non ideò fori priuilegium amittere. An verò habitus sit clericalis, ad Iudicis Ecclesiastici cognitionem pertinere. Quibus autem casibus Clericus ex decreto Concilii fori priuilegio non gaudet, nullam requiri monitionem, vt illud amittat.

7 Aduertendum tamen ad illa verba Concilij: *de mandato Episcopi, & de licentia Episcopi*, quia ex ipsius Congregationis sententia non sunt substantialia, vt in subiecta declaratione. *N. N. Clericus Romanus, qui prima tonsura in Vrbe initiatus quatuor Ordines Minores Panormi cum dimissorijs D. Cardinalis Vrbis Vicarij suscepit. Romam reuersus, & in habitu Clericali incedens, studijs incumbens, frequentauit Collegium S. Thomæ, vbi Fratrem Donatum publicè logicam tradentem quotidie audiuit, prout in fide, quæ datur eiusdem Fratris Donati. Et licèt nulli esset adscriptus Ecclesiæ, tamen non destitit diebus præcipuè festis, & alijs inseruire Sacrificio Missæ in Ecclesia sancti Iacobi incurabilium, & alibi, prout in fide sacristæ, quæ similiter datur. Mox sororis infamia commotus, & stimulis incensus honoris, eam pluribus vulneribus confodit, & rem omnem sine difficultate confessus est. Cumque inter alia pro ipsius defensione dicatur, vti Clericum pro tali homicidio non posse tradi Curiæ seculari, nec affici vltimo supplicio, opponitur à fisco eum non gaudere fori priuilegio, quia neque beneficium habet, neque est adscriptus Ecclesiæ, neque versatur in Scholis de licentia Episcopi, vt requirit Concilium Tridentinum sess.*23. *cap.*6. *Vnde quæritur quid iuris?*

8 *Die 20. Iunij 1609. S. Congregatio Concilij perpendit secundum ea, quæ proponuntur, in hoc casu concurrere omnia requisita, vt hic Clericus gaudeat priuilegio fori. Est enim initiatus prima tonsura, incedebat in habitu, & tonsura clericali, & Ecclesiæ inseruiebat. Immò etiam in schola versabatur, quia publicam dialectices lectionem in ædibus sanctæ Mariæ supra Mineruam audiebat.* Vnus tamen superest scrupulus, quod nec ad inseruiendum, neque ad versandum in schola vlla præcessit licentia, nullumque mandatum Vicarii Vrbis, vt requirit Concilium; dum *cap.* 6. *sess.* 23.

Sta-

Statuit huiusmodi Clericum priuilegio fori gaudere, si inseruiat Ecclesiæ de mandato Episcopi, vel in schola versetur de Episcopi licentia. Sed hanc difficultatem sustulerunt duæ antiquæ declarationes Congregationis, quarum altera declarauit, *priuilegio fori gaudere Clericum minorum Ordinum in habitu, & tonsura incedentem, inseruientemque Ecclesiæ, tametsi absque vllo Episcopi mandato*. Altera determinauit, *talem Clericum inseruientem alteri Ecclesiæ, quàm ei, cui mandauerat Episcopus, vt inseruiret, nihilominus gaudere priuilegio fori*, nimirùm, quia qualitas mandati, vel licentiæ est leuis, satisque est concurrere, quæ potiora sunt, nempè tonsuram, delationem ipsius cum habitu clericali, seruitium Ecclesiæ, vel commorationem in schola aliqua. Ita enim etiam, cessante Episcopi mandato, vel licentia, satisfit menti Concilij eò tendentis, vt solus Clericus, qui quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos versabatur, nec causa effugiendi seculare forum vagus huc, illucque discurrebat, sed Ecclesiastico seruitio insistebat, fori priuilegio se iuuare posset, quæ qualitates in hoc Clerico cum fine Concilij concurrunt, quamuis non afferatur mandatum, vel licentia Episcopi. Itaque pro certo habentes, hunc Clericum fori priuilegio gaudere, Patres mandarunt Secretario, vt eorum nomine alloqueretur Gubernatorem Vrbis, vt suspenderet in causa, donec res posset referri ad Sanctissimum.

9 Et prosequendo hanc materiam, quæ in praxi quotidiana versatur, notandum est primò ad priuilegium fori alterutrum sufficere, idest, vt Clericus vel beneficium Ecclesiasticum habeat; vel habitum, & tonsuram clericalem deferens alicui Ecclesiæ inseruiat, vt iam declarauit S. Congregatio Concilij. Siquidem consulta, an Clericus beneficiatus, qui non deferens habitum, & tonsuram immiscuit se enormitatibus, possit à Iudice laico puniri, non præcedente monitione, respondit *ex cap. 6. sess. 23. Clericum beneficiatum gaudere priuilegio fori, licèt clericalem habitum, & tonsuram non deferat, quia d. cap. 6. dat priuilegium alternatiuè, vel beneficiatis, vel deferentibus habitum*.

10 Notandum est secundò, de iure veteri Clericos in minoribus non coniugatos, & non beneficiatos, nec in habitu incedentes ante monitionem gaudere fori priuilegio secundùm communem opinionem, de qua testatur Clar. *in §. fin. q. 36. vers. hæc autem*, licèt secùs statutum esset de Clericis coniugatis *per cap. vn. de Cler. coniug. in 6.* vbi ita tradunt Anchar. Franch. & alij. Hanc differentiam quoad hoc abstulit Concilium *d. cap. 6.* Nam Clericus in minoribus non coniugatus, nec beneficiatus etiam ante monitionem, nisi deferens habitum, & tonsuram inseruiat Ecclesiæ, non gaudet priuilegio fori, vt S. Congregatio declarauit.

11 Tertiò notandum est, Concilium ita voluisse occurrere Episcoporum conniuentiæ erga Clericos delinquentes, & incitare Clericos ad delationem habitus clericalis, vt tamen noluerit Clericos plus æquo laicorum potestati subijcere; proindeque Clericis non habentibus requisita fori priuilegium non ademit perpetuò, sed suspendit ad tempus ad ea, quæ de Clerico coniugato tradunt Archid. Ioan. Andr. Anchar. & Franch. *in d. cap. vn.* quos sequuta fuit S. Congregatio respondens, *Clericum coniugatum, qui post dimissum habitum Clericalem deliquit, quamuis pro eodem delicto in Curia Laicali citatus, & condemnatus fuerit, si deindè, modo non in fraudem, resumpto habitu, & tonsura Ecclesiæ deseruiat, non posse à Iudice laico pro eodem delicto personaliter distringi*.

12 Ex quibus infertur, quod cum versemur in materia correctoria iuris veteris, etiam inspecta mente ipsius Concilij, in fauorem Ordinis Clericalis sit pronunciandum, & inhærendum antiquorum Canonum dispositioni, nisi quatenus expressè sint correcti, *cap. cum expediat de elect. in 6. cap. Ecclesia vestra 2. eod. tit. l. præcipimus in fi. C. de appel.*

13 Hinc quod ad secundum, posito dicto decreto Tridentini Concilij *cap. 6. sess. 23.* Clericus non beneficiatus, solitus tamen Ecclesiæ inseruire, & in habitu, ac tonsura incedere, si deprehendatur noctu, vel interdiu in habitu laicali cum armis, vel in flagranti alio crimine, gaudet fori priuilegio.

14 Primò, quia animi indicium apparet ex perseuerantia, ideòque breui recursu vxor nec diuertisse videtur, *l. diuortium ff. de diuor. l. quidquid calore ff. de reg. iur.* Et non dicitur venisse, qui non stetit, *cap. Si postquam*, & ibi Glossa *v. mente, & cap. Capientes §. si per viginti*, vbi Gloss. *v. compareant. de elect. in 6.* Item non videtur possessionem adeptus, qui eam statim amisit, *l. non videtur ff. de acquir. possess.* Sic qui habitum clericalem dimisit, illum statim resumpturus, censebitur non dimisisse, confert *cap. ad nostram*, ibi: *statim pœnituit, quod habitum induisset*, ibique Gloss. *de reg. iur.* Eòque magis, quia cùm versemur in materia pœnali, & odiosa amissionis priuilegij fori, factum non dicitur, quod factum non durat, *cap. nam & ego de verb. signif.* Animus autem resumendi colligitur ex ipsa consuetudine habitum iugiter deferendi ex notatis à Glos. *in cap. 1. v. non timore, quod met. caus.* & à Menoch. *lib. 6. præsumpt. 37. num. 28.* & mutatio voluntatis non præsumitur, nisi probetur, *l. qui voluntatem ff. de probat.*

15 Secundò habitus clericalis non prodest ei, qui paulò ante capturam publicè se gerebat pro laico, *cap. Si Iudex laicus*, vbi Doctores hoc notant *de sentent. excommunicat. in 6.* Ergo multò minùs habitus laicalis nocebit ei, qui antea se gerebat pro Clerico, cùm in primo casu laicus agat de priuilegio acquirendo, in secundo autem Clericus, de priuilegio iam quæsito non amittendo, ac proindè potior sit causa Clerici, *l. fin. C. de iur. dot. l. vlt. C. de Codic.* Feder. de Sen. *cons. 112. num. 3.* & Roman. *cons. 179. num. 17.*

16 Tertiò Verba legis intelligi debent ciuili modo, non crudè, aut amarè, vt de continuo commensali, continua residentia, vel continuo seruitio respondit Calder. *cons. 88.* alias 8. *de offic. leg.* Card. post Gloss. *in Clem. 1. in 12. quæst. de for. comp.* Ergo quod dicitur de habitus delatione, sicut & de tonsura, non ita concipi debet, vt cùm primum Clericus ex quauis occasione illum exuit, vel negligentia passus est, crescentes Capillos tonsuram abscondere, eo ipso fori priuilegium amiserit. Vtrumque enim valdè obsurdum videtur. Facit textus *in cap. is, qui de sepult. in 6.* & quod notat Imol. *cons. 9. in fine*, vbi tenet, priuilegium concessum illis de comitatu, qui per decem annos continuè habitauerint in Ciuitate, intelligi, etiamsi habitantes ciuitatem tempore messium, & vendemiarum iuerint in comitatum cum familia ad colligendos fructus. Quia ex quo reuersi sunt ad Ciuitatem, dicuntur continuè habitasse. Et quod notat Bartolus *in l. 4. §. Prætor. ff. de damn. infect.* vbi quod habitare quis dicitur in Ciuitate, licèt tres menses ruri permaneat, & sequitur Felin. *in cap. quoniam num. 2. de offic. ordin.* Ad quod confert etiam decretum Concilij Trident. *cap. 1. sess. 23.* ibi: *qui aliquantisper tantum absunt ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reuersuri sunt*.

17 Quartò hæc verba Concilij *cap. 6. nisi habitum, & tonsuram deferens Ecclesiæ inseruiat*, resoluuntur, nisi habitum, & tonsuram deferat, & inseruiat. Ex defectu autem seruitij vno, aut altero die Clericum intelligi suspensum à priuilegio fori, nemo æquus Iudex dixerit. Atque adeò neque ex prima, aut altera breui habitus dimissione *ex reg. l. iam hoc iure §. sed si*, & ibi Bart. *num. 1. ff. de vulg. & pupil.*

18 Quintò habitus regularis adeò est annexus monachis, vt in quocunque loco consistentes, siue in lecto quiescentes, constanter eo vti debeant, *can. vidua 20. quæst. 1. & can. Sanctimoniales 23. d.* ita, vt temerè dimittentes, ipso facto excommunicentur *in cap. vt periculosa ne Cler. vel Monach. in 6.* Et nihilominùs religiosus, qui iocosa leuitate ad horam dimittit habitum, vt currat, & lapidem proijciat, in excommunicationem

non incidit, nec tanquam apostata amittit privilegia ordinis secundùm Paludanum, cuius sententiam dicit rationabilem Syluest. *v. excommunicatio 9. num.* 5. subdens, non censeri Religiosum dimittere habitum, si illum dimittat non dolosè, & cum assumptione alterius ad vtendum eo, sed ad horam voluptuosè nullo alio assumpto, vel assumpto quidem, sed ad solatium ex leuitate iocosa, non autem ad vtendum. Et fuit opinio Zenzelini, asserentis, professum non incidere in pęnas, si habitum dimittat cum assumptione alterius ad horam, non ad notabile tempus, Iudicis, aut boni viri arbitrio limitandum. Quia non dicitur quis assumpsisse, quod statim est dimissurus.

19 Ergo longè minùs ex dimissione habitus ad breue tempus incidere debet in pœnam amissionis priuilegij fori Clericus secularis, qui non est adeò adstrictus ad continuam, & nunquam interruptam habitus delationem, sicut Regularis. Et propterea idem Zenzilin. *in Clem. quoniam de vit. & honest. Cleric.* tenet, Clericum secularem, qui non continuè defert vestem virgatam, vel partitam, nec proprij vsus causa, sed ob festum socij, qui vxorem duxit, vel militiam, aut doctoratum assumpsit, non incidere in pœnam illius decretalis; quia talia rarò occurrunt, & iura coaptantur his, quæ sępè accidunt, *l. ex ijs cum duabus legib. seqq. ff. de leg.* & sequitur Siluestr. *loc. cit.*

20 Vltimò, si aliter responderetur, consequens esset, vt Clericus in minoribus nunquam ferè in causa criminali gauderet priuilegio fori. Quia committens delictum regulariter non incedit in habitu, atque ita Concilium statuisset de casu minus frequenti contra iura proximè citata.

21 Non obstat, quod regulariter attenditur tempus delicti, *l. 1. ff. de pœn.* Quia procedit quo ad pœnam imponendam à suo Iudice, non quoad Iudicis competentiam, vt declarat Dyn. *in l. idem Vlpianus ff. de excus. tut.*, quem refert Ioan. Andr. *in cap. vn. num. 19. de oblig. ad ratioc.*

22 Item non obstat dictum Alex. *cons.* 8. *lib.* 1. ex Baldo *in l. affinitatis C. commun. de succes.* quod attendi debeat tempus delicti ad cognoscendum, ad quem forum spectet cognitio. Quia negatur, Clericum in casu de quo agimus, deprehensum sine habitu, esse etiam pro illo tempore extra iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici ex prædictis. Deindè respondetur, hoc dictum procedere in fauorem fori Ecclesiastici, vt scilicet is, qui tempore commissi delicti resumpsit habitum, licèt eumdem posteà dimiserit, non possit à Iudice laico condemnari pro eo delicto. Et in his terminis loquitur Alexander post Doctores ibi citatos. Quod si acciperetur in alium sensum, aduersaretur decisioni S. Congregationis in causa Nuscana alibi relatæ.

23 Sicut non obstat, quod de Clerico coniugato videntur sentire Doctores *in d. cap. vn. de Cler. coniug. in 6.* Tum quia non loquuntur in terminis illius, qui solitus est habitum deferre. Tum quia de Clerico coniugato ad non coniugatum non infertur ad diminutionem priuilegiorum, quæ fortiùs inhærent non coniugato. Tum quia in iudicio præiudiciali status attenditur tempus, quod est magis fauorabile, *arg. §. sed & si quis instit. de ingen.* Ergo præualebit consuetudo deferendi habitum huic momento, quo deprehensus est, attenta consuetudine circumscripta alia consuetudine, quod Clericorum grauitas nocturnis vagationibus inepta est. Neque enim tunc viget ratio illa, ne Clerici vagentur inuerecundè non agniti per habitum proprium, quam in Clericis regularibus considerat textus *in d. cap. vt periculosa ne Cler. vel monach. in 6.* vt per Syluestr. vbi supra *num.* 43. ac magis dedecens est vagatio ipsa.

24 Cęterùm si talis Clericus noctu, aut interdiu sine habitu repertus à Iudice seculari ignoranter comprehensus, & in carcerem coniectus esset, excusaretur Iudex à sententia excommunicationis secundùm terminos *cap. Si Iudex laicus de sentent. excommunicat. in 6.* Habitus enim facit præsumptionem, vt quis iudicetur talis, qualem habitus, quem defert, demonstrat, vt *ibi*, & *in l. item apud §. Se quis ff. de iniur.* Feder. de Sen. *cons.* 13. *num.* 3. Et qualis actus apparet in sua figura, talis præsumitur in sui essentia, Paul. de Castr. *cons.* 261. *in princ. lib.* 2. Ac propterea Clerici incedentes in habitu seculari præsumuntur laici, & offendens eos, & interficiens non est excommunicatus, quia ignorantia non ligat animam, vt inquit Hieronym. Tort. consilio suo potest *cons. Buurij num.* 20. vbi plura allegat, & pręcipuè textum *in l. si ignorans ff. locati.*

Atqui si postea quam cognouit, illum esse Clericum, vellet eum inuitum retinere, aut recusaret ad Iudicem Ecclesiasticum remittere sub prætextu, quod talis Clericus gaudere non posset priuilegio fori, non euitaret censuras *d. cap. Si Iudex laicus, & can. Si quis suadente 17. quæst. 4.* 25

Porrò an Clerici reperti cum armis prohibitis ex forma proclamationum Principis secularis, possint à Iudice laico puniri, & quomodo facienda sit contra eos executio, quęrit, & soluit, Clar. *in §. fin. quæst.* 36. & Couar. *pract. quæst.* 33. *num.* 7. *& var. resol. lib. 2. cap.* 20. at nos dicemus *consult. seq.* 26

Ad tertium negatinè. Si enim Concilium voluisset in casu *d. cap. 6. sess.* 23. comprehendere etiam priuilegium Canonis, sicut statuit de priuilegio fori, statuere potuisset de priuilegio Canonis, vt in simili *in cap. ad audientiam de decim.* vel saltem communi vocabulo de priuilegio clericali dixisset iuxta *d. cap. vn. de Cler. coniug. in 6.* Quod igitur non est Sanctorum Patrum decreto sancitum, superstitiosis non est adinuentionibus præsumendum, *can. consuluisti 2. quæst. 5. & cap. inter Corporalia de translat. Episcop.* 27

Videtur etiam considerandum, limitationem quo ad fori priuilegium rationabilem esse tum propter querelas Officialium laicorum ad notata per Ioan. Andr. *in d. cap. vn.* tum vt Clerici in officio suo contineantur, illorumque malitijs obuietur, *cap. ex parte §. vlt. de priuil.* Tum propter Episcopos, qui meritò excluduntur, ne possint repetere Clericos incertis sedibus vagantes. Nam cum debuerint illos alicuius Ecclesiæ seruitio adscribere iuxta *d. cap.* 6. Tridentini, patiuntur etiam habitu dimisso incedere. Tum denique, quia ex hoc, quod foro seculari supponuntur Clerici, non irrogatur iniuria Ordini Clericali, cum authoritate Canonum supponantur, neque ipsis personis, quæ iure meritò iustitię subijciuntur. At priuilegium canonis nullius iurisdictionem lædit, refrænat laicos ab iniurijs inferendis Clericis, quibus infensi sunt, Glos. *in d. can. Si quis suadente 17. quæst.* 4. Si illo priuarentur, id contingeret interdum absque illorum culpa. Nam etsi in habitu, & tonsura incederent, honestamque vitam ducerent, quia tamen fortè alterius culpa, vel impedimento beneficia non obtinerent, vel Ecclesiæ de mandato Episcopi non inseruirent, destituerentur priuilegio Canonis in fauorem Cleri concesso, expositi non quidem Iudicum iudicijs, sed priuatorum iniurijs, ac violentis. 28

Accedit, quod Iudex laicus procedens contra Clericum, si modò violentia abstineat, de iure communi non est ipso facto excommunicatus, sed excommunicandus, nisi in casu *cap. quoniam de immun. Eccles. in 6.* secùs autem hodie ex Bulla in Cęna Domini, in qua vtroque casu Iudices seculares procedentes contra personas Ecclesiasticas, excommunicantur *can.* 15. Nec facit actum, qui reparari non possit, vbi cognouerit illum esse talem, qui Iudici Ecclesiastico remitti debeat iuxta *d. cap. Si Iudex laicus de sentent. excommunic. in 6.* At percutiens eum, quem scit, vel scire debet esse Clericum, incidit ipso facto in excommunicationem. Et tamen si limitatio Concilij haberet locum in priuilegio Canonis, pęna excommunicationis, etiamsi Clericus in habitu, & tonsura apertè incedens percussus esset, non censetur irrogata, nisi 29

idem

idem beneficium obtineret, vel Ecclesiæ, vt supra, inseruiret. Quod latere facilè potest percutientem, & interim iniuriam percusso illatam non aufert vltio Canonica. Cum igitur vrgeores rationes adsint, cum priuilegium fori limitari debuerit, priuilegium Canonis minimè non est recedendum à verbis, & mente verisimili ipsius Concilij, *vulg. l. non aliter ff. de leg. 3.*

30 Non obstat, quod facilius priuilegium canonis de iure amittitur, quàm fori priuilegium, *cap. perpendimus* cum ibi not. *de sentent. excommunic.* Quia ex hoc ipso dici potest particulariter prouidendum fuisse circa priuilegium fori, & quoad priuilegium Canonis satis prouisum antea fuisse. Neque est omittendum, communiter Doctores *ind. cap. perpenaumus* ex eo moueri, quod in textu ibi, & in *cap. Cum non ab homine de iudic.* fit mentio solùm de priuilegio Canonis. Vndè inferunt, non censeri idem dispositum de priuilegio fori.

31 Considerandum etiam, de iure communi in multis casibus Clericos supponi foro laicali, in quibus non gaudent priuilegio fori, vt in causa ciuili reconuentionis, *Can. cuius magendo 3. quæst. 8.* & notatur *in cap. 1. & 2. de mut. pet.* in causa feudali, *cap. Cæterum de iudic. cap. verum, & cap. ex transmissa eod.* in Clerico incorrigibili, vt *in d. cap. cum non ab homine eod.* Cum inuocat Episcopus brachij secularis ausilium, vt *in cap. nullus de for. comp.* Complures alios casus recenset Ostien. *in sum. de sentent. excommunic. §. quis possit excommunicare.* Alios ponit Glos. *in cap. fin. v. de iure de except. in 6.* & casus octodecim, in quibus Iudex secularis potest manus in personas Clericorum injicere sine metu excommunicationis, enumerat Bernard. Laurent. *in tract. hac de re edito inter tract. com. tom. 14. pag. 406.* & casum vnum, & viginti, in quibus Iudex laicus potest procedere contra personas Ecclesiasticas in causis criminalibus, & triginta tres in causis ciuilibus latè prosequitur Aufrer. *in tract. de potest. secul. super person. Ecclesi. in 1. & 2. reg.* Triginta duas limitationes ad regulam *cap. nullus de for. comp.* ponit Mar. Socin. *in cap. Si quis eod. tit. num. 15.* & sexaginta septem cumulat Carol. de Graf. *de effect. Cler. effect. 1. a num. 668. ad 1297.* inter quas omnium frequentissima est, quæ habetur ex iure nouissimo Concilij Tridentini *d. cap. 6. sess. 23.* & tamen in his omnibus casibus gaudent Clerici priuilegio Canonis. Ex quo apparet, ad priuationem priuilegij fori non sequi alterius priuilegij priuationem. Et quidquid esset de iure communi, cum in lege noua specialiter disponatur de vno priuilegio, ad aliud non est facienda illatio, præsertim in conclusionibus, seu limitationibus pęnalibus, *cap. pœna de pœnit. d. 1. cum concord.* de quibus *ibi* per Glos. *in v. non excedunt.*

32 Rursus Clerici hoc casu, quo supponuntur foro seculare, non videntur eximi omninò à foro spirituali, sed solummodò tunc non gaudent illo priuilegio. Vndè hinc licet tantummodò inferre, vt ipsi priuilegium exemptionis allegare nequeant, ad declinandam Iudicis secularis iurisdictionem, sed non licet inferre, quin Episcopus non præuentus possit illos iudicare, si pro Clericis adhuc publicè se gerant. Iam enim S. Congregatio consulta, *an decretum Concilij d. cap. 6. vers. Is etiam obstet Episcopo, quo minus iure suo animaduertere possit in delinquentem, qui alioquin ex eod m decreto fori priuilegio non gaudeat, respondit, Clericos in minoribus Ordinibus constitutos, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferentes Ecclesiæ deseruiant, vel in seminario, aut aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi versentur iuxta d. cap. 6. sess. 23. forum Iudicis laici declinare non posse, non tamen idem decretum obstare Episcopo, quominùs iure suo in huiusmodi Clericos delinquentes, si Clerici adhuc permaneant, possit animaduertere.*

33 Neque obstat, quod aliàs Concilium eluderetur. Episcopus enim hanc iurisdictionem sibi semper vindicaret, & sic indirectè huiusmodi Clerici gauderent fori priuilegio, & quod in causa Maceratensi decisum fuerit, Clericum, qui non incedebat in habitu, & tonsura, comprehensum, & detentum in carceribus Curiæ secularis, non fore remittendum ad Episcopum, qui tanquam suum Clericum repetebat; nam respondetur eo casu inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem esse locum præuentionis, quemadmodum postea resoluit S. Congregatio. Atque ita saluatur decisio Maceratensis, vbi reus reperiebatur in carcere, eratque pręuenta executio in personam iuxta decisionem Rotæ *dec. 3. de sentent. excommunicat. in nou.* saluatur iurisdictio Episcopi, qui ob culpam Clerici dimittentis habitum non amittit omninò ius in eum, Reipublicæ magis consulitur, quia minus periculi est, vt delicta remaneant impunita, & fraus in fraudulenti caput retorquetur; neque enim tanquam laicus euitabit Iudicem Ecclesiasticum, neque vt Clericus Iudicem laicum; nec dispositio Concilij contradicit; quia emanauit in odium dimittentis habitum, non autem in odium Episcopi, & verba diriguntur ad ipsum Clericum, vt non gaudeat priuilegio fori, non ad Iudicem Ecclesiasticum, vt illum habeat, tanquam exemptum, & alienum à sua iurisdictione, neque mens, neque verba Concilii violantur.

Ex quibus patet eò rationabilius Concilium ademisse Clericis tantummodò priuilegium fori, quò, eo sublato, nullum pręiudicium infertur iurisdictioni Ecclesiæ pręuenientis, & in eo militant rationes, quæ nullatenus considerari possunt in priuilegio Canonis. Demum hanc sententiam olim probauit eadem S. Congregatio. Nam, proposito dubio, *an Clerici, qui decreto Concilij cap. 6. sess. 23. priuilegio fori priuantur, intelligantur etiam priuati priuilegio Canonis dies 16. Octobris 1582. S. Congregatio censuit, non intelligi priuatos.* 34

CONSVLTATIO XXXII.

Supposito Principis secularis edicto ad bonum publicum lato de armis non ferendis, aut domi retinendis. Quæritur.

1 *Primò, an Clerici ex Episcopi licentia possint eadem arma deferre, ac retinere ita, vt eiusmodi licentia non ab eodem Principe, sed ab Episcopo tantùm sit eis concedenda?*

2 *Secundò, an Episcopi familia, de ipsius Episcopi licentia impunè vti possit quouis armorum genere perinde, ac familia Principis secularis?*

QVod ad primum. Sunt qui putant, huiusmodi edicto ligari Clericos, non modo vi directiua rationis, sed etiam coactiua ita, vt si arma contra Principis laici probibitionem detulerint, possint ciuiliter puniri à secularibus Iudicibus. Ita pręcæteris Ioan. Fab. *in l. addictos v. vltio procedat C. de Episcop. aud.* Aufrer. *in tract. de potest. secul. seu in repet. Clem. 1. de offic. Ordin. num. 21.* Gulielm. de Benedict. *in repet. cap. Raynutius, v. & vxorem num. 36.* Ioan. Redin. *in tract. de maiest. Princip. v. non armis solum decoratam par. 2. num. 162. & seq.* vbi nititur hanc opinionem tueri rationibus, & authoritatibus. 1

Alij verò quamplures arbitrantur, Clericos teneri tantum edicto laicali vi directiua rationis ita, vt propterea possint quidem à Curia seculari armis spoliari, sed non puniri, etiam ciuiliter, cum hoc sit iurisdictionis, ideòque pœnam esse petendam à Iudice Ecclesiastico tantùm. Huius sententiæ sunt Ioan. de Platea *in §. item lex Iulia instit. de publ. iudic.* Ioan. Lup. *in repet. cap. per vestras in 2. not. §. 1. num. 13. de donat. inter vir. & vx.* Afflict. *in constit. Intentionis num. 13. in fin. de illicit. port. armor.* Couar. *pract. q. 33.* 2

num. 7. & var. resol. cap. 20. in fin. lib. 2. Menoch. de arb. cas. 394. num. 31. & seq. Clar. in §. fin. quæst. 36. vbi testatur, hanc esse magis communem opinionem, Sot. in 4. d. 25. quæst. 2. ar. 2. concl. 4. & Farinac. de arm. quæst. 8. num. 96.

3 Horum plerique probant vsque adeò licere familiæ seculari Clericos cum armis deprehensos absque metu excommunicationis apprehendere, atque armis spoliare, vt nec deinde teneantur eadem arma restituere Iudici Ecclesiastico, vti opinantur Couarruuias, Clarus, & quidam alij locis citatis, vbi præcipue Couarruuias ita inquit: *Censeo, Clericum quemcumque arma prohibita portantem posse per secularem Iudicem, & ministrum laica iurisdictionis armis his spoliari, & priuari absque vllo metu excommunicationis. Hoc enim ad secularem Iudicem, & Republica rectorem dubio procul pertinet, nec compelli poterit Iudex secularis à Iudice Ecclesiastico arma illa restituere. Siquidem laica lex arma prohibere potuit, eaque prohibitio Clericos etiam complectitur, vt probauimus superius. Et licèt non possit Iudex secularis punire Clericum, arma prohibita portantem, pœna etiam pecuniaria, ipsa tamen arma, quibus armatus deprehensus Clericus est, iustissimè potest idem auferre, nec est lex diuina, vel humana, qua contrarium probet. Immò hæc consuetudo, aut tacita iuris permissio sanctissima est, atque in maximam vergit Republica vtilitatem.* Ita Couarruuias, cuius verba multa, ratio nulla,

4 Hæc opinio sopponit illud principium, quod lex ciuilis generaliter lata ob bonum publicum, & commune tam laicorum, quàm Clericorum vtilitatem, etiam Clericos comprehendat, saltem vi directiua, & ex vi dictaminis rationis, cum & ipsi sint ciues, ac membra Reipublicæ. Quod docuit Glos. in can. generaliter v. necessitatis 16. quæst. 1. Salicet. in auth. cassa num. 12. C. de Sacros. Eccles. Calder. cons. 2. col. 3. de refor. comp. Barbat. cons. 1. col. 12. lib. 3. Abb. in cap. non minus col. fin. ad fin. de immun. Eccles. Paul. de Castr. in l. ad instructionem C. de Sacros. Eccles. Natt. cons. 311. num. 4. Gulielm. de Benedict. in d. cap. Raynutius d. v. num. 70. Bellam. cons. 45. in princ. post Innocentium inter consilia eiusdem Bellameræ cons. 46. num. 4. & 47. Idque alijs relatis comprobat Fagnan. in tract. de iust. & valid. censur. Pauli V. par. 3. vers. Quinto arguitur. Ideòque Cardinalis Bellarminius tom. 2. contr. lib. 1. cap. 28. an Clerici sint liberi à iugo potestatis secularis in secunda propositione, cum primo docuisset, Clericos quoad vim rationis directiuam, non autem coactiuam ligari constitutione Principis, iubentis neminem noctu armis incedere, subdit deindè. *Nam Clerici præterquamquod Clerici sunt, sunt etiam ciues, & partes quædam Republica politica. Igitur vt tales viuere debent ciuilibus legibus. Non sunt autem aliæ, quàm quæ à Magistratu politico lata sunt*, Valentia tom. 4. disp. 9. quæst. 5. punct. 4. in princ. *Igitur illas Clerici seruare debent, alioquin magna confusio, & perturbatio in Republica orietur, si Clerici non seruarent politicas leges in rebus humanis, & politicis.* Hæc Bellarminus.

5 Hæc tamen non carent difficultate. Nam in contrarium vrget textus in l. placet C. de Episcop. & Cleric. vbi dicitur, *Clerici cum publicis actionibus, vel ad Curiam pertinentibus, cuius corpori non sunt annexi, nihil commune habeant*. Per quem textum Abb. in d. cap. non minus in fin. de immunit. Eccles. tenet, Clericos non esse de vniuersitate laicorum, & allegat Innoc. in cap. Dilecta de excess. Prælat. & sequuntur Thom. Parpal. in rep. d. l. Placet, & Io. Maur. in l. vn. C. de mulier. in quo loco lib. 10. Quod absque dubio procedit in odiosis, in quibus Clerici non comprehenduntur appellatione populi. cap. sententia de sentent. excommunic. in 6. & est communis opinio, vt testatur Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ n. 36. de constit. Licèt secus sit in fauorabilibus, cap. dilect. de for. comp. ibique Abb. num. 3. in 2. notab. Anchar. Imol. & Abb. in cap. 1. de præb. Præpos. in con. de ijs 12. d.

Verùm esto sententia Couarruuiæ, & aliorum sit vera in ea parte, in qua affirmat, Clericos ligari edicto Principis ex dictamine, ac vi directiua rationis tantùm, vt & nos alibi diximus. At certè nullo iure defendi potest in alia parte, in qua vult Clericos posse à Curia seculari apprehendi, atque armis spoliari. Nam aut executor, vel officialis Curiæ secularis apprehendit Clericum, eumque armis vi spoliat de facto, & tanquam priuata persona, & tunc non excusatur à violenta manuum iniectione. Quia sicut non liceret alteri priuato Clericum sistere, repellere, dimouere, aut aliquid ex eius manibus per vim abstrahere absque incursu censurarum Canonis Si quis suadente 17. quæst. 4. vt illic omnes notant, & in cap. peruenit, & in cap. tua nos de sentent. excommunicat. ita nec licebit hoc ministro seculari, si de facto, & tanquam priuatus procedat per textum in cap. Si vero 1. in fine de sentent. excommunicat. cui responderi non potest, vt inquit Aretin. in cap. cum non ab homine de iudic. Vbi propterea miratur de Doctoribus contrarium afferentibus contra casum illius decretalis, & cum eo sentit Felin. in d. cap. Si vero num. 2. 6

Si autem Clericum sistat, & armis priuet, tanquam officialis, & executor Curiæ secularis, tunc negari non potest, quin huiusmodi actus sit iurisdictionis, cum procedat à Curiæ ministro, tanquam ministro, & de mandato Iudicis secularis. Executio enim est pars iurisdictionis, cap. si delegatus de offic. delig. in 6. Io. de Anan. in cap. Significasti in fin. eod. tit. Quinimmò quo ad personas alioquin non subditas in multis casibus iura permittunt cognitionem, sed non executionem, vt l. à Diuo Pio ff. de re iud. Glos. 1. in Clem. 1. de for. comp. fusè Anchar. in cap. eam, quæ num. 25. de reg. iur. in 6. & patet ex notatis ab Innoc. in d. cap. Significasti in fine. Quare palam est; tam ipsum executorem, qui Clericum armis spoliat, quàm Iudicem mandantem incidere in excommunicationem statutam in cap. vt famæ de sentent. excommunic. & in Bulla Cœnæ can. 17. vt in specie aduertit Nauarrus, Magister Couarruuiæ in man. cap. 27. num. 71. & Bellarm. loc. alleg. in 2. propositione.

Neque vrget ratio, quod Clerici sint membra Reipublicæ ciuilis, & quod non deceat eos publicam tranquillitatem perturbare. Nam hæc ratio solùm concludit, eos teneri ex rationis dictamine ad obseruantiam legis secularis, vt censent Auctores postremò citati. Sed inde non potest inferri, vt, si eam non obseruent, sint eis arma auferenda per familiam secularem. Habent enim suos Iudices Ecclesiasticos, à quibus apprehendi, armis spoliari, ac pro modo culpæ coerceri, & puniri valeant. Vndè opinio Couarruuiæ, tanquam periculosa ob metum censurarum, minùs vera, & quæ aduersatur Ecclesiasticæ libertati, nullo modo est sequenda in praxi, nec eam sequi solent Iudices timoratæ conscientiæ, cum præsertim non desint Auctores, maximè ex recentioribus, qui eam refellunt. Vide Suarez lib. 4. defens. cap. 34. num. 14. & Del bene de immun. cap. 7. dub. 7. 8

Ceterùm & edictum Magistratus secularis arma prohibentis obliget Clericos vi directiua rationis, non tamen hinc sequitur, vt Episcopus non possit ex iusta causa licentiam deferendi arma eodem edicto prohibita, suis subditis impertire. 9

Neque enim fas est Clericis Iudicem secularem adire pro huiusmodi licentia obtinenda, à quo Iure diuino, & humano exempti sunt, vt aliàs probauimus. Et cum Princeps secularis possit eam suis subditis in suo territorio tribuere, nulla ratio suadet, cur non idem liceat Episcopo, cum & ipse habeat merum imperium in sua diœcesi, can. Si quis Episcopus, ibique Glos. v. quia alibi 2. quæst. 7. Gundisal. de hæret. quæst. 11. num. 16. & seq. Ideòque posse Episcopum huiusmodi licentiam concedere, supponit Præpos. in can. Clericum 50. d. Marsil. in pr. crim. 10

§. pro

§. *pro complemento sub n.* 4. & Guido pap. *dec.* 437. *n.* 7.

11 Cum itaque Episcopus possit hanc licentiam impertire, manifestum etiam est non legem laicam prohibentem, sed Ecclesiasticam concedentem esse quoad Clericos obseruandam. Neque enim est habenda ratio legis secularis, quando opponitur canonicæ, *cap.* 1. vbi Glossa, & Doctores *de nou. oper. nunc.* Bero. *cons.* 196. *n.* 23. *lib.* 1. & in specie Bellarm. *d. num.* 1. *cap.* 27. *propos.* 2. vbi affirmat Clericos, ne vi quidem directiua rationis ligari huiusmodi lege ciuili, quando aduersatur Ecclesiasticæ. Atque ita cum pugnent hoc casu prohibitio laici, & concessio Ecclesiastici, lex vtriusque obseruanda erit quoad suos subditos, Glos. *in cap. possessor de reg. iur. in* 6. & ibi Ioan. Andr. *in Mercur.* Butr. in *cap. Clerici num.* 12. ibique Abb. *n.* 2. *de iudic.* Felin. *d. cap. Ecclesia S. Mariæ num.* 43. *de constit.*

12 Neque obstat, quod cum Princeps secularis possit suo edicto Clericos ligare, saltem ex rationis dictamine, poterit quoque illos à nexu huiusmodi obligationis absoluere, atque ita licentiam deferendi arma concedere, cum eadem sit soluendi, ac ligandi potestas, *can. Verbum de pænit. d.* 1. *cap. cum inferior de maior. & obed.* Feder. de Sen. *cons.* 14. *n.* 4. *in* 2. *q.*

13 Nam respondetur, Clericos duobus modis ab huiusmodi edicto absolui posse. Primò cum Princeps generaliter reuocat legem, quam considerat de armis non deferendis. Et tunc non est dubitandum, quin etiam Clerici sint soluti à lege, cui ex vi rationis subijciebantur; sublata enim est vis legis ex ipsius conditoris reuocatione, Glos. *can. in istis* § *leges* 4. *d.* Bartol. *in l. omnes populi in fin. de iust. & iur.* Glos. & Doctores *in cap.* 1. *de constit.* vbi Dec. *num.* 37.

14 Secundò absolui possunt Clerici à dicta obligatione nominatim, cum scilicet Princeps relaxat legis vinculum in specie quoad Clericos per concessionem licentiæ, & hoc non licet. Quia quæcumque lex secularis, quæ specialiter, & nominatim de Clericis, vel rebus Ecclesiasticis statuit, etiamsi in eorum fauorem sit lata, nulla est ex defectu potestatis, vt probat textus expressus *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ*, illis verbis: *Quod Ecclesiarum etiam respiciat commodum, & fauorem.* Ergo quemadmodum non posset laicus Clericis nominatim prohibere armorum delationem, ita nec poterit illis hanc licentiam speciatim impertire, cum vtroque casu careat iurisdictione, à qua potestas statuendi dependet, *l. fin. ff. de iurisd. omn. Iud.*

15 Quod euidenter alia etiam ratione probatur. Nam non est dubitandum, quin vsus armorum lege canonica sit Clericis interdictus. Id enim sancitum est *in cap. Clerici*, vbi Glos. & omnes *de vit. & honest. Cler. in Clem.* 1. *eod. tit.* & *in can. Clerici*, *& seqq.* 13. *q.* 8. Quod latiùs prosequitur Marsil. *in pr. crim.* § *pro complemento huius operis num.* 1. *& seq.* & Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *n.* 31. Itaque, si admittamus, Clericos ligari etiam edicto laicali de armis non deferendis, manifestum erit, illos constringi hac in re duplici vinculo obligationis, idest ciuilis, & canonici. At Princeps secularis quamuis tollere possit vinculum à se iniectum, sublata suæ legis obligatione, nulla tamen ratione poterit eximere Clericos sibi aliàs non subditos ab obligatione Iuris canonici; facultas enim, & iusta causa super hoc iure dispensandi non secularibus potestatibus, sed Ecclesiasticæ tantum est à Christo Domino attributa, *cap. translato*, ibique Abb. in *sum.* & cæteri *de constit.* & habetur 96. *d. per tot.* Doctores *in cap. per venerabilem*, *qui fil. sint legit.* Specul. *in tit. de legat.* § *postremò* cum alijs adductis per Ruin. *cons.* 75. *n.* 2. *vol.* 3.

16 Ex his omnibus patet, Clericis nihil prodesse licentiam cum armis incedendi à seculari potestate impertitam, sed opus esse, vt nexus iure canonico iniectus ab Ecclesiastico Iudice relaxetur.

17 Quod verò ad secundum censeo similiter, familiam Episcopi quouis genere armorum impunè vti posse perinde, ac familiam Curiæ secularis. Nam lex ciuilis prohibens generaliter vsum armorum, vt *C. vt armorum vsus lib.* 11. *& in rubr. de Fabric. eod. lib.* & *in auth. de arm.* §. *Si autem*, non comprehendit familiam Episcopi, vt scripsit Bald. *in l.* 3. §. *ait enim ff. de offic. Præf. Vigil.* vbi ex textu illo: *nota*, inquit, *Officiales communes posse, ac debere portare arma. Et idem puto de familia Episcopi, cum ipse habeat imperium in sua diœcesi.* Et sequuntur Marsil. *loc. cit. num.* 5. Socim. *reg.* 30. *in* 1. *fall.* Barbat. *de Cardin. leg. q.* 5. *num.* 17. Amed. *de syndic. num.* 92. vbi propterea reprehendit quemdam Iudicem, qui iussit capi familiarem Episcopi pro delatione armorum, & Menoch. *d. casu* 394. *num.* 6.

18 Quæ conclusio ijsdem ferè nititur fundamentis, quibus primæ quæstionis solutio. Nam cum familia Episcopi sit exempta à iurisdictione seculari, sitque de foro Ecclesiæ, *cap. fin.* vbi omnes *de offic. Archid.* Dec. *in cap. cum non ab homine num.* 4. *de iud.* & de communi testatur Abb. *in cap.* 2. *num.* 6. *de for. comp.* & nos *in tom.* 1. tenetur seruare legem Episcopi vsum armorum concedentis, non edictum laici prohibentis.

19 Neque his obstat, quod Episcopus pro executione iustitiæ debeat implorare auxilium brachij secularis, *can. administratores*, *& can. Principes* 23. *q.* 5. & quod, sicut pro spiritualibus debent Principes recurrere ad Ecclesiam, ita in temporalibus debeant Prælati recurrere ad Principes seculares, *can. Cum ad verum*, *& can. Imperator* 96. *d.* Nec promiscuis actibus sunt eorum officia perturbanda, *l. Consulta diualia C. de testam.* Pulchrè Oldrad. toto *cons.* 83.

20 Quia respondetur, hoc idem obseruari inter seculares Iudices, vt vnus imploret auxilium alterius, vbi vires ipsius non sufficiunt ad exequendum, quod sibi incumbit per textum *in l. Si quis in hoc genus C. de Episcop. & Cler.* sed & Iudices seculares in subsidium inuocant auxilium Ecclesiæ, vbi per se non possunt suos subditos coercere, vt notat. Innoc. *in cap. licèt ex suscepto de for. comp.* Ergo hinc non benè infertur, vt Ecclesia non habeat potestatem exequendi etiam per suos ministros.

21 Et propterea iura non statuunt præcisè, vt Episcopus teneatur implorare brachium seculare, sed adiectis verbis: *Si opus fuerit*, *vt in cap.* 1. ibi: *Et cum opus fuerit publicum conuocent auxilium*, *de offic. Ord. in cap. periculoso.* §. *vltim. inuocato, si opus fuerit*, *de stat. Regul. in* 6. innouato à Concilio Trident. *in cap.* 5. *sess.* 25. *de Regul.* & sæpè alibi. Per quod insinuant, esse arbitrarium Episcopo ad brachij secularis inuocationem confugere, cum sibi vires non suppetunt ad iustitiam exequendam.

22 Minùs obstat, quod Ecclesiæ sit interdicta executio gladij temporalis, cum Petro Dominus dixerit: *Conuerte gladium tuum in locum suum*, vt legitur, & notatur *in cap. nouit de iudic. & in sum.* 23. *quæst.* 8. & arma Clericorum sint lachrymæ, & orationes, *can. Commemor. ead. caus. & q.*

23 Nam Ecclesia non habet gladium materialem ad mortem alicui inferendam, vel membri mutilationem. Et in hunc sensum accipienda sunt iura in contrarium adducta, vt plenè notatur *in d. cap. Cum non ab homine de iud. & in cap. nouimus de verb. signif.* At secùs est ad exequendam iustitiam sibi incumbentem, vt patet ex *Clem.* 2. § *fin. de hæret.* vbi tribuitur facultas Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, vt possint armatos officiales habere. Ex quo innuitur, penes Ecclesiam esse hanc potestatem vtendi officialibus armatis in criminalibus ad suum forum pertinentibus. Alioquin non potuisset ea Inquisitoribus concedere, facitque ad id *extrauag. Vnam Sanctam de maior. & obed.* Atque ita contrarias oppositiones Abbatis *in d. cap. significasti de offic. deleg.* diluit Gundizal. Villadieg. *de hæret. d. quæst.* 11. *num.* 16. subsedens, sic obseruare communem vsum. Legendus item Del bene *de immun. cap.* 4. *dub.* 15. *sect.* 2. *& d. cap.* 10. *dub.* 8. *&* 11.

24 Accedit, quod ex decreto S. Concilij Trid. *cap.* 3. *sess.* 25. Episcopus, antequam vtatur gladio excommunicationis

num.7. & var. resol.cap.20. in fin. lib. 2. Menoch. *de arb. cas. 394. num. 31. & seq.* Clar. *in §. fin. quæst. 36.* vbi testatur, hanc esse magis communem opinionem, Sot. *in 4. d.25. quæst. 2. ar. 2. concl. 4.* & Farinac. *de arm. quæst. 8. num. 96.*

3 Horum plerique probant vsque adeò licere familiæ seculari Clericos cum armis deprehensos absque metu excommunicationis apprehendere, atque armis spoliare, vt nec deinde teneantur eadem arma restituere Iudici Ecclesiastico, vti opinantur Couarruuias, Clarus, & quidam alij locis citatis, vbi præcipuè Couarruuias ita inquit: *Censeo, Clericum quemcumque arma prohibita portantem posse per secularem Iudicem, & ministrum laicæ iurisdictionis armis hic spoliari, & priuari absque vllo metu excommunicationis. Hoc enim ad secularem Iudicem, & Reipublicæ rectorem dubio procul pertinet, nec compelli poterit Iudex secularis à Iudice Ecclesiastico arma illa restituere. Siquidem laica lex arma prohibere potuit, eaque prohibitio Clericos etiam complectitur, vt probauimus superius. Et licèt non possit Iudex secularis punire Clericum, arma prohibita portantem, pœna etiam pecuniaria, ipsa tamen arma, quibus armatus deprehensus Clericus est, iustissimè potest idem auferre, nec est lex diuina, vel humana, quæ contrarium probet. Immò hæc consuetudo, aut tacita iuris permissio sanctissima est, atque in maximam vergit Reipublicæ vtilitatem.* Ita Couarruuias, cuius verba multa, ratio nulla,

4 Hæc opinio supponit illud principium, quod lex ciuilis generaliter lata ob bonum publicum, & commune tam laicorum, quàm Clericorum vtilitatem, etiam Clericos comprehendat, saltem vi directiua, & ex vi dictaminis rationis, cum & ipsi sint ciues, ac membra Reipublicæ. Quod docuit Glos. *in can. generaliter v. necessitatis 16. quæst. 1.* Salicet. *in auth. cassa num. 12. C. de Sacros. Eccles.* Calder. *cons. 2. col. 3. de refor. comp.* Barbat. *cons. 1. col. 12. lib. 3.* Abb. *in cap. non minus col. fin. ad fin. de immun. Eccles.* Paul. de Castr. *in l. ad instructionem C. de Sacros. Eccles.* Natt. *cons. 311. num. 4.* Gulielm. de Benedict. *in d. cap. Raynucius d. v. num. 70.* Bellam. *cons. 45. in princ.* post Innocentium inter consilia eiusdem Bellameræ *cons. 46. num. 4. & 47.* Idque alijs relatis comprobat Fagnan. *in tract. de iust. & valid. censur. Pauli V. par. 3. vers. Quinto arguitur.* Ideòque Cardinalis Bellarminus *tom. 2. contr. lib. 1. cap. 28.* an Clerici sint liberi à iugo potestatis secularis in secunda propositione, cum primo docuisset, Clericos quoad vim rationis directiuam, non autem coactiuam ligari constitutione Principis, iubentis neminem noctu armis incedere, subdit deindè. *Nam Clerici præterquamquod Clerici sunt, sunt etiam ciues, & partes quædam Reipublicæ politicæ. Igitur vt tales viuere debent ciuilibus legibus. Non sunt autem aliæ, quàm quæ à Magistratu politico latæ sunt, Valentia tom. 4. disp. 9. quæst. 5. punct. 4. in princ. Igitur illas Clerici seruare debent, alioquin magna confusio, & perturbatio in Republica orietur, si Clerici non seruarent politicas leges in rebus humanis, & politicis.* Hæc Bellarminus.

5 Hæc tamen non carent difficultate. Nam in contrarium vrget textus *in l. placet C. de Episcop. & Cleric.* vbi dicitur, *Clerici cum publicis actionibus, vel ad Curiam pertinentibus, cuius corpori non sunt annexi, nihil commune habeant.* Per quem textum Abb. *in d. cap. non minus in fin. de immunit. Eccles.* tenet, Clericos non esse de vniuersitate laicorum, & allegat Innoc. *in cap. Dilecta de exces. Prælat.* & sequuntur Thom. Parpal. *in rep. d. l. Placet*, & Io. Maur. *in l. vn. C. de mulier. in quo loco lib. 10.* Quod absque dubio procedit in odiosis, in quibus Clerici non comprehenduntur appellatione populi, *cap. sententia de sentent. excommunic. in 6.* & est communis opinio, vt testatur Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ n. 36. de constit.* Licèt secus sit in fauorabilibus, *cap. dilect. de for. comp.* ibique Abb. *num. 5. in 2. notab.* Anchar. Imol. & Abb. *in cap. 1. de præb. Præpos. in con. de ijs 12. d.*

Verùm esto sententia Couarruuiæ, & aliorum sit vera in ea parte, in qua affirmat, Clericos ligari edicto Principis ex dictamine, ac vi directiua rationis tantùm, vt & nos alibi diximus. At certè nullo iure defendi potest in alia parte, in qua vult Clericos posse à Curia seculari apprehendi, atque armis spoliati. Nam aut executor, vel officialis Curiæ secularis apprehendit Clericum, eumque armis vi spoliat de facto, & tanquam priuata persona, & tunc non excusatur à violenta manuum iniectione. Quia sicut non liceret alteri priuato Clericum sistere, repellere, dimouere, aut aliquid ex eius manibus per vim abstrahere absque incursu censurarum Canonis *Si quis suadente 17. quæst. 4.* vt illic omnes notant, & *in cap. peruenit, & in cap. tua nos de sentent. excommunicat.* ita nec licebit hoc ministro seculari, si de facto, & tanquam priuatus procedat per textum in *cap. Si vero 1. in fine de sentent. excommunicat.* cui responderi non potest, vt inquit Aretin. *in cap. cum non ab homine de iudic.* Vbi propterea miratur de Doctoribus contrarium asserentibus contra casum illius decretalis, & cum eo sentit Felin. *in d. cap. Si vero num. 2.* 6

Si autem Clericum sistat, & armis priuet, tanquam officialis, & executor Curiæ secularis, tunc negari non potest, quin huiusmodi actus sit iurisdictionis, cum procedat à Curiæ ministro, tanquam ministro, & de mandato Iudicis secularis. Executio enim est pars iurisdictionis, *cap. si delegatus de offic. delig. in 6.* Io. de Auao. *in cap. Significasti in fin. eod. tit.* Quinimmò quo ad personas alioquin non subditas in multis casibus iura permittunt cognitionem, sed non executionem, vt *l. à Diuo Pio ff. de re iud.* Glos. 1. *in Clem. 1. de for. comp.* fusè Anchar. *in cap. eam, quæ num. 15. de reg. iur. in 6.* & patet ex notatis ab Innoc. *in d. cap. Significasti in fine.* Quare palam est; tam ipsum executorem, qui Clericum armis spoliat, quàm Iudicem mandantem incidere in excommunicationem statutam *in cap. vt famæ de sentent. excommunic.* & in Bulla Cœnæ *can. 17.* vt in specie aduertit Nauarrus, Magister Couarruuiæ *in man. cap. 27. num. 71.* & Bellarm. *loc. alleg. in 2. propositione.*

Neque vrget ratio, quod Clerici sint membra Reipublicæ ciuilis, & quod non deceat eos publicam tranquillitatem perturbare. Nam hæc ratio solùm concludit, eos teneri ex rationis dictamine ad obseruantiam legis secularis, vt censent Auctores postremò citati. Sed inde non potest inferri, vt, si eam non obseruent, sint eis arma auferenda per familiam secularem. Habent enim suos Iudices Ecclesiasticos, à quibus apprehendi, armis spoliari, ac pro modo culpæ coerceri, & puniri valeant. Vndè opinio Couarruuiæ, tanquam periculosa ob metum censurarum, minùs vera, & quæ aduersatur Ecclesiasticæ libertati, nullo modo est sequenda in praxi, nec eam sequi solent Iudices timoratæ conscientiæ, cum præsertim non desint Auctores, maximè ex recentioribus, qui eam refellunt. Vide Suarez *lib. 4. defens. cap. 34. num. 14.* & Del bene *de immun. cap. 9. dub. 7.* 8

Ceterùm & edictum Magistratus secularis arma prohibentis obliget Clericos vi directiua rationis, non tamen hinc sequitur, vt Episcopus non possit ex iuxta causa, licentiam deferendi arma eodem edicto prohibita, suis subditis impertire. 9

Neque enim fas est Clericis Iudicem secularem adire pro huiusmodi licentia obtinenda, à quo Iure diuino, & humano exempti sunt, vt aliàs probauimus. Et cum Princeps secularis possit eam suis subditis in suo territorio tribuere, nulla ratio suadet, cur non idem liceat Episcopo, cum & ipse habeat merum imperium in sua diœcesi, *can. Si quis Episcopus*, ibique Glos. *v. quia alibi 2. quæst. 7.* Gundisal. *de hæret. quæst. 11. num. 16. & seq.* Ideòque posse Episcopum huiusmodi licentiam concedere, supponit Præpos. *in can. Clericum 50. d.* Marsil. *in pr. crim.* 10

§. pro

§. *pro complemento sub n.* 4. & Guido pap. *dec.* 437. *n.* 7.

11 Cum itaque Episcopus possit hanc licentiam impertire, manifestum etiam est non legem laicam prohibentem, sed Ecclesiasticam concedentem esse quoad Clericos obseruandam. Neque enim est habenda ratio legis secularis, quando opponitur canonicæ, *cap.* 1. vbi Glossa, & Doctores *de nou. oper. nunc.* Bero. *conf.* 196. *n.* 23. *lib.* 1. & in specie Bellarm. *d. num.* 1. *cap.* 27. *propos.* 2. vbi affirmat Clericos, ne vi quidem directiua rationis ligari huiusmodi lege ciuili, quando aduersatur Ecclesiasticæ. Atque ita cum pugnent hoc casu prohibitio laici, & concessio Ecclesiastici, lex vtriusque obseruanda erit quoad suos subditos, Glos. *in cap. possessor de reg. iur. in* 6. & ibi Ioan. Andr. *in Mercur.* Burr. in *cap. Clerici num.* 12. ibique Abb. *n.* 2. *de iudic.* Felin. *d. cap. Ecclesia S. Mariæ num.* 43. *de constit.*

12 Neque obstat, quod cum Princeps secularis possit suo edicto Clericos ligare, saltem ex rationis dictamine, poterit quoque illos à nexu huiusmodi obligationis absoluere, atque ita licentiam deferendi arma concedere, cum eadem sit soluendi, ac ligandi potestas, *can. Verbum de pœnit. d.* 1. *cap. cum inferior de maior. & obed.* Feder. de Sen. *conf.* 14. *n.* 4. *in* 2. *q.*

Nam respondetur, Clericos duobus modis ab huius-
13 modi edicto absolui posse. Primò cum Princeps generaliter reuocat legem, quam considerat de armis non deferendis. Et tunc non est dubitandum, quin etiam Clerici sint soluti à lege, cui ex vi rationis subijciebantur; sublata enim est vis legis ex ipsius conditoris reuocatione, Glos. *can. in istis* § *leges* 4. *d.* Bartol. *in l. omnes populi in fin. de iust. & iur.* Glos. & Doctores *in cap.* 1. *de constit.* vbi Dec. *num.* 37.

14 Secundò absolui possunt Clerici à dicta obligatione nominatim, cum scilicet Princeps relaxat legis vinculum in specie quoad Clericos per concessionem licentiæ, & hoc non licet. Quia quæcumque lex secularis, quæ specialiter, & nominatim de Clericis, vel rebus Ecclesiasticis statuit, etiamsi in eorum fauorem sit lata, nulla est ex defectu potestatis, vt probat textus expressus *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ*, illis verbis: *Quod Ecclesiarum etiam respiciat commodum, & fauorem.* Ergo quemadmodum non posset laicus Clericis nominatim prohibere armorum delationem, ita nec poterit illis hanc licentiam speciatim impertire, cum vtroque casu careat iurisdictione, à qua potestas statuendi dependet, *l. fin. ff. de iurisd. omn. Iud.*

15 Quod euidenter alia etiam ratione probatur. Nam non est dubitandum, quin vsus armorum lege canonica sit Clericis interdictus. Id enim sancitum est *in cap. Clerici*, vbi Glos. & omnes *de vit. & honest. Cler. in Clem.* 1. *eod. tit.* & *in can. Clerici, & seqq.* 13. *q.* 8. Quod latiùs prosequitur Marsil. *in pr. crim.* §. *pro complemento huius operis num.* 1. *& seq.* & Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *n.* 31. Itaque, si admittamus, Clericos ligari etiam edicto laicali de armis non deferendis, manifestum erit, illos constringi hac in re duplici vinculo obligationis, idest ciuilis, & canonici. At Princeps secularis quamuis tollere possit vinculum à se iniectum, sublata suæ legis obligatione, nulla tamen ratione poterit eximere Clericos sibi aliàs non subditos ab obligatione Iuris canonici; facultas enim, & iusta causa super hoc iure dispensandi non secularibus potestatibus, sed Ecclesiasticæ tantùm est à Christo Domino attributa, *cap. translata*, ibique Abb. in *sum.* & cæteri *de constit.* & habetur 96. *d. per tot.* Doctores *in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Specul. *in tit. de legat.* §. *postremò* cum alijs adductis per Ruin. *conf.* 75. *n.* 2. *vol.* 3.

16 Ex his omnibus patet, Clericis nihil prodesse licentiam cum armis incedendi à seculari potestate impertitam, sed opus esse, vt nexus iure canonico iniectus ab Ecclesiastico Iudice relaxetur.

17 Quod verò ad secundum censeo similiter, familiam Episcopi quouis genere armorum impunè vti posse perinde, ac familiam Curiæ secularis. Nam lex ciuilis prohibens generaliter vsum armorum, vt *C. vt armorum vsus lib.* 11. *& in rubr. de Fabric. eod. lib.* & *in auth. de arm.* §. *Si autem*, non comprehendit familiam Episcopi, vt scripsit Bald. *in l.* 3. §. *ait enim ff. de offic. Præf. Vigil.* vbi ex textu illo: *nota*, inquit, *Officiales communes posse, ac debere portare arma. Et idem puto de familia Episcopi, cum ipse habeat imperium in sua diœcesi.* Et sequuntur Marsil. *loc. cit. num.* 5. Socin. *reg.* 30. *in* 1. *fall.* Barbat. *de Cardin. leg. q.* 5. *num.* 17. Amed. *de syndic. num.* 92. vbi propterea reprehendit quemdam Iudicem, qui iussit capi familiarem Episcopi pro delatione armorum, & Menoch. *d. casu* 394. *num.* 6.

Quæ conclusio ijsdem ferè nititur fundamentis, 18
quibus primæ quæstionis solutio. Nam cum familia Episcopi sit exempta à iurisdictione seculari, sitque de foro Ecclesiæ, *cap. fin.* vbi omnes *de offic. Archid.* Dec. *in cap. cum non ab homine num.* 4. *de iud.* & de communi testatur Abb. *in cap.* 2. *num.* 6. *de for. comp.* & nos *in tom.* 1. tenetur seruare legem Episcopi vsum armorum concedentis, non edictum laici prohibentis.

Neque his obstat, quod Episcopus pro executio- 19
ne iustitiæ debeat implorare auxilium brachij secularis, *can. administratores, & can. Principes* 23. *q.* 5. & quod, sicut pro spiritualibus debent Principes recurrere ad Ecclesiam, ita in temporalibus debeant Prælati recurrere ad Principes seculares, *can. Cum ad verum, & can. Imperator* 96. *d.* Nec promiscuis actibus sunt eorum officia perturbanda, *l. Consulta diualia C. de testam.* Pulchrè Oldrad. toto *cons.* 83.

Quia respondetur, hoc idem obseruari inter seculares 20
Iudices, vt vnus imploret auxilium alterius, vbi vires ipsius non sufficiunt ad exequendum, quod sibi incumbit per textum *in l. Si quis in hoc genus C. de Episcop. & Cler.* sed & Iudices seculares in subsidium inuocant auxilium Ecclesiæ, vbi per se non possunt suos subditos coercere, vt notat. Innoc. *in cap. licèt ex suscepta de for. comp.* Ergo hinc non benè infertur, vt Ecclesia non habeat potestatem exequendi etiam per suos ministros.

Et propterea iura non statuunt præcisè, vt Epi- 21
scopus teneatur implorare brachium seculare, sed adiectis verbis: *Si opus fuerit*, *vt in cap.* 1. ibi: *Et cum opus fuerit publicum conuocent auxilium*, *de offic. Ord. in cap. periculoso*. §. *vltim. inuocato, si opus fuerit*, *de stat. Regul. in* 6. innouatum à Concilio Trident. *in cap.* 5. *sess.* 25. *de Regul.* & sæpè alibi. Per quod insinuant, esse arbitrarium Episcopo ad brachij secularis inuocationem confugere, cum sibi vires non suppetunt ad iustitiam exequendam.

Minùs obstat, quod Ecclesiæ sit interdicta executio 22
gladij temporalis, cum Petro Dominus dixerit: *Conuerte gladium tuum in locum suum*, vt legitur, & notatur *in cap. nouit de iudic. & in sum.* 23. *quæst.* 8. & arma Clericorum sint lachrymæ, & orationes, *can. Conuenior. ead. caus. & q.*

Nam Ecclesia non habet gladium materialem ad 23
mortem alicui inferendam, vel membri mutilationem. Et in hunc sensum accipienda sunt iura in contrarium adducta, vt plenè notatur *in d. cap. Cum non ab homine de iud. & in cap. nouimus de verb. signif.* At secùs est ad exequendam iustitiam sibi incumbentem, vt patet ex *Clem.* 2. § *fin. de hæret.* vbi tribuitur facultas Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, vt possint armatos officiales habere. Ex quo innuitur, penes Ecclesiam esse hanc potestatem vtendi officialibus armatis in criminalibus ad suum forum pertinentibus. Alioquin non potuisset ea Inquisitoribus concedere, facitque ad id *extrauag. Vnam Sanctam de maior. & obed.* Atque ita contrarias oppositiones Abbatis *in d. cap. significasti de offic. deleg.* diluit Gundizal. Villadieg. *de hæret. d. quæst.* 11. *num.* 16. subsedens, sic obseruare communem vsum. Legendus item Del bene *de immun. cap.* 4. *dub.* 15. *sect.* 2. *& d. cap.* 10. *dub.* 8. *&* 11.

Accedit, quod ex decreto S. Concilij Trid. *cap.* 3. *sess.* 25. 24
Episcopus, antequam vtatur gladio excommunicatio-

nis debet ad executionem realem, vel personalem, etiam contra laicos procedere per suos proprios, vel alienos executores. Quod necessariò supponit eum posse vti officialibus armatis, cùm personarum districtio vix, ac ne vix quidem fieri possit sine ministerio armorum.

25 Neque verò hac in re videtur hodie subesse vlla difficultas. Nam, etsi olim esset opinio ab aliquibus controuersa *in d. cap. Cum non ab homine de iud.* an liceret Episcopis habere familiam armatam, nihilominùs S. Congregatio Episcoporum iam sæpius probauit sententiam Episcopis fauentem, veluti grauioribus auctoribus, & solidioribus rationibus munitam, censoirque, Episcopum non solùm posse, sed debere etiam habere familiam armatam immunitate Ecclesiastica gaudentem. Idemque respondit S. Congregatio Concilij, ab Episcopo Sorano consulta sub die 13. Nouembris 1613. Quamobrem non videtur amplius dubitandum, quominus possit Episcopus vsum armorum cuiusuis generis suis officialibus pro executione iustitiæ concedere ad instar Principis secularis.

26 Eamdem sententiam in familiaribus Episcopi etiam non necessarijs pro executione iustitiæ probauit Curia Romana in casu Reipublicæ Lucanæ. Nam Vexilliferi, Antiaoi, Ministri, & Officiales, qui pro tempore extiterant, denunciati fuerunt excommunicati ab Episcopo Ciuitatis Castelli commonitorio Apostolico in vim specialis facultatis desuper habitæ per literas in forma Breuis sub die 23. Februarij 1640. Ciuitas verò cum vniuerso dominio Lucano supposita fuit Ecclesiastico Interdicto, proptereà quod duos familiares Cardinalis Episcopi cum armis deprehensos, & duos eiusdem Cardinalis fratres germanos in depressionem, & violationem Ecclesiasticæ libertatis carceribus mancipauerint, & eumdem Commissarium ab Vrbano VIII. illuc ablegatum admittere recusauerint, vt in sententia declaratoria sub die 29. Martij, & in alia interdictoria 5. Aprilis 1640. Confer textum in *l. 1. §. Sed & si quæ leges C. de vet. iur. enucl.* & dicta per Cardin. Zabarel. *cons. 136. n. 1. per Lap. alleg. 55. num. 3.* Delbene locis supra citatis, & nos *alibi.*

27 Porrò regula est, quod non licet laico capere Clericum, nec captura est valida. Pro quo est textus *in cap. si verò de sent. excom.* & in *cap. 2. v. distringuere de for. comp.* facitque Glos. *in can. si quis suadente 13. q. 4.* vbi si laicus hoc faciat, incidit in illum Canonem.

28 Et licèt Abbas *in cit. cap. Cum non ab homine de iudic.* dicat, quod, si laicus non esset in dolo, puta quia non caperet eum, suadente diabolo, tunc non esset excommunicatus, & proptereà tradunt recentiores cum ipsa Rota Romana, quos alibi adduxi, quod quælibet causa excusaret laicum, ex quo quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo, *l. igitur ff. de liber. caus.* notaturque *in l. plagij C. ad leg. Fab. de plag.* Excommunicatio autem non infligitur nisi existenti in dolo ad tradita per Io. Andr. *in cap. quanta in fin. de sentent. excommunicat.* Vndè mediator simoniæ non esset excommunicatus, si nesciret, vel aliter non esset in dolo. Et ita limitatur Extrauagans Pauli Secundi. *Quam detestabile de simon.*

29 Id tamen posset procedere in foro animę, at in foro canonico videtur, quod sufficiat dolus pręsumptus, vt probatur *in d. cap. quanta v. interpretamur*, & satis est ex mente Felini. Pro quo etiam facit Glos. *in cap. Si Clericos v. iniuria de sentent. excommunicat. in 6.* vbi quis, licèt non sit in dolo, tamen si indebitè aufert equum Clerico, est excommunicatus, & lex videtur pręsumere dolum.

30 Nec obstet, quod quælibet causa in isto casu excusaret. Nam vbi aliquis delinquit contra ea, quæ sunt prohibita iure diuino, tunc non excusatur à dolo, nisi probauerit iustam causam, vt per Salic. *in l. Senatus C. de his, qui sibi in test.* Imol. & Raphale *in l. ex consensu §. fin. ff. de appel.* Alex. *cons. 103. col. penult. tom. 1.* Laicus autem est prohibitus, etiam iure diuino per illud: *nolite tangere Christos meos.* Et quia Immunitas, & exemptio Ecclesiastica est de iure diuino, vt per Felin. *in cap. 2. de maior. & obed.* & est communis opinio, vt supra, & *alias* diximus; et confirmatur ex *d. can. Si quis suadente §. committant.* Ibi autem nesciendo committunt, aut negligendo violant. Et sic ignorantia punitur, in quam non cadit dolus. Et propterea videtur, quod laicus in supradicto casu esset excommunicatus, tanquam sit in dolo præsumpto. Quod etiam confirmatur tribus rationibus.

31 Prima, quia qui se ingerit, præsumitur in dolo, *l. spadonem §. fin. ff. de excus. tut.* Quia videtur hoc in contemptum facere, vt per Abb. *in cap. intelleximus in penult. col. de iudic.*

32 Secunda, quia quando aliquis facit illud, quod est de genere prohibitorum, licèt aliquo singulari casu permittatur, tamen præsumitur in dolo, & sic est excommunicatus, nisi ipse probet contrarium, *l. si non conuitij C. de iniur.* Bald. *in l. dolum C. de dol.*

33 Tertia, quia qui facit, quod non debet, præsumitur in dolo, *l. si procuratorem §. fin. l. dolus ff. mand.* Paul. de Castr. *in l. vbi exigitur in princ. ff. de eden.* Ideòque si laicus capiat Clericum, præsumitur in dolo, & consequenter est excommunicatus, nisi capiat iustis de causis. In foro verò animæ iste pręsumptus dolus non attenderetur, si verè non interuenisset. Pro quo facit, quod notat Io. Andr. *in cap. 11. qui sedem de spons.* vbi dicit, quod iura, quę se fundant super pręsumptionibus, non habent locum in foro animę.

34 Hæc tamen regula limitatur primò, nisi laicus caperet Clericum de licentia eius Episcopi, *cap. vt famæ de sent. excomm. cap. si Clericos eod. tit. in 6.*

35 Sed quid si Episcopus daret generalem licentiam Iudici seculari, vt possit capere quoscumque Clericos facinorosos, & sibi pręsentare? Butrius *in d. cap. Cum non ab homine* ait, quod tali casu laicus, qui caperet Clericum non esset excommunicatus. Id tamen Anchar. *in reg. iuris ea, quæ in 21. q.* & Aretin. *in d. cap. Cum non ab homine* inquiunt, non esse verum, nisi in casu, quo Clericus reperiatur in flagranti crimine, ex quo tunc potest capi sine aliqua cognitione, aliàs minimè. Quia, vt aliquis capiatur, debet pręcedere aliqua cognitio circa pręsumptiones, & indicia, vt notatur *in l. 2. C. de exhib. reis*, & per Glos. *in Clem. pastoralis v. de more de re iud.* Ista autem cognitio non potest demandari per Episcopum laico, *cap. 2. de iud.*

36 Posset fortè sustineri opinio Butrij. Quia textus *in d. cap. si Clericos, & in d. cap. vt famæ* habet locum etiam in tali casu per rationem ibi positam. Nec videtur, quod in Ordinario, qui velit capere Clericum, sit necessaria ista cognitio, vt per Glos. *in cap. fin. de accus. in 6.* Sed sufficit quędam leuis pręsumptio, quę potius videtur esse facti, & potest competere laico, vt notatur *in cap. 1. de procur.* Prętereà, licèt Iudex non adhibuerit hanc cognitionem, captura tamen de se tenet, nec est ipso iure nulla. Ergo laicus non erit excommunicatus. Episcopus verò non debet dare licentiam Curię seculari capiendi Clericos incedentes de nocte, ex S. Congregatione super Episcop. in Castellanetensi 13. Iulij 1602. nisi de speciali mandato propter vagantium etiam Regularium multitudinem ex eadem S. Congregatione in Rauennatensi 12. Septembris 1594. Maximè si inuenti fuerint in habitu seculari, eadem S. Congreg. 13. Septembris eiusdem anni.

37 Secundò limitatur in casibus, in quibus potest Clericus verberari iuxta *cap. 3. de sent. excommunic.* quia à fortiori poterit capi, vt ducatur ad suum Iudicem. Ita tenent Io. Andr. Abbas, & alij *in d. cap. Cum non ab homine*, arg. *l. nec in ea, ff. de adult.* Sed notandum, quod verberare, & capere aliquem in isto casu, videntur esse diuersę speciei. Vndè tunc non procedit regula, quod cui licet plus, liceat, quod est minus secundùm Io. Andr. *in cap. in pœnis de reg. iur. in 6.* quem allegat Aretin. *in l. 2. in fin. ff. de legat. 1.* & probatur *in l. solemus, §. fin. ff. de iudic.* facitque *cap.*

cus

cui de non Sacerdotali de præb. in 6. quod autem sint diuersæ species probatur, quia verberare respicit actum priuatum, ducere in carcerem respicit actum publicum, *l. 1. C. de priu. carc.* Potest tamen responderi, tenendo, quod dictum Io. Andreæ non sit verum, prout etiam tenuit Dec. *in d. cap. Cum non ab homine*, & sic quod valeat regula generaliter, quod cui licet plus, liceat quod est minùs, quamuis sint diuersæ speciei, *l. in suis in fin. ff. de lib. & posth.* vbi lex, quod quis possit occidere, extenditur tantò fortius, vt possit exhæredare.

38 Et licèt respondeatur, quod ibi est lex ipsa, quæ extendit, attamen ratio habet locum, vt etiam possit fieri extensio ab homine. Et pro hac opinione est casus *in l. ex eo, C. de arg. in reb. lib. 12.* vbi dicitur, quod absurdum est in eum posse criminaliter ferre sententiam, cuius de nulla re pecuniaria possit iudicare. Ecce ergo, quod textus arguit ad diuersam speciem.

39 Neque obstat *d. lex solemus §. fin.* quia ibi latrunculator videtur accipi pro Iudice, ad cuius officium spectat inquirere, & iudicare latrones, non autem generaliter pro quolibet Iudice criminali. Vndè cum habeat iurisdictionem distinctam, meritò non cognoscit in causa pecuniaria.

40 Et ex hac limitatione infertur, quod liceat mihi nedum me defendere ab insidiatore iuxta *l. vt vim de iust. & iur.* sed etiam eum capere propria auctoritate, & ad Iudicem ducere, & captura tenebit. Id probatur ex mente Doctorum *in d. can. cum non ab homine*, dum allegant textum *in d. cap. 3. de sent. excom.* & confert, quod notat Bald. *in repet. l. 1. in 3. q. C. vnde vi*, vbi dicit, quod licet mihi pro defensione rerum mearum capere aggressorem, ne fugiat, & ducere ad Iudicem, & sequitur Ias. *in d. l. vt vim col. 7.*

41 Tertiò limitatur, vt Clericus possit capi per laicum, vt committendum delictum prohibeatur secundùm Abb. *in d. cap. Cum non ab homine* & sequuntur alij. Nam spectat ad publicam vtilitatem, vt delictis obuietur, *can. fortitudo, can. non inferenda 23. q. 3.* quia agitur de publica vtilitate vt quis conijciatur in carcerem, etiam non expectato præcepto Iudicis, *l. generali C. de decur. lib. 10.* Immò in isto casu delinqueret laicus, ni si prohiberet, *can. non est innocentia 23. q. 5.* Glos. *in cap. 2. de haeret.* cum similibus. Et in tali casu si socius interficiat Clericum se præparantem ad mortem sui socij, non erit excommunicatus iuxta Innoc. & Anchar. *in d. cap. 3. de sent. excom.*

42 Et istam limitationem intellige, quando aliàs commode delictum non posset impediri; nam ratio Doctorum aliàs non militaret. Item intellige, vt procedat etiam in delicto præsumpto, puta, quod quis reperiatur de nocte. Quia qui male agit, odit lucem, *cap. consulit de offic. deleg.* secundùm Abb. & alios *d. cap. Cum non ab homine*. Quod puto, esse verum vbi subesset verisimilis coniectura, quod iste Clericus iret ad committendum aliquod delictum, puta, quia reperiretur armatus, vel indutus vestibus laicorum. Est enim præsumendum contra tales, qui probibita faciunt, vt notatur *in l. si non conuitii C. de iniur. in l. si qua C. de Episc. & Cler.* Et qui portat arma, præsumitur habere malum animum secundùm Bald. *in cap. 1. §. si quis rusticus de pac. ten. in vsib. feud.*

43 Sed pone, quod Clericus repugnet capientibus, estne laico licitum, eum verberare, quando aliter non permittit se duci? Videtur affirmatiuè respondendum per textum *in d. cap. si Clericos*, dum tamen modus non excedatur, & *in d. cap. vt fama* in vltimis verbis. Quod videtur esse de mente Io. Andr. *in d. cap. si Clericos.* In contrarium videtur esse textus *in cap. vniuersitatis de sent. excom.* vbi Clericus, qui potest capi per laicum de consensu Episcopi, non tamen potest etiam eo consentiente verberari. Sed respondetur, quod hic textus procedit, quando quis verberaretur principaliter ad correctionem, vel vindictam, secùs in casu nostro, in quo verbera veniunt in consequentiam rei licitæ, quia prohibet se capi.

44 Quartò limitatur, quando esset verisimilis suspicio, quod Clericus fugeret, & sic delictum remaneret impunitum. Nam & tunc publicè interest, vt talis delinquens capiatur. Ita Abb. *in d. cap. Cum non ab homine*, & est communis opinio, vt ibidem per Felin. & Bartol. *in l. si quis in seruitute ff. de furt.* cum alijs.

45 Contrarium tenent Aretinus, Siculus, & Decius *in d. cap. Cum non ab homine*, & Alex. *in d. l. si quis in seruitute in Apostil. ad Bartol.* & pro eorum opinione videtur stare textus *in d. cap. 3. de sent. excom.* ad quem respondet Decius. Sed de hac re inferius.

46 Secundò videtur vrgere textus aliter eum inducendo, quàm alij faciunt *in d. cap. fama.* Nam ille textus in principio loquitur, etiam quando suspicio est, quod Clericus fugiat. Vndè cum prosequatur in textu *laici verò, &c.* debet intelligi etiam in casu, quo fit Clericus suspectus de fuga. Quia ista aduersatiua verò repetit eamdem qualitatem secundùm Bald. *in l. omnes populi ff. de iust. & iur.* Alex. *in l. filius à patre col. 10. ff. de lib. & posth.*

47 Tertiò contra istam opinionem videtur facere, quod licèt Clericus deprehendatur, non tamen est verisimilis præsumptio, quod fugiat, ex quo laici non poterunt perhibere testimonium contra illum, immò reijciuntur, *cap. de cætero de testib.*

48 Contra eamdem opinionem etiam inducit Alexander textum *in d. cap. Vniuersitatis*, vbi etiam in casu necessitatis Abbas non potest facere verberari Clericum à laico. Ergo non debet licere laico capere sine licentia.

49 Item mouetur, quia non est verum, quod delicta fugiente Clerico remaneant impunita, ex quo poterit procedi aduersus eius bona, fietque remissio ad petitionem Iudicis, *Clem. pastoralis de re iud.* Et has rationes etiam adducit Aretin. *in d. cap. Cum non ab homine de iudic.* & Dec. *ibid.* quia ratio Abbatis non videtur vera, quia etsi talis laicus in tali casu non incidat in Canonem *si quis suadente*, ex quo cessat dolus, tamen non sequitur, quod captura teneat.

50 Puto, communem opinionem esse veriorem, pro qua sententia defendenda considerandum est, quod textus *in d. cap. vt fama, & in d. cap. si Clericos* sine dubio concedunt fieri talem capturam de mandato Episcopi sui. Vndè infertur, quod etiam possit fieri sine mandato, dummodò Episcopus suus ratificet, *cap. ratihabitionem* cum ibi notatis *de reg. iur. in 6.* & quod notat Abb. *in cap. quod sicut de elect.* Vndè quando laicus videt Clericum suspectum de fuga potest verisimiliter cogitare, quod mens Episcopi est, vt talis capiatur, ne fugiat, & quod si sciuisset, dedisset sibi licentiam. Quare meritò sufficit ratihabitio. Quod probatur aliquibus similibus.

51 Primò per id, quod notat Bald. *in cap. Cum omnes, de constit.* vbi per illum textum dicit, quod potest Capitulum facere aliquam vtilem constitutionem etiam Episcopo absente de rebus Ecclesiæ. Quia in tali casu verisimile est, quod consensisset, cùm iustam causam dissentiendi non haberet.

52 Secundò facit, quod notat idem Bald. *in l. tale pactum §. fin. ff. de pact.* vbi ait, quod in quacumque materia fit talis extensio, vt habeatur pro facto illud, quod quis fuisset verisimiliter facturus, si de eo casu cogitasset. Idem notant recentiores *in l. Barbarius ff. de offic. Præsid.*

53 Tertiò, quia quando vtiliter agitur, præsumitur, vel est, ac si præcessisset mandatum secundùm Abbatem *in cap. Cum pro causa in fin. de procur.*

54 Quartò per textum, ibique Glos. *in cap. fin. de pœnit. & remis.* vbi quando dilatio esset periculum allatura, prout in hoc casu, non est expectanda licentia Superioris. Quò spectat id, quod notat Glos. *in l. nullus C. de Iudæis.*

55 Quintò adduco, quod voluit Bartol. *in l. de pupillo §. ipsi Prætors, in vlt. col. ff. de oper. nou. nunc.* vbi per illum textum dicit, quod si fiat iniuria rustico, & ipse protestetur ex parte Prætoris, & ad eum iter arripiat, habetur ac si à principio fecisset protestationem cum auctoritate Iudicis, & idem est in nunciante nouum opus, vt ibi per eum.

56 Non obstant allegata in contrarium. Et primò non obstat

obstat *d. cap. 3. de sent. excom.* quia ibi, dum dicitur, quod non licet Clericum deprehensum in adulterio mulieris extraneæ verberare, vel capere, fateor esse verum per se, sed si ceperit & duxerit ad Episcopum, & Episcopus ratificauerit expressè, vel tacitè, retinendo eum in carceribus, cessat ratio textus, quia non ipse deprehensor, sed Episcopus ipse videtur cepisse, *cap. pen. de sent. excom. in 6.* quamuis etiam textus *in d. cap. 3.* non videatur loqui, quando Clericus captus fuit, vt duceretur ad Iudicem. Quid enim si eum cepisset solùm, vt infamaret eum coram populo?

57 Neque obstat textus *in d. cap. vt famæ*. Quia sumus in casu exceptionis, dum ibi dicitur, *dum tamen id de mandato &c.* Ratificatio enim æquiparatur mandato per regulam iuris antiqui. Vndè dispositio de vno loquens habet locum etiam in alio in qualibet materia vt per Bartol. *in l. 2. de leg. 1.* & Doctores *in auth. quas actiones, C. de sacr. Eccles.* Et vbi lex etiam requirit speciale mandatum, tamen sufficit ratihabitio, *l. quod si speciale mandatum ff. de minor.* per Bald. *in l. si maritus C. de procur. & in l. multum interest col. 3. C. si quis alteri, vel sibi* per Ias. *in l. si quis mihi bona §. iussum ff. de acquir. hæred.* facitque ad rem textus notabilis *in cap. 1. de homic. in 6.*

58 Pariter non obstat, quod non sit verisimilis suspicio fugæ, ex quo laici non admittontur ad testimonium contra Clericos in criminalibus. Quia hoc argumentum non est generale, & non procederet in notorijs. Item quando aliter delictum probari non posset, quia verisimiliter non adfuisset aliquis Clericus, vt per Abbatem, & Aretinum *in d. cap. de cætero de testib.* Prætereà laici saltem faciunt indicium ad torturam, prout ibi dicitur. Huius timore est verisimile, quod Clericus fugeret, vt per Bartol. *in l. fin. in princ. ff. de bon. eor. qui sibi mortem consciu.* & iuuat textus *in d. cap. vt famæ in princ.* & Aretin. *in d. cap. Cum non ab homine de iudic.*

59 Item non obstat testus *in d. cap. Vniuersitatis*, quia faciliùs permittitur carceratio, quàm verberatio, vt per Doctores *in d. cap. Cum non ab homine*. Item ille testus debet intelligi, quando Abbas potest facere verberari per aliom Clericum, ne aliàs impunita remaneant delicta vbi fortè ille textus non procederet.

60 Non itidem obstat, quod iste Clericus poterit puniri alijs modis. Nam eo fugiente non considerantur illa remedia, vt probatur *in d. cap. vt fama in princ.*

61 Neque obstat responsio Decij ad rationem Abbatis. Quia dato, quod laicus non sit excommonicatus, tantò faciliùs poterit captura ratificari per Episcopum, ex quo laicus non afficitur pœna dicti canonis, & sic actus non est omninò nullus iuxta notata per Innoc. *in cap. prudentiam de offic. deleg.*

62 Quare tenenda est commonis opinio, quæ clariùs procedit in ciuilibus, veluti si Clericus fugiat propter debita. Nam tunc licet laico creditori eum capere, quia tunc agitur de eius interesse, vt tenuerunt Io. Andr. Io. de Lignan. Abb. & cæteri *in d. cap. Cum non ab homine de iud. argum. textus in l. aut Prætor §. si debitorem ff. de his, quæ in fraudem credit.* Quia iste Clericus fugiens, ne satisfaciat, est in delicto, vndè potest capi, vt obuietur delicto committendo per supradicta secundùm Sicnlom *in d. cap. Cum non ab homine.*

63 Et confirmatur, quia valet argumentom de tempore, & loco ad personas, *l. vinum ff. si cert. pet. l. si quis ex heredato §. ex quo ff. de iniust. rupt. & irr. testam.* Sed potest quis fugitiuus capi tempore feriato in honorem Dei, vt est Glossa communiter approbata *in l. fin. C. de fer.* vel etiam in loco sacro secundùm quandam opinionem Iason. *in d. l. vinum.* Ergo idem in persona. Item quia fugitiuus non potest opponere exceptionem incompetentiæ Iudicis secundùm Anchar. *cons.* 192. Roman. *cons.* 242. Alex. *in l. de pupillo §. si quis rinos de non. op. nunc.* Roman. Ias. & alij *in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud.* quod ampliatur ita, vt procedat nedum in ipso creditore, sed etiam in socijs, & agentibus ipsius creditoris, *cap. olim de rest. spol.* secundùm Abb. & Aretin. *in d. cap. Cum non ab homine.* Ac etiam procoratoribus, quamuis creditor non adesset, vt est Glos. *in l. 1. v. ab his C. vbi quis de ver.*

Aduertendum tamen est, quod ista conclusio secun- 64
dùm Siculum est dubia. Quia textus *in d. §. si debitorem* non loquitur de captura personæ, sed de captura rerum tantùm, & ita etiam notabiliter dicit Comen. *cons.* 157. *in vlt. col.* & fuit de mente Cyni *instit. de act. in princ.* Pro qua opinione facit, quia difficiliùs conceditur captura personæ, qoàm rerum. Vndè non valet pactum, quod liceat creditori capere debitorem propria auctoritate, secùs de rebus secundùm Alexandrum post alios *in l. alia §. eleganter ff. sol. matr.* Aretin. *in l. nemo potest in princ. ff. de leg. 1.*

Prætereà & fortiùs videtur obstare alia ratio. Nam 65
Clericus non potest regulariter capi, & detineri in carceribus pro debito pecuniario, *cap. lator de pign. cap. Odoardus de solut.* Io. Andr. *in d. cap. si Clericos de sent. excom. in 6.* Doctores *in l. miles in princ. ff. de re iud.* Vndè, si prædicta limitatio esset vera, sequeretur, quod capi Clericum à laico sit vnom speciale, & vt capiatur pro debito ciuili, est aliud, & tamen plura specialia simul non concurrunt, *l. si quis rem* vbi Bartol. *ff. de pollic.* & Doctores *in l. si is, qui pro empt. in vlt. q. ff. de vsucap.*

At tenendo communem opinionem adhærendum 66
est supradictæ rationi, quod iste Clericus fugiens sit in delicto; vndè licitum est laico eum capere, quia in effectu dicitur obuiare delicto, quod sua interest, ne committatur.

Et ex hoc infertur responsio ad aliam rationem. Nam 67
licèt regulariter Clericus non debeat in carceres detrudi pro debito ciuili, tamen istud non procedit in casu nostro, in quo vltra debitum agitur de euitando delicto; & sic non est aliquod speciale, quod Clericus conijciatur in carceres pro debito ciuili, cui sit annexus dolus *argum. cap. grauis de depos.*

Atque es hoc videtur, quod possit limitari textus *in* 68
d. cap. Odoardus de solut. vt nec procedat, quando talis Clericus esset in dolo. Et propterea in illo textu consideratur illa qualitas, quod Clericus de plano recognouerat debitum. Nam si scienter negasset, & deinde fuisset conuictus, non videtur, quod ille textus procederet, ex quo lex præsumit aduersus talem, *l. sed hoc ita ff. de re iud. l. si dubitet §. 1. ff. de fideiuss. l. rem alienam in vlt. resp. ff. de pignorat. act.* Vndè talis non gaudet beneficio cessionis, vt est magis communis conclusio *in §. fin. instit. de act.* per Angel. Ias. & Doctores *in l. 1. C. qui bon. ceder. poss.* Et præsumitur dolus in eo, qui sciens se non esse soluendo, contrahit multa debita, & allicit creditores ad sibi credendum, *l. penul. ff. de iur. dot.* per Paul. de Castr. *in l. etiam §. 1. in fin. ff. sol. matr.* Vndè, si post debita contracta Clericus dolo fecisset, ne posset soluere integrum debitum, non posset vti beneficio dicti *cap. Odoardus* secundùm Andr. Sicul. *loc. cit. argum. d. l. etiam §. licet*, facitque, quod notat Dyn. *in reg. peccatum in fin. de reg. iur. in 6.*

Potest etiam ad prædictas rationes aliter responderi. 69
Et primo *ad §. si debitorem*, quod ille textus probat à fortiori. Quia si licet capere debitorem fugitiuum, & ab eo auferre pecuniam debitam, quo casu videtur creditor, sibi ius dicere propria auctoritate contra *l. extat. ff. quod met. caus.* multò fortiùs licebit capere personam & trahere eam ad Iudicem suum. Quo casu creditor non dicitur sibi dicere ius propria auctoritate. Et credo, quod Doctores voluerint inducere illum textum hoc modo.

Ad secundam rationem potest responderi, quod 70
laicus capit Clericum fugientem, & ducit ad carceres, seu ad eius Iudicem, qui eum in carceres conijcit, non vt ibi remaneat pro debito pecuniario, sed vt saltem satisdet de parendo iuris secundùm Io. Andr. *in d. cap. si Clericos*, vel caueat de satisfaciendo, cùm ad pinguiorem fortunam peruenerit in casu, quo non sit soluendo iuxta *d. caput Odoardus*. Et ista responsio est verior, quando Clericus ex iusta causa fugisset, ita quod non esset in dolo.

Et sic remanet propognata hæc communis opinio, 71
quæ sanè intelligenda est, quando Clericus esset in ipso instanti actu fugæ, aliàs si solùm esset circa præparationem

nem, & superesset tempus competens, teneretur laicus adire Episcopum, qui deberet adhibere aliqualem cognitionem, an Clericus esset debitor, & an suspectus de fuga. De quo per Doctores *in l. si fideiussor §. fin. ff. qui satisd. cog.* Et ita istam conclusionem intellexit Io. Baptista de Sanctoseuer. *in tr. de debit. fugit. in v. parte principali qu.6.* & ex hac declaratione tolluntur quædam rationes Andreæ Siculi *in d. cap. Cum non ab homine de iudic.*

72 Sed quid si aliquis capiat fugitiuum, & detineat per aliquot horas, deinde relaxat, nec præsentet Iudici, an incidet in crimen priuati carceris? Et videtur, quod in criminalibus incidat in tale delictum, vt notat Dec. *cons.* 100. *col.*3. quia hæc facultas competit capienti, vt ducat reum ad Iudicem. Ergo non sequuto fine capiens est in pęna per ea, quæ tradit Felin. *in cap. quoniam in vlt. not. per illum textum de probat.*

73 Id tamen non procedit in eo, qui est deprehensus in adulterio secundùm formam *l.5. ff. de adult.* quia talis captura fit causa rei attestandæ tantùm. Vndè cum nemo inuitus teneatur accusare, *l.1. C. vt nemo inuitus ag.* *solum* videtur ille deprehensus retineri, vt, quando sibi placuerit accusare, possit habere probationes.

74 Minùs id procedit in ciuilibus. Quia lex permittit hanc facultatem non tam ad finem, quod reus ducatur ad suum Iudicem, quàm vt creditor non incurrat in damnum *d. §. si debitorem*. Et propterea absque eo quod debitor ducatur ad Iudicem, si creditor consequitur pecunias suas, potest eas accipere, & debitorem dimittere, nec tenetur eas consignare Iudici secundùm Alex. *cons.64. vol.3.* & est de mente Abb. *in d. cap. Cum non ab homine*, dum allegat *cap. olim de rest. spol.* Et id videtur verius, licèt alij non distinguant.

75 Fallit hoc in casu *cap. ex rescripto 1. de iureiur.* vbi licet laico retinere monachos in obsides, declarando, vt ibi per Io. Andream.

76 At ponamus extare statutum, quod villæ teneantur malefactores Iudici consignare in agro suo, vel soluere æstimationem damni. Aliquis Clericus spoliauit quemdam viatorem, an Villa tenebitur?

77 Videtur non teneri. Quia tale statutum non potest regulariter intelligi de Clericis, ex quo laici non possunt capere Clericos iuxta supradicta. Et ita firmant Bald. *in d. cap. Cum non ab homine*, ibique Doctores, pro quo facit, quod notat idem Bald. *in rubr. decret. col.4.* vbi dicit, quod, quamuis statutum sit, quod scholaris teneatur iurare Rectori suo, non tamen Clerici tenebuntur, cum casus euenisset in facto. Ista decisio Baldi fuit reuocata in dubium, quia statutum poterat verificari in Clerico in casibus permissis. Nam ratio talis statuti erat, vt ipsi villici essent diligentes ad prohibitionem delictorum; quæ ratio habet locum etiam in Clericis delinquentibus, quia possunt laici prohibere Clericos à delictis perpetrandis. Item possunt eos capere, quando sunt deprehensi in flagranti crimine; vt supra visum est. Vndè ex hoc capite Villa non potuisset obtinere. Sed ex eo, quia viator erat forensis non poterat vti beneficio statutorum, vt per Paul. de Castro *in l. omnes populi in fin. ff. de iust. & iur.* cum concordantibus.

Sed de his satis. Videndus Carol. de Grass. *effect. Cler.1. à num.135.* vbi alia, quæ huc spectant, adducit.

CONSVLTATIO XXXIII.

An, & quibus in casibus Clericus, non seruatis gradibus pęnarum in cap. Cum non ab homine de iudic. præscriptis, de quibus infra, sit degradandus, & tradendus Curiæ seculari?

1 GRauissima est hæc controuersia, & multorum fons, ideòque in praxi necessaria. Sunt qui opinantur textum *in d. cap. Cum non ab homine*, qui pro homicidio, vel furto imponit tantùm pęnam depositionis, non autem degradationis, & traditionis Curiæ seculari, debere intelligi, ac restringi ad homicidium, vel furtum non qualificatum, quod non transeat in aliam speciem criminis grauiorem, vt si commiserit crimen aliquod atrocissimum, puta homicidium cum proditione, vel patricidium, vel homicidium cum latrocinio, seu spoliatione, vel homicidium cum sacrilegio, vt in eo, qui occidit presbyterum, vel personam sacram, vel aliud simile, propter quod de iure ciuili esset laico imponenda aliqua pęna ex atrocissimis, verbi gratia, pęna ignis, pęna discerptionis, quæ infligitur, cum reus secatur in frusta, & pœna traditionis ad bestias, vel aliæ, de quibus *in l. pena parricidij ff. ad leg. Pomp. de parricid. in l. sacrilegij ff. ad leg. Iul. pecul. & in l. capitalium per tot. ff. de pœn.* Item debere intelligi de Clerico, qui commisit vnum homicidium per vnam falsitatem, vel vnum furtum, non autem si commiserit plura homicidia, plures falsitates, plura furta, ex quorum singulis esset depositione dignus. His enim casibus putant, tales Clericos esse per Episcopum degradandos, & tradendos Curiæ seculari, vt luant pęnam vltimi supplicij.

2 Pro hac opinione inducitur primò textus *in cap.1. de homicid.* vbi refertur illud Exodi *cap.21. si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur.* Dicendo enim *euelles eum ab altari*, ostendit, se intelligere de Clerico homicida per insidias, & sic qualificato, qui seruit altari, non autem de laico, qui non seruit, immò stare debet ab altari remotus, *vt cap.1. de vit. & honest. Cler.* Nam priuatio, sicut est euellere, præsupponit habitum, *cap. ad dissoluendum de desponsat. impub. l. decem ff. de verb. oblig.* Intelligit ergo *euelles* scilicet per depositionem, seu degradationem Iudicis Ecclesiastici Ita, vt moriatur per executionem Iudicis secularis. Idcircò enim litera dicit, *moriatur* in tertia persona, quasi non per Episcopum, qui euellit ab altari, cum Ecclesia non proferat sententiam sanguinis, *cap. sententiam ne Cler. vel monach.* sed per alium pœna mortis sit imponenda, quia verbum *moriatur* in dubio intelligitur de morte naturali, & non ciuili, *cap. suscepti de rescript. in 6. & in l. ex ea parte §. in insulam ff. de verb. oblig.*

3 Secundò inducitur textus *in cap. nouimus de verb. signif.* vbi Pontifex occasione explicandi contenta in canonibus antiquis, & in suo decreto contra falsarios promulgato super forma degradationis, & traditionis faciendæ potestati seculari, sic ait: *Vt Clericus propter hoc, vel aliud flagitium graue non solum damnabile, sed damnosum fuerit degradatus, tanquam exutus priuilegio clericali, seculari foro per consequentiam applicetur.* Nam ius alternatiuæ ostendit regulam degradationis, & traditionis clerici facinorosi non esse restringendam ad solum crimen falsi, sed generaliter infligendam pro quolibet crimine graui damnabili in se, & damnoso quoad exemplum aliorum.

4 Nec satisfacit responsio Aretini *in d. cap. Cum non ab homine num.59.* & aliorum, dicentium, delictum graue, & damnosum intelligi, quando delinquens est incorrigibilis propter scandalum, seu malum exemplum. Nam huic interpretationi obstat natura dictæ alternatiuæ. Quia, sicut qualitas incorrigibilitatis non requiritur in prima parte alternatiuæ pro crimine falsi, ita nec in altera super alio flagitio graui. Quia res dubia in vna

parte

parte alternatiuæ declaratur, habito respectu ad positam in alia secundùm Bartol. *in l. 1. num. 1.* & Socin. *sen. eod. num. 1. ff. de reb. dub.* Tum quia dictio *aliud* ostendit, Summum Pontificem intellexisse de simili graui quidem, sed citra requisitum incorrigibilitatis, sicut in falso, quia ponitur comparatiuè ad illud secundùm Glos. *in l. si fugitiui v. alia pœna C. de seru. fug.* & Bald. *in l. fin. num. 1. C. de his qui non domin.* Et ita prædictum *cap. nouimus* intellexit Innoc. *ibi num. 1.* dum generaliter ait, quod prò quolibet crimine, dummodò sit damnabile, & damnosum, potest aliquis tradi Curiæ seculari.

5 Tertiò pro eadem opinione inducitur textus *in cap. pro humani de homic. in 6.* vbi cùm Clerici mandantes, seu facientes hominem Christianum interfici per assassinium, & receptatores, defendentes, seo occultantes assassinom, habeantur ab omnibus diffidati. Ex hac perpetua diffidatione ex verisimili mente innuitur, Ecclesiam nolle grauiter delinquentes in suo foro retinere, sed iuxta delicti qualitatem puniendos dimittere Curiæ seculari.

6 Quartò allegatur textus *in can. sunt quedam 23. qu. 5.* vbi dicitur: *Sunt quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi Iudices, quàm per Antistites, & Rectores Ecclesiarum vindicantur.* Et io fine subiungitur, illos maximè constitutos esse propter latrones, homicidas, raptores, & vt illos damnent, & alios suo timore compescant.

7 Quintò ad idem inducitur textus *in cap. at si Clerici de iudic.* ibi: *non debet quemlibet pro suis excessibus Iudici tradere seculari.* Quæ verba iubent, Episcopum posse hoc facere, etiam non data incorrigibilitate, licèt facere non debeat indifferenter, & quandocunque, sed tantummodò cum delictum hoc exigit, vel ob sui grauitatem, vel frequentationem secundùm Abb. ibi *col. penul.*

8 Vltimò in huiusmodi delictis atrocissimis, quæ requirunt pœnam excessiuam, non inuenitur aliqua pœna canonica, qua reus possit condignè puniri ex theorica Innocentij *in cap. qualiter & quando 2. num. 6.* & ibi etiam Io. Andreæ *num. 18. de accus.* vbi æquiparando per modum regularum pœnas canonicas legalibus pœnis, tradunt regulam, quod in omnibus delictis, in quibus per leges seculi imponitur pœna mortis naturalis, secundùm canones succedit pœna degradationis, & traditionis Curiæ secolari. Ergo contra Clericum, qui homicidium qualificatum perpetrauit, vel plura homicidia, falsitates, vel latrocinia, Ecclesia vti poterit hac pœna degradationis, & traditionis Curiæ seculari. Quia non habet vltra quid faciat, vt dicitur *in d. cap. Cum non ab homine*, cùm secundùm canones nunquam imponatur pœna mortis corporalis, *cap. Clericis, & cap. Sententiam ne Cleric. vel monach. can. 1. & 2. d. 51.* Cum enim pro simplici homicidio, vel furto procedat ad depositionem, & detrutionem in monasterium, vt *in d. cap. Cum non ab homine, & in cap. tua de pæn.* vtique pro qualificato, vel iterato, cum grauior pœna ei condigna non reperiatur inter Canones, recorrendum erit ad vindictam secundùm leges seculi mediante degradatione, & traditione Iudici seculari.

9 Quod confirmatur. Quia pœnę ita debent commensurari delictis, vt quod sceleratius est commissum, grauius vindicetur per textum *in can. afferamus 24. q. 1. cap. quæsiuit de his quæ fiunt à mai. par. Cap. cap. fin. de excus. Prel.* Et ex iteratione delicti pœnę augeantur secundùm Glos. *in l. quicumque v. vel tertio in fin. C. de seru. fug. & in l. seruos v. sæpius C. ad leg. Iul. de vi publ. vel priu.* quia iteratio transit in consuetudinem peccandi, *l. 3. in fin. C. de Episc. aud.* At si homicidium, & furtum qualificatum, vel iteratum citra incorrigibilitatem puniretur eadem pœna canonica depositionis, seu detrusionis in monasterium, qua punitur simplex, & vnicum, non seruaretur iustitia commensurationis. Ergo pro illius obseruatione dicendum est, in qualificato, seu iterato locum esse degradationi, & traditioni Curiæ seculari.

10 Hæc sunt præcipua fundamenta huius opinionis, quam præ cæteris tuetur Anchar. *in d. cap. Cum non ab homine à num. 10. de iudic. & in cap. Ea, quæ num. 22. de reg. iur. in 6. & in consil. 158. à num. 5.* & in publica disputatione, quam habuit Bononiæ, Abbas Siculus scholaris Ancharani *in cap. at si Clerici à num. 39.* Horum opinionem approbant Anania *in cap. 1. num. 5. de iis, qui fil. occid. & in cap. 1. num. 4. & 5. de homicid.* Felin. *in cap. 1. num. 49. de constit. & in cap. inquisitionis num. 5. de accus.* Dec. *in d. cap. at si Clerici num. 251.* qui licèt hanc opinionem non sequatur, tamen concludit, eam habere magnam æquitatem, vt delicta puniantur debita pœna, & se vidisse illam seruari Florentiæ. Eamque pariter Aldobrand. *in addit. lit. E.* fatetur veriorem, ac latè prosequuntur Maotic. *num. 64.* Hippol. de Marsil. *in repet. à num. 336. & in consil. 9. num. 17.* Guliclm. de Benedict. *in cap. Raynutius p. 3. qu. de homicid. à num. 40. de testam.* dicens communiorem, Alciat. *in d. cap. Cum non ab homine à num. 22.* vbi non solùm putat, hanc esse veriorem in puncto iuris, sed amplius inquit, seruari de facto in pluribus locis, Brunel. *in d. cap. 1. de homic. p. 5. num. 6. & in tr. de Concilys num. 9. ar. 12. num. 3.* Alex. de Neuo *consil. 59. num. 21.* Barbat. sibi contrarius *consil. 64. num. 8. & 9. vol. 1.* Angel. *de malefic. v. & ibi caput à spatulis amputetur num. 38.* subdens se eam vidisse de facto seruati Ferrariæ, ibique Augustin. *num. 43. dicens* communem, & ita vidisse practicari, Socin. *sen. de reg. iur. lut. C. reg. 16.* Boss. *tit. de for. comp. num. 135. & 141.* Tiraquel. *de pœn. temper. cap. 49. num. 36. & seq.* Diaz. *in pr. crim. can. cap. 90.* aliàs 96. referens duos casus, alterum Patisijs 1530. in Sacerdote, qui animo deprędandi occauerat Rectorem cuiusdam Oppidi, alterum Hispali anno 1536. in quatuor Regularibus, qui Prouincialem in laqueo suffocatum in lecto interfecerant, Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 14.* vocans communem, *& lib. 9. cap. 16. num. 35.* vbi loquitur de Clerico parricida *& lib. 7. cap. 38. num. 11.* vbi de reo læsæ maiestatis, Franch. *dec. 571.* qui non solùm *num. 4.* tefert Neapoli subiisse pœnam vltimi supplicij Clericum, qui furtum commiserat in monte Pietatis, cum fuerit degradatus per Curiam Ecclesiasticam, & traditus Curiæ seculari, sed *num. 1.* testatur etiam pœna mortis animaduersum fuisse in Clericum in factis constitutum, qui vnà cum alijs decem furibus ingressus cum armis domum honestæ mulieris, sitam in suburbio S. Antonij, accepta ab eadem claue vnius capsæ, illa & filiabus inclusis in quadam Camera inferiori, subripuit ducatos septingentos, & quædam mobilia. Nam præuia consultatione S. Congregationis Cardinalium, negotijs Episcoporum præpositæ, degradatus fuit, & traditus Magnæ Curiæ. Et videtur ex mente Innocentij *in d. cap. Cum non ab homine v. deponendus est*, & Baldi *num. 1.* vbi similiter limitat textum, nisi enormitas causæ aliud inducat.

Nos verò, antequam huius quæstionis decisionem definiamus, operæ precium esse duximus, textum *in d. cap. Cum non ab homine* in compendium redigere, eiusque germanum sensum explicare. Ad mentem igitur dicti textus, qui praxim inducit procedendi contra Clericum criminosum, seruandi sunt quatuor gradus. Constito enim de delicto, si delictum est depositione dignum, Clericus deponitur. Et hic est primus gradus pœnæ infligendæ, &, si se corrigat, quia non iterat, nec continuat delicta, & depositionem seruat, & pœnam, & pęnitentiam iniunctam adimplet, non proceditur vlterius; sed, si sit incorrigibilis, prædicta non seruando, & similia, vel deteriora crimina perpetrando, excommunicatur. Et hic est secundus gradus. Crescente verò contumacia, anathematizatur. Et hic est tertius gradus. Demùm, si non resipuerit, quin potius in profundum malorum deuenerit, ne sit perditio plurimorum, scilicet per malum exemplum, vel etiam plurimos damnificando, mutilando, vel occidendo, tunc denique, cùm Ecclesia non habeat vltra quid faciat, relinquet eum comprimendum per secularem potestatem. Qui est quartus gradus pęnæ infligendæ. Et est simile *in can. dictum 81. d. can. Clericus 3. q. 4. can. si quis Sacerdotum 11. qu. 1. d. cap. at si Clerici de iudic.* 11

In quo

12 In quo adnotandum est primò, quod hæc procedendi forma locum habet, quando pœna incipit à crimine, seu quando proceditur propter crimen. Tunc enim Clericus criminosus primò deponitur, secundò excommunicatur, tertiò anathematizatur, & quarto loco per Curiam secularem comprimitur. Secus verò si pœna incipiat à contumacia, qoia tunc procedendum est ordine inuerso. Nam primò Clericus contumax suspenditur, secundò excommunicatur, tertiò deponitur, quartò ac vltimò traditur Cnriæ seculari. Et hunc ordinem respiciunt iura *in can. fortè 23. qu. 4. can. quorundam 23. d. c. honoratus 74. d. cap. quoniam §. fin. vt lit. non contest.* & declarant *in d. cap. Cum non ab homine* Glos. *vlt.* Innoc. *num.* 1. Ost. *num.* 9. & 11. Bald. *num.* 2. Henric. Boich. *in fine*, Butr. *num.* 33. ac reliqui omnes.

13 Secundò aduertendum est, quod cum textus *in d. cap. Cum non ab homine* dicit *cùm Ecclesia non habeat vltra quid faciat* ita demùm Clericum depositum incorrigibilem esse comprimendum per Curiam secularem, si Ecclesia non babeat vltra quid faciat, scilicet de facto, non autem de iure, quia certum est, Ecclesiam de iure vltra pœnas depositionis, excommunicationis, & anathematis, habere etiam alias pœnas, cum multæ sint, vt notat Glos. 2. *in cap. ad reprimendam de offic. Ord.* & Io. Andr. *in cap. pro humani num. 4. col. 3. de homic. in 6.* & Fusius *in cap. qualiter & quando 2. num. 18. de accus.* Potest enim omnia bona temporalia confiscare, vt ibi, & *in cap. excommunicamus §. damnati de haret.* Habet pœnam verberum citra sanguinis effusionem, *vt cap. in Archiepiscopatu de rapt.* Imprimit characterem etiam in facie, licèt non ita profundè vt saoguis eliciatur, sed cutis superficies stigmatum notis deformetur in sigoum maleficij, *vt cap. ad audientiam* iuncta Glos. *vlt. de crim. fals.* Inducit seruitutem, *cap. ita quorundam de Iuda*, vbi Christiani deferentes merces prohibitas ad Saracenos efficiuntur capientium serui. Potest diffidare Clericos cum omnibus bonis suis, vt à quocumque possit impunè offendi, *vt in d. cap. pro humani*. Potest detrudere in monasterium ad tempus, vel in perpetuum *can. de lapsis 16. qu. 6. cap. nouimus §. 1. de verb. signif.* Et in specie habet pœnam exilij, *vt cap. accusatoribus 3. qu. 5. can. Probinum*, ibique Glos. *fin. 16. q. 2. can. accedens 50. d. cap. 1. de calumn. cap. vlt. de pœn.* idque per omnes exilij species, de quibus notat Glos. *in extrauag. ad nostri* Ioannis XXII. *v. banniti de priuil.*

14 Vndè quamuis Alciato *in d. cap. Cum non ab homine num.* 108. videatur verior opinio, quod Ecclesia non habeat pœnam exilij per textum *in d. cap. Cum non ab homine*, nam in illo Ecclesia tradit Clericum seculari, vt mittatur in exilium. Si enim ipsa habuisset istud remedium, non debuisset tradere seculari cùm Ecclesia istud non faciat, nisi in subsidium, vt per Butr. *in d. cap. Cum non ab homine*. Et solutio aliorum non est bona, dum dicunt, quod hoc est dictum, quia Ecclesia solet intercedere pro Clerico degradato, vt secularis alleuiet pœnam, *cap. nouimus de verb. signif.* Nam non debuisset Ecclesia impetrare pœnam exilij pro Clerico, cum ipsa tradendo eum Iudici seculari, tacitè pronunciaret, talem pœnam non esse sufficientem, neque infligendam, ex quo eam potuisset irrogare, & non fecit iuxta notata *in cap. 2. de ord. cognit.* per Bartol. *in l. à precedente C. de delat.* Præterea textus *in d. cap. nouimus* procedit in eo, qui degradatus traditur per Iudicem ecclesiasticum seculari, non autem in casu, quo seruata solemnitate *d. cap. cum non ab homine* non requiritur aliqua traditio secundùm communem opinionem.

15 Et propterea inquit Alciatus, videtur verior communis conclusio, quod immò Ecclesia oon inferat pœnam exilij propriè loquendo, de qua *in l. 2. ff. de publ. iud.* Et ad contraria respondet, quod intelliguntur impropriè, & largè, prout ponitur pro relegatione, vel pro iussione, ne quis recedat à certo loco, de quo per Archid. *d. 45. can. cum beatus*. Potest etiam dici, quod illa pœna exilij, licèt inferatur iubente Ecclesiastico, tamen imponitur per Iudicem secularem, *arg. cap. 2. de cler. excom.* illud non cauillando, prout facit Abbas *ibi*, qui restringit, quando de facto Episcopus non poterat talem pœnam imponere. Quod caret ratione. Ex quo, si ipse imposuisset, secularis obligatus fuisset præstare brachium, *cap. 1. de offic. ord.* Et pro hoc facit, quia canon aliquando ostendit, qua pœna secularis punire reum possit, vt per Glos. *in cap. delatori 5. qu. 6.* & Archid. *in can. Synodo d. 63.* cum concordantibus per Felin. *in d. cap. Cum non ab homine de iudic.*

16 Cùm tamen textus *in d. cap. Cum non ab homine* dicat, Clericum incorrigibilem post depositionem, excommunicationem, & anathema esse comprimendum per secularem potestatem ita, vt ei pœna exilij putetur, eo quod Ecclesia non babeat vltra quid faciat, & tamen Ecclesia possit eamdem quoque pœnam exilij infligere per omnes eius species, vt supra probatum est, vtique cogimur fateri, ea verba non esse intelligenda de iure ita, vt Ecclesia oon habeat vltra, quid faciat ex defectu pœnarum, vel ex defectu potestatis, sed de facto propter potentiam criminosi, qui ab Ecclesia corrigi, & comprimi non potest. Et ita hunc textum intelligit Abb. *antiq. ante n.* 1. dicens, hoc *cap.* iotelligi de nobilibus, & potentibus, ad quorum correctionem non sufficit Episcopus, vel Prælatus, & cum eo concordant Io. Andr. *n.* 8. Bald. *n.* 2. Bellam. *n.* 3. Butr. *n.* 18. Cardioal. *n.* 5. Anchar. *n.* 6. Ex quibus patet, hanc esse communem lecturam ad textum *d. cap. Cum non ab homine*, prout etiam testatur Abb. siculus *n.* 24.

17 Nec refragatur, quod Ecclesia possit inuocare Iudicis secularis auxilium, isque teneatur illud præstare, tanquam Ecclesiæ minister *d. cap. 1. de offic. ord. & can. administratores 23. qu. 5. can. petimus 11. qu. 1.* Et eo inuocato, possit Ecclesia imponere pœnam exilij, vel aliam canooicam, vt in *cap. vt famæ de sent. excom.* vbi Clericos incorrigibiles Ecclesiasticus Iudex detrudit in arctam custodiam.

18 Nam, vt rectè respondet Abb. *in d. cap. Cum non ab homine num.* 25. fortè de facili capere non poterat per familiam potestatis, fortassè ad hoc sæpè, ac sæpius adhibitam. Vndè Ecclesia non vult amplius habere curam ipsius, sed dimittit eum Iudici seculari, qui poterit habere maiorem solertiam in capiendo eum, cum agnouerit, illum esse de suo foro, vel fortè, vt sæpè de facto contingit, iste Clerieus captus multoties capturam illusit, effringendo carceres, & deteriora committendo, & ita Ecclesia non potuit eum condignè castigare, cùm pœnam mortis non habeat. Quare ipsum relinquit Curiæ seculari, quæ legitimam infligat, idest à legibus secularibus impositam, & sic mortis, vel mutilationis membri iuxta qualitatem delicti, vt per Abb. antiquum *in d. cap. Cum non ab homine v. legitima.* Et hunc, ait, esse verum intellectum, Abb. Siculus, vbi supra, quem etiam posuit Archid. *in can. si quis Sacerdotum num. 5. 6. & 7. 11. q. 1.* relatus à Bellam. *in cit. cap. Cum non ab homine num.* 3. vbi asserit, tunc demum Clericum tradendum esse Curiæ seculari, idest permittendum esse, immò præcipiendum Iudici seculari, vt eum capiat, & coerceat, si per Ecclesiam corrigi non possit propter illius potentiam, vel malitiam, vel quia detentus, vtendo arte necromantiæ, illudit carcerem, & ibi in pace esse non vult. Concordat Cardinal. *in d. cap. Cum non ab homine num.* 5. dum ait, Clerienm esse incorrigibilem, cùm non vult pœoitere, nec potest capi per Iudicem Ecclesiasticum, & tunc esse coercendum per Iudicem secularem, cùm Ecclesia noo habeat vltra quid faciat. Ex quo intellectu notandum est, Clericum depositum, & incorrigibilem, quandiu detinetur in carceribus Curiæ Ecclesiasticæ, nullatenus esse tradendum Curiæ seculari, cum Ecclesia possit eum punire pęnis Canonicis, de quibus supra. Quod notandum dixi propter errorem popularem Doctorum, siue Iudicum.

19 Tertiò est adnotandum, quod licèt Abb. *in d. cap. Cum non ab homine* pro declaratione Glossæ opponat, quod dictus textus sit superfluus, dum imponit pœnam excommunicationis, & anathematis, nulla tamen est superfluitas. Quia siue intelligamus de excommunicatione minori, siue maiori, vtraque potest fieri contra eundem, vt est Glos. *in cap. ita quorundam de Iuda*, & secunda non per hoc erit superflua, immò operabitur istum

effe-

effectum, quia excommunicatus retinebitur extra communionem, donec etiam ab ea fuerit absolutus secundùm Ost. Anan. & cæteros ibi. Vndè infertur ad id, quod notat Bartol. in l. de pupillo §. si pluribus ff. de non. oper. nunc. vbi vult, quod semel bannitus possit pluries de nouo banniri, de quo etiam Doctores in l. quibus idem ff. de verb. oblig. Vndè intellectus Goffredi, ac Innocentij in d. cap. Cum non ab homine, videtur verus, vt primò quis feriatur simplici excommunicatione, deinde anathemate.

20 Neque obstat, quod appellatione excommunicationis in dubio venit maior, cap. penul. de sentent. excom. Nam id verum est, absolutè loquendo, sed ex quo in d. cap. Cum non ab homine prius requiritur excommunicatio, deinde crescente contumacia anathema dicendum est, quod prius intelligitur de minori, quia vna pars legis per aliam declaratur, l. Titia §. 1. ff. de verb. oblig. Et secundùm hunc intellectum potest saluari Glossa, dum ait suspendi, intellige à perceptione sacramentorum, donec peniteat, & absoluatur.

21 Minùs obstat Abbas ibid. num. 23. Ost. num. 6. Io. Andr. num. item 6. Butr. num. 32. Cardin. num. 3. dum intelligunt, excommunicationem dici eam, quæ sine solemnitate fertur, sicut anathema, vbi interuenit solemnitas, de qua in can. debent 11. qu. 3. Solemnitas autem talis anathematis est, quia hanc fulminat Episcopus cum duobus presbyteris præsentibus cum candelis accensis, quas debent in fine anathematizationis in terram proijcere, & pedibus conculcare, vt moris est Romani Pontificis in publicatione Bullæ in die Cęnæ Domini.

22 Nam horum intellectus est periculosus. Quia textus in d. cap. Cum non ab homine præsupponit, quod anathema sit grauior pœna, ex quo infertur, crescente contumacia, & tamen istæ solemnitates nihil videntur aggrauare. Vndè verior videtur præcedens intellectus. Præterea ista differentia non probatur in iure, immò potius contrarium in d. can. debent, vbi textus simpliciter appellat excommunicationem illam, quæ fit cum tali solemnitate.

23 Quare, omissa etymologia anathematis posita ridiculè in d. cap. Cum non ab homine à Io. Andr. Anchar. Abb. & alijs, dicendum est, anathema in d. cap. Cum non ab homine, non esse dictionem græcam, sed hebræam, qua solent hebræi extremam detestationem significare, vt ait D. Hieronymus interpretans illud verbum, quod est in epist. Pauli ad Galat. cap. 1. Alioqui anathema, si à Græcis deriuetur, potest accipi pro re idolis dedicata, & altaribus superimposita.

24 Differt ergo anathema in hoc ab excommunicatione, quia infertur aduersus eos, qui ex grauissimo aliquo delicto detestabiles sunt, & maledicti, & de quibus non est spes, quod reducantur ad pęnitentiam, & sic meritò infligitur tanquam quid extremum. Excommunicatio verò fit aduersus eum, de quo est spes, quod pęniteat, & corrigatur, cap. 1. de sent. excom. in 6. & anathema habet in se aliquam detestationem, sed excommunicatio simpliciter eijcit extra communionem fidelium. Et ita intelligitur textus in can. fin. 3. qu. 4.

25 His autem prænotatis vera sententia est, quæ asserit, non esse locum degradationi, neque traditioni Curiæ seculari, nisi in casibus à iure expressis. Hanc tuetur in specie, & communem vocat Aretin. in d. cap. Cum non ab homine à n. 51. Barbat. in d. cap. at si Clerici à n. 120. de iudic. ibique Dec. n. 258. dicens veriorem de iure, Bero. n. 181. & seqq. Anton. Burgos. n. 106. cum tribus seqq. Arnold. Albasan. in repet. cap. quoniam q. 11. à n. 37. de heret. in 6. Riminald. iun. cons. 685. n. 30. & seqq. vol. 6. Ferret. cons. 76. n. 12. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 21. nu. 7. & 13. & cap. 22. n. 43. Villalob. com. opin. lit. C. n. 83. & lit. I. n. 8. Bonacos. com. opin. crim. lib. 1. v. Clerici super insidias, alijque recentiores, præcipuè S. Rota Romana coram Coccino in Lucana iurispatronatus, ac tenuit disertè Ost. in cap. 1. n. 2. de homic. vbi firmat, Clericum pro homicidio ex insidijs, siue cum proditione, & si qualificato, de quo loquitur ille textus, ita demùm esse tradendum Curiæ seculari, si sit incorrigibilis, & non aliàs iuxta textum in d. cap. cum non ab homine. Item Clericum pro homicidio depositum, si posteà committat alia homicidia, non tamen esse tradendum Curiæ seculari, nisi sit incorrigibilis secundùm gradus in d. cap. Cum non ab homine præscriptos, sensit apertè Cardin. ibi n. 4. de iudic.

Præcipuum huius opinionis fundamentum est, quia 26
Ecclesiastica libertas, & Clericorum exemptio à seculari potestate, non tantùm canonicis sanctionibus, sed etiam diuina ordinatione fuit constituta ex S. Concilio Trident. sess. 25. de ref. cap. 20. quod probaui aliàs. Ergo solus Papa potest huiusmodi exemptionem limitare, seu declarare, præscribendo in quibus casibus Clerici sint per Ecclesiam degradandi, & comprimendi per Curiam secularem; quia cum non puri hominis, sed veri Dei vice fungatur in terris, ius diuinum, non humana, sed diuina potius auctoritate distinguit, seu declarat, vt in cap. quanto de translat. Episc. & plenè explicant Ost. in sum. de rescript. §. quas vires, Io. Andr. in cap. actus legitimi nu. 50. de reg. iur. in 6. Anchar. cons. 373. & 239. ac Præpositus in can. latorem n. 17. 1. qu. 1.

Certi autem sunt casus, in quibus Romani Pontifices 27
per suas Constitutiones, vel in corpore iuris insertas, vel extrauagantes, ordinauerunt, Clericos esse degradandos, & tradendos Curiæ seculari. Eorum primus est in crimine hæresis, cap. Excommunicamus §. damnati, & cap. ad abolendam §. 1. de heret. cap. 1. & cap. super eo eod. tit. in 6. Secundus est in crimine falsificationis literarum Apostolicarum, cap. ad falsariorum de crim. fals. Tertius est in crimine insidiarum, & conspirationis contra proprium Episcopum, can. si quis Sacerdotum 11. q. 1. de quo Doctores in cap. ad abolendam n. 44. de heret. Et pro his tribus criminibus duntaxat de iure communi Clericum posse degradari, & tradi Curiæ seculari, aliàs verò tuendum esse per Ecclesiam, determinat Innoc. in d. cap. excommunicamus n. 1. Glos. in d. cap. ad abolendam, v. relinquatur, ibique Ost. n. 5. Io. Andr. n. item 5. Henric. Boich. n. 21. qui in hanc sententiam citat Io. & Tancredum, Butr. n. 20. Cardin. n. 7. & Abb. nu. 11. Glos. in d. can. si quis Sacerdotum v. mox depositus, vbi etiam Archid. n. 1. Turrecrem. n. 5. Gemin. n. 4. Præpos. num. 5. Glos. in cap. nouimus v. tradatur de verb. signif. ibique Innoc. n. 1. Ost. n. 1. Cardin. n. 4.

Ex quibus patet, hanc esse vnanimem Canonistarum 28
sententiam, & communem theoricam Doctorum, affirmat Gulielm. de Benedict. post 3. p. repet. cap. Raynucius de testam. q. de homic. n. 3. & seq. quem refert Foller. in pr. crim. Canon. fol. 272. n. 23. & Iul. Clar. in for. crim. §. fin. q. 36. In alijs autem criminibus, vtcumque atrocissimis, sufficit sola depositio, nec debet actualiter degradari, si paratus sit, se corrigere, sed debet detrudi in perpetuum carcerem, vt tenent omnes supracitati, & hanc dicit esse communem opinionem Boss. tit. de for. comp. n. 136.

Quartus casus est in Clerico assassino, qui tanquam 29
publicè diffidatus absque vlla depositione, vel sententia, ipso iure, & facto relinquitur Curiæ seculari, vt in cap. pro humani de homicid. lib. 6. vndè tradendus est Curiæ seculari, non expectata incorrigibilitate, estque communis sententia, vt testatur idem Gulielmus d. q. de homicid. & Clar. l. cit. Neque in hoc crimine assassinij requiritur solemnis degradatio, vt ait Cassan. in consuet. Burgund. in tit. des rustiques rubr. 1. v. si aucun. fall. 2. & alij apud Clarum, firmatque Franch. dec. 571. n. 7. Requiritur tamen declaratio Iudicis Ecclesiastici, qua pronunciet, illum esse assassinum, esseque communem opinionem, inquit Capyc. dec. 112. n. 2. & alij apud Clarum, vbi supra.

Quintus casus est in Clerico incorrigibili, qui seruatis 30
gradibus pęnarum præscriptis in d. cap. Cum non ab homine de iudic. cum Ecclesia non habeat vltra quid faciat, præuia degradatione traditur Curiæ seculari iuxta vnum intellectum, vt ibi Glos. vlt. Ost. n. 8. Butr. n. 7. & 17. quod securius esse, dicit Henric. Boich. n. 8. vel secundùm alium intellectum Clericus, quando est depositus, & incorrigibilis sine alia degradatione, & traditione, statim efficitur de foro seculari. Atque ita hic est casus singularis secundùm Cardinal. ibid. n. 2. Nam si absque depositione Clericus tertiò monitus ingerens se enormitatibus perdit priuilegium clericale, vt cap. contingit 2. cap. in audientia, & cap. perpendimus de sent. excom. multò magis perdet iam depositus, qui tertiò monitus posteà se non correxit; neque

que *in d. cap. Cum ab homine* dicitor, qnod tradatur seculari potestati, sed quod secularis potestas eum comprimat. Hoc tamen intelligunt Cardinal. *n.6.* & Imol. *eod. n.* quando de Incorrigibilitate notoriè constat, vt quia incedit armatus, & speroit monitiones Episcopi. Tunc enim non est necesse, vr conuincatur, ordioe iudiciatio seruato, cum in notorio talis probatio non requiratur, *cap. ad nostram 3. de iureiur. can. manifesta, & can. de manifesta 2. q. 1.* Alioquin, si non constaret de incorrigibilitate, & Iudex laicus Clericum comprehenderet, & ille negaret, se esse incorrigibilem, de huiusmodi articulo, an esset incorrigibilis, prius cognoscendum esset per Iudicem Ecclesiasticum, *arg. cap. Si Iudex laicus de sent. excomm. in 6.*

31 Sextus casus est in Presbyteris, & Clericis secularibus, ac regularibus crimen nefandum contra naturam exercentibus. Nam ex Constitutione 72. B. Pij V. quæ incipit *Horrendum illud scelus*, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, ac beneficio Ecclesiastico priuantur ita, vt per Iudicem Ecclesiasticum degradati Curiæ statim seculari tradantur, quæ de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos legitimis reperitur sanctionibus constitutum. Quod etiam de perpetrantibus hoc scelus idem Pontifex prius statuerat io Constitutione 5. quæ incipit, *Cum primum*, §. 11. de cuius constitutionis intellectu vide Farinac. *de delict. carn. q. 138. n. 30.*

32 Septimus, & octauus est in ijs, qni ad ordinem presbyteratus minimè promoti, Missarum celebrationem reperti fuerint vsurpasse, vel sacramentalem confessionem audiuisse. Ab Inquisitoribus enim, & locorum ordinarijs ab ordinibus, si qoos habueriot, degradati, statim Curiæ seculari traduntur, debitis pœnis plectendi ex Constitutione Pauli IV. apud Maiolum *lib. 4. c. 13. n. 1.* ex Constitutione Gregorij XIII. *incip. Officij nostri*, ex Constitutione Clementis VIII. *Et si alias* 81. & ex Constitutione Vrbani VIII. *Apostolatus officium*, vbi declarauit, eas pœnas procedere, etiam in mioori bus 25. annis, maioribus tamen 20. annis.

33 Noous, & vltimus casus est in persoois Ecclesiasticis, tam secularibus, quàm Regularibus, quæ in prooineiis, regnis, ciuitatibus, & locis in Italia dumtaxat existentibus, aureas, vel argenteas monetas roodent, fabricanr, colorant, vel aliàs adulterant, aut adulteratas scienter erogant, vel exponunt. Nam præuia degradatione Curiæ seculari puniendæ traduntur ex Constitutione Vrbani VIII. *incip. In suprema*, edita Idibus Nouembris anno 1627.

34 Cum igitur regula sit pro exemptiooe Clericorum à seculari potestate, aote omnem bumanam constitutionem à iure diuino inducta, & à prædicta regula certi tantùm casus reperiantur excepti, vtique in alijs non exceptis firmetur regula in cootrarium, vt oon sit locus buic pœnæ degradationis, nec traditionis Curiæ seculari, *l. quæsitum §. denique ff. de fund. instr. l. nam quod liquidè §. fin. ff. de pæn. leg. cap. 2. de coniug. lepros.* & ootat Dyn. *in rubr. de reg. iur. in 6.* & ita in hac specie ratiocinatur Rota iod. Lucana iuris pattonatus 4. Iunij 1627. coram Coccino, vbi *n. 7.* firmat, Episcopum non posse deuenire ad actualem degradationem Clerici, neque eum tradere Curiæ seculari, nisi in casibus à iure canonico, & ex iure oouo, vt supra expressis.

35 Atque ita die 16. Nouembris 1650. in Congregatione ab Ionocentio X. specialiter deputata actum de causa cuiusdam N. N. Siculi, solemoiter professi io Religione fratrum N. N. qui in eadem commiserat furtum excedens summam scutorum centum, & loco triremium, ad quas damoatus fuerat, septennium manserat in carcere, ac deinde ad Sacerdotium promotus, habitu Religionis temerè dimisso, apostatauit, & per anoum extra Religionem vagatus in habitu clericali, tandem Romæ anno Iubilæi pattauit decem magna furta in Palatijs diuersorum Magoatum cum portarum, & scriniorum fractura, in quorum vltimo deptehensus, & carceribus mancipatus omnia singillatim confessus fuit, Et cum dubitaretur, an propterea esset degradandus, & tradendus Curiæ seculari, vt lueret pœnam vltimi supplicij, articulo de mandato Summi Pontificis accuratè discusso, resolutum fuit contra opinionem Anchatani, & Abbatis, non esse locum huic pœnæ degradationis, nec traditionis Curiæ seculari, sed tantùm detrusioni in perpetuum carcerem, vel ad triremes. Quam Congregationis seotentiam Sanctitas sua sibi relatam approbauit. Et ita prædictus reus in effectu ad triremes in perpetuum fuit transmissos.

36 Deinde, quod non sit deueniendum ad actualem Clerici degradationem extra casus io iure expressos, etiamsi in alijs sit eadem, vel maior ratio, sic demonstratur. Nam laici cudentes falsam monetam committunt crimen læsæ maiestatis, & per leges ciuiles imponitur pœoa excessiua, quia traduntur flammis exurendi, & eorom bona publicantur, *l. 2. C. de fals. monet.* iuxta interpretationem, quam dicit esse communem Viuius *com. opin. v. monetam falsam*, Couar. *in collact. veter. numism. cap. 8. n. 3.* & io Gallia falsificantes monetam Regis in aqua feruente suffocantur, vt refert Ign. *in repet. l. non alias n. 597. ff. Sillan.* & Iul. Clar. *in pr. crim. §. falsum*, & tamen Clerici monetarij ante Constitutionem Vrbani VIII. oon tradebantur Curiæ seculari, vt *in extrauag. vn. de crimin. fals.* cum hoc esset speciale in falsarijs literarum Apostolicarum, *vt in d. cap. ad falsariorum de crim. fals.* neque post Constitutionem traduntur, nisi io Italia. Clerici idolorum cultores, aruspices, & sortilegi de iure canonico deponuntur, & detruduntur in monasterium, *vt can. si quis Episcopus cum seqq. 26. q. 5.* & tamen de iure ciuili laici concremantur, & eorum bona publicantur, & saltem in casu *l. 3. C. de malef. & mathem.* Episcopi, & Clerici rebellantes Sedi Apostolicæ non traduntur Curiæ seculari, nisi sequuta incorrigibilitate, *can. de liguribus 23. q. 5.* Et tamen committunt crimen atrocissimum læsæ maiestatis in primo capite, *vt l. 1. in princip.* & quod ibi notatur *ff. ad leg. Iul. maiest. & in clem. pastoralis de re iudic.* & seruatur vbique, vt laici scindantur in frusta, teste Claro *in §. læsæ maiestat. s.* Clerici contra naturam incontinentes secundùm Canones non traduutur Curiæ seculari, sed deponuntur, & in monasterium detruduntur, *vt cap. Clerici de excess. Prel.* licet hoc crimen sit attocissimum, & Constitutio B. Pij V. restringitur ad exercentes. Reiterantes baptisma de iure ciuili, summo supplicio afficiuntur, *l. 2. C. ne sacrum baptism. reit.* Et tamen de iure canonico Clericus solùm deponitur, laicus excommunicatur, *cap. 1.* vbi Anan. *de apostat.* De iure ciuili falsificans literas Principis motte punitur, quia tale crimen dicitur graue, *l. vbi C. de fals.* & tamen secus est de iure canonico, *cap. ad audientiam de crim. fals.* prætetquàm in literis Papæ, vt *supra* dixi.

37 Hinc falsa est regula, quam statuit Anchar. *d. cons. 157.* quod vbicumque die iure ciuili in aliquo delicto reperitur imposita pœna mortis naturalis, de iure canonico succedit degradatio, & traditio Iudici seculari per textum *in auth. vt Cler. apud propr. §. illud palam.* Et ita refert tenuisse Io. Andream, & Innocentium *in cap. qualiter, & quando 2. de accusat.* quam regulam esse multùm pericolosam Clericis, dixit Anan. *in d. cap. qualiter §. ad corrigendos col. 6.* & non esse veram, eamque *ibi* reptobat Felinus. Hinc etiam falsa est noua doctrina, quam tradit Abbas *in d. cap. at si Clerici n. 41. de iudic.* quod vbicumque per leges imponitur pro crimine atrocissimo aliqoa pœna ex sæuissimis, puta vt reus damnetur ad bestias, vel igne comburatur, aut in frusta scindatur, contra Clericum talia committentem possit Iudex laicus procedere super tali crimine attocissimo, & Episcopum in sententia, & processu præuenire, & eo degradato legali pœna afficere. Patet enim ex prædictis, etiam vbi lex imponit aliquam ex prædictis pœois sæuissimis, & excessiuis, oihilominùs non esse locum degradationi, & multò minùs præuentioni Iudicis laici. Nam etiam in casibus, in quibus expressum est io iure, vt Clericus degradetur, nihilominùs non efficitur de foro seculari, nisi postquam degradatio fuerit celebrata, seculari potestate præsente, ac pronunciatum eidem, cum fuerit celebrata, vt in suum forum recipiat degradatum, & sic intelligitur tradi Curiæ seculari, vt est expressum *in cap. nouimus*

de verb. signif. & facit *cap. degradatio in fine de pæn. in 6.*

38 Et vtraque arguitur falsa, vel ex eo, quod doctrina Abbatis, & regula Ancharani est contra mentem Doctorum communiter, dum tenent, quod crimina, quæ dicantur grauia, multum residet in arbitrio Iudicis secundùm ipsum Abb. & Doctores *in d. cap. at si Clerici*, & consequenter pęnæ etiam erunt arbitrariæ, quæ regulantur secundùm grauitatem criminum, vt per Bartol. *in l. leuia ff. de accus.* Non est igitur verum, quod præcisè debeat Iudex imponere pęnam degradationis, vbi leges imponunt pœnam mortis. Ex quo etiam confunditur opinio Butrij *in cap. cum dilectus in 6. col. de purg. vulg.* vbi dicit, loco mortis impositę per legem, subrogari depositionem per canones. Quare tenendum, quod istæ pęnæ sunt multùm arbitrariæ respectu criminum, quæ aggrauantur secundùm qualitates positas per Abb. *in d. cap. at si Clerici*, Ideòque non obstat ratio Anchar. per textum *in d. §. illud palam*, quia hodie ille §. est correctus per textum *in auth. statuimus*, vbi Bartol. *C. de Episc. & Cler.*

39 Vlteriùs, quod plura furta, vel plura homicidia non sufficiant ad tradendum Clericum Curiæ seculari, non data incorrigibilitate secundùm gradus *in d. cap. Cum non ab homine* præscriptos, probatur manifestè. Nam ait textus, depositum pro homicidio, vel furto, seu periurio non statim esse comprimendum per secularem potestatem, sed, si sit incorrigibilis, priùs esse excommunicandum, & crescente contumacia, anathematizandum. Dicitur autem incorrigibilis, qui similia, vel deteriora crimina committit, nec vult pęnitere secundùm Butr. *ibi n.* 22. Ergo iteratio delictorum non sufficit ad tradendum Curiæ seculari, nisi deueniat in profundum malorum, & sic sequatur vltima incorrigibilitas, quæ succedit post anathema. Tunc enim Ecclesia non habet vltra, quid faciat, & ideò, ne ille fit perditio plurimorum, relinquit eum seculari potestati puniendum. Id, quod etiam obseruat Ost. *in d. cap. Cum non ab homine prope fin.* & Dec. *in d. cap. at si Clerici n.* 258.

40 Prætereà pro hac sententia est textus *in cap. tua de pœn.* vbi Pontifex requisitus, qualiter puniri debeant Clerici in latrocinijs, vel alijs magnis sceleribus deprehensi, respondet eos à suis Ordinibus degradatos, esse detrudendos in arcta monasteria ad pęnitentiam peragendum. Nam latrocinium est delictum grauius, quàm furtum, *cap. 1. in fin. de homic.* Vndè secundùm Ost. *in d. cap. tua in princ.* & Io. Andr. *n. 1.* ille textus loquitur de ijs, qui se immiscent enormitatibus iuxta *cap. perpendimus de sent. excom.* Et sic loquitur de furibus qualificatis, & non de simplicibus, qui tamen & ipsi à suis Ordinibus sunt deponendi, vt patet *ex d. cap. Cum non ab homine*, & degradatio, de qua *in d. cap. tua* intelligitur de verbali, scilicet depositione, non de actuali secundùm Io. Andr. *ibi n. 2.* aliàs non congruerent, quæ ibi sequuntur, de pęna detrusionis in monasterium. Nam actualiter degradatus exuitur omni priuilegio clericali, & statim efficitur de foro seculari, *vt d. cap. degradatio de pœn. in 6. & d. cap. nouimus de verb. signif.* Item verba illa: *in latrocinijs, vel alijs magnis sceleribus* apta sunt comprehendere etiam plura latrocinia, vel magna scelera. Ergo est ibi textus expressus, quod pro furto etiam qualificato, vel iterato, Ecclesia non imponit pœnam actualis degradationis.

41 Postremò ad hoc est textus *in d. cap. vt fama de sent. excom.* vbi deciditur, vt Clerici, *qui grauiter excedentes à Prælatis suis in monasterium detrusi, carcerem claustri effugiunt, & prioribus se sceleribus scelestius immiscent, ab ijsdem Prælatis possint, ac debeant arctæ custodiæ mancipari, ne aliter ad similia, vel deteriora labantur, nec Curia secularis possit illos capere, nisi de mandato eorumdem Prælatorum. Quia tunc non sua, sed illorum auctoritate id facere videntur.* Vbi ponderanda sunt verba: *grauiter excedentes*, ac illa *prioribus sceleribus*, quæ ostendunt hos Clericos grauia, seu magna scelera commisisse, & sic homicidia, vel furta, & similia, de quibus loquitur *d. cap. Cum non ab homine de iudic. & d. cap. tua de pœn.* item ista: *prioribus se sceleribus scelestius immiscentes*, atque hæc: *ad peiora*, quæ demonstrant, eos deinde iterata, & grauiora scelera commisisse. Et nihilominùs à suis Iudicibus ecclesiasticis sunt comprimendi, vel per seipsos, vel si necesse fuerit, inuocato brachij secularis auxilio. Ac proinde *in d. cap. tua* est casus expressus, quod pro magnis sceleribus iteratis, ac etiam pro homicidio qualificato, vel iterato Clericus non traditur Curiæ seculari, non data incorrigibilitate.

Non obstant, quæ pro contraria opinione adduximus. 42
Textus enim *in cap. 1. de homic.* habet varios intellectus, ac proinde allegari non posse ad decisionem causarum, notat Bartol. *in l. in ambiguo n. 2. ff. de reb. dub.* Alex. *l. 1. col. 2. ff. sol. matr.* & Felin. *in cap. 1. ad fin. de constit.* præsertim ad limitandam Clericorum exemptionem. Multi enim, vt Glos. Ost. Aretio. *ibi* illum intelligunt in laico, qui proditoriè homicidium commisit, quod magis consonat sanæ scripturæ ita, vt, si confugiat ad Ecclesiam, debeat inde euelli, nec gaudeat immunitate, de quo *in cap. inter alia de immun. Eccles.* & videtur approbatus in Constitutione 7. Gregorij XIV. *eod. tit.*

Plerique exponunt verbum *moriatur*, idest deponatur, 43
quod habetur instar mortis, *can. quia ergo 2. q. 7.* quod esse communem sententiam, testatur Aret. *n. 59.* quamuis enim verbum *moriatur* regulariter sit intelligendum de morte naturali, hoc tamen fallit, quando refertur ad Ecclesiam, quæ hanc pœnam non infligit, cum non habeat vindictam sanguinis. Estque simile *in cap. per venerabilem qui fil. sint legit.* vbi verba illa Deuter. *decreto Iudicis morietur*, quæ in veteri testamento intelligebantur de morte naturali, in lege noua ab Ecclesia exponuntur, per excommunicationis sententiam, velut mortuus à communione fidelium separetur. Quare de morte spirituali, scilicet depositionis communiter intelligitur *d. cap. 1. de homic.* vt per Ost. *ibi n. 35.* Et, licèt lex Exodi loqueretur de morte naturali, tamen illud præceptum, cum sit iudiciale, cessauit post Christi aduentum, vt docet D. Thom. 1. 2. q. 103. *ar. 4. & q. 104. ar. 3.*

Ad textum *in cap. nouimus de verb. signif.* respondetur, 44
verba illa, *vel aliud flagitium graue* esse intelligenda de criminibus, pro quibus est expressum in iure, Clericum esse degradandum, & tradendum Curiæ seculari. Nam cùm prima pars alternatiuæ loquatur de falsario literarum Apostolicarum, de quo est in iure expressum, vt debeat degradari, *vt in cap. ad falsariorum de crim. fals.* vtique dum textus dicit propter hoc, scilicet crimen falsi, & posteà subiungit, vel aliud flagitium graue, debet intelligi de alio flagitio similiter in iure expresso, ponderando dictionem *aliud*, quæ est repetitiua similium iuxta Glos. *in l. si fugitiui v. alia pœna C. de seru. fugit.* Inter casus autem in iure expressos non reperitur homicidium qualificatum, nec homicidium, vel furtum iteratis vicibus repetitum.

Ad textum *in cap. pro humani de homic. in 6.* respondet 45
Aretin. *in cap. cum non ab homine n. 59.* illum casum habuisse specialem causam, & occasionem à frequentissimis cædibus, & magnis periculis, quæ imminebant propter illos assassinos. Vndè in alijs delictis, quantumcumque enormibus, non videtur militare eadem ratio. Nam propter delicti frequentiam aliquid seuerius statuitur, *vt l. aut facta in fin. ff. de pœn.* & nihilominùs, etiamsi vigeret eadem ratio, quia tamen lex ista est pœnalis, & exorbitans, non deberet fieri extensio per textum *in l. sed sciendum ff. ad l. Pomp. de parricid.* & facit Glos. *in Clem. vt sic v. eisdem de æt. & qual.* cum vulgò alijs.

Textus verò *in can. sunt quædam 23. q. 5.* non loquitur 46
de Clericis, sed de laicis, qui vt ibi dicitur interficiunt Pontificem Apostolicum, Episcopum, Presbyterum, siue Diaconum. Tales enim vindicantur à secularibus potestatibus, licèt puniri possint etiam per Ecclesiam, cum crimen sacrilegij sit mixti fori, vt notatur *in cap. Cum sit generale de for. comp.* Alioquin si textum intelligeremus de Clericis, & de omnibus delictis ibi expressis, sequeretur, quod Clerici pro quolibet homicidio, furto, raptu puniendi essent per Iudicem secularem. Quod pugnat cum *d. cap. Cum non ab homine, & d. cap. tua de pœn.*

Quod autem ad textum *in cap. at si Clerici de iudic.* eius 47
intellectus desumitur ex illis verbis: *non debet quemlibet* exponendo *non quemlibet*, idest nullum, vel vt alij melius exponunt *quemlibet* idest depositum. Et hoc modo potius facit pro nostra sententia secundùm Aretin. *in d. cap. Cum non ab homine n. 61.*

Et quod

48 Et quod attinet ad fundamentum contrariæ opinionis, illud manifestè destruitur ex eo, quia pro atrocissimis delictis, pro quibus secundùm leges imponenda esset pœna mortis, Ecclesia habet pœnam carceris perpetui, quæ proportionatur pœnæ mortis naturalis, saltem quando sic detrusus debet sustentari pane doloris, & aqua angustiæ ad textum *in d. cap. nouimus §. pro illo, de verb. signif.* sicque Clericus delinquens non est impunis, immò acriùs affligitur, quia minor pœna est statim mori, quàm diù affligi, & salutem non sperare, vt per Cardinal. & Aretin. *in d. cap. Cum non ab homine n. 53.* & textum *in can. nihil enim 2 d. . . . . d. 5.*

49 Dissipatis contrariæ opinionis nebulis hoc veritatis Sole, vt quoquo modo aliqui offucias inducant, considerantes, etiam cessante incorrigibilitate, à Clericis perpetrari posse talia flagitia, quæ non valeant condignè puniri sola depositione, vel detrusione in monasterium, cuius loco successit transmissio ad triremes, nunc verò in Ergastulum, excogitarunt, hoc relinquendum esse arbitrio Iudicis Ecclesiastici, qui iuxta qualitatem facti, & personarum decernat, an delinquens sit degradandus, & Curiæ seculari tradendus, necne. Non enim inficiamur, posse contingere homicidium, aliudue crimen ita perniciosum Reipublicæ, inspectis loci, temporis, & personarum qualitatibus, quod arbitrio discretorum Iudicum hanc traditionem iustissimè patiatur. Inter eos est Couar. *pract. quæst. lib. 2. q. 20. n. 7.* & ex eo Plaza *in epist. delict. lib. 1. cap. 21. n. 13.* Didac. Perez *t. 3. com. in ord. reg. Castell. lib. 8. tit. 4. l. 3.* Clar. *in §. fin. d. q. 36.* subdens tamen in dubio non esse faciendam traditionem Clerici delinquentis, qui non est incorrigibilis, nisi natura rei, & circumstantiæ criminis aliud suadeant. Idem asserunt Scacc. *de iudic. lib. 1. c. 11. n. 66. & seq.* Farinac. *q. 8. n. 81.* alijque recentiores, quorum nonnulli addunt huiusmodi arbitrium non aliter explicandum esse, quàm consulto priùs Summo Pontifice, vt tradit Maiol. *de irregul. tit. de depos. & degradat. cap. 14.* vbi pluribus exemplis ostendit in multis mundi partibus sæpiùs seruatam fuisse opinionem Ancharani, & Abbatis, accedente tamen Summi Pontificis auctoritate, & non aliàs. Quod etiam admittunt Lopez *in leg. part. Hispan. lib. 61. v. homicidium tit. 6. p. 1.* & Farinac. *d. q. 8. n. 81.* qui propterea *cons. 143. n. 1. vol. 2.* respondit, presbyterum, qui occidit Præpositum villæ Cerenatchi, & bonis expoliauit, de iure potuisse etiam, non expectata incorrigibilitate, præuia reali degradatione, tradi Curiæ seculari, saltem Pontifice Summo consulto. Quod similiter tutius esse, ait Martin. del Rio *disquis. magic. lib. 5. sect. 16. vers. Si quæras.*

50 Verùm, quidquid dicant isti, alijque, cùm iura in hoc articulo sint clara, non relinquitur locus arbitrio Iudicis per textum *in cap. de causis de offic. Iud. deleg.* Et ideò, cùm nostra sententia sit clara certa, tuta, est amplectenda; contraria verò cùm sit obscura, absurda, sacris canonibus, & saluti inimica, est respuenda.

51 Hæc omnia produxi, vt sciant Episcopi, ac Iudices Ecclesiastici, quibus in casibus degradandi sint Clerici, & consignandi Curiæ seculari, atque illos tueantur in casibus hic non exceptis, tanquam iure diuino à potestate laica exemptos, alioquin & in ius diuinum, & in sacros Canones delinquent.

CONSVLTATIO XXXIV.

Vtrum Regularis professus, qui fuit baptizatus tanquam expositus ita tamen, vt ex publica fama ipsius parentes non ignorentur, neque prorsus sit incertum, an ex illegitimis nuptijs sit conceptus, possit eligi in Generalem, vel obtinere alias Prælationes suæ Religionis?

1 NEgatiuè censeo respondendum ex ferè communi, ac tutiori Doctorum sententia, qua generatim sentiunt, expositos esse reputandos illegitimos, atque adeò irregulares, *cap. Cum in cunctis, & cap. innotuit de elect. & cap. 1. & cap. fin. de fil. presbyt.* Ij sunt Maiol. *de irregul. lib. 2. cap. 11. n. 1. & 3.* Angel. *in l. liberorũ ff. de ijs, qui not. infam.* Ias. *in l. nec professio C. de testam.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. n. 12.* Viuald. *de irregul. n. 123.* Vasquez *t. 2. disp. 66. cap. 1. n. 48.* Petr. Barbos. *in rubr. ff. solut. matrim. p. 1. n. 20.* Salzed. ad Diaz *in pract. crim. cap. 14.* Vgolin. *de irregul. cap. 44. §. 7. n. 1.* Henriquez *lib. 11. cap. 20. §. 2. & lib. 14. cap. 8. §. 10.* Lopez *in instruct. to. 2. p. 2. cap. 23.* Sayr. *lib. 6. de censur. cap. 10. n. 39.* vbi prudenter ait: quia in dubio, saltem ante factum, pars tutior sequenda est, & periculum peccandi vitandum est, ideò in praxi, quando non constat de parentibus expositorum, non sunt temerè ordinandi, quia parentes eorum ignoti sunt, si tamen constet esse legitimos, ordinari possunt. Idem asserit Cardinalis Toletus *in sum. lib. 1. cap. 58. n. 2. in fine* his verbis: *Non video, inquit, qua ratione stabiliatur, vt dicatur, expositos, quorum natales ignorantur, posse admitti ad Ordines, & præsumi eos legitimos, cum in dubijs debeamus potius reputare eos irregulares. Est autem maximè dubium, immò & probabile ex illegitimo natos esse concubitu; hi enim frequentius exponuntur. Tutius ergo puto, eos affirmare irregulares, sicut & cæteros illegitimos.* Idem quoque docent Auil. *de censur. p. 7. disp. 3. dub. 9.* dicens probabiliorem, Garz. *de benef. p. 7. c. 2. n. 10.* inquiens, contrariam sententiam post factum posse admitti propter auctoritatem Doctorum. Quod etiam tradunt Honded. *lib. 2. cons. 47. n. 23.* Castill. *lib. 2. quotidian. controuers. cap. 19. n. 51.* Couar. *in Clem. si furiosus p. 1. n. 9. de homicid.* dicens magis probabilem, & consulens, expositos non esse promouendos ad Ecclesiasticos ordines absque dispensatione, quam opinionem sibi magis placere, ait Salzed. *d. cap. 14. lit. C.* & hoc esse tutius, scribit Suarez *tom. 5. de censur. disp. 50. sect. 4. n. 4.* & firmauit Rota coram Puteo *p. 1. dec. 435.*

Præcipuæ rationes, quibus innituntur sunt. Primò, 2
quia res dijudicanda est à communiter accidentibus, *l. sine possideatis C. de probat.* Glos. *in l. neque naturales eod. tit.* Communiter autem qui exponuntur, sunt illegitimi. Secundò, quia expositi censentur, tanquam vulgò quæsiti, hoc est filij publicarum meretricum, qui nullum certum patrem habent, vt docent Bald. *in l. vulgo in prima lectura ff. de stat. homin. in princ.* Paleott. *de noth. cap. 63. n. 1.* Put. *d. dec. 435. n. 2. lib. 1.* At vulgò quæsiti sunt illegitimi, Doctores locis allegatis. Tertiò quia in dubio tutior pars est eligenda, *cap. ad audientiam, cap. significasti 1. & 2. de homic.* cum alijs, & tradunt Couar. *in d. Clem. si furiosus n. 2.* Est autem dubium, an expositi sint illegitimi, atque adeò debent eligere tutiorem partem, & reputare se illegitimos. Quartò in dubio non præsumitur quis legitimus ex Angel. *in d. l. liberorum ff. de his, qui notant infam.* Iasone, & Alciato locis supra citatis. Ergo expositus, de quo est dubium, an sit legitimus, non debet præsumi, quod sit legitimus.

Quæ quidem rationes potiori iure locum habent in 3
hoc casu, in quo sumus extra Doctorum controuersiam, cum ex publica fama constet, huiusmodi expositum ex illegitimis nuptijs esse conceptum, eiusque parentes non esse prorsus incertos, ac proinde excludi dubium, & incertitudinem illegitimitatis, in quo casu procedunt Doctores contrariæ sententiæ. Quare ex hac sola infamia redditur ineligibilis ad dignitates suæ religionis *per l. 2. C. de dignit. lib. 12. & regul. infamibus de reg. iur. in 6. & cap. cum non in cunctis de elect.* quia illegitimus est infamis *can. infames 6. q. 1.* & proinde ineligibilis, vt tradunt communiter Doctores *in cap. accusatum de simon. & in cap. omnipotens de accusat.* vbi in specie Anchar. *n. 5.* dicit, etiam sine aliqua litis motione infamatum videri ineligibilem, cùm infamia repellat quemlibet à promotione dignitatis. Quod ibi repetunt Ab. *n. 4.* & Socin. *n. 7.*

Posita igitur hac irregularitate ex illegitimis natalibus 4
orta, per ingressum Religionis, & professionem in ea emissam dictus Regularis non est habilitatus ad Prælationem regularem per textum expressum *in cap. vt filij de fil. presbyt.* Vbi Doctores omnes, nominatim Fagnan. *à n. 14.*

Quin, etiam si nulla extaret publica infamia, concludendum 5
est cum Rodriquez, rerum regularium peritissimus *tom. 1. q. regul. 13. ar. 1.* vbi sic rem absoluit: *Expositi legitimi censentur secundùm opinionem doctissimorum virorum, vnde non videntur indigere dispensatione, vt ad sacros Ordines promoueantur, nec etiam facti Regulares viden-*

videntur indigere dispensatione, vt ad Prælationes regulares admittantur. Cum tamen circa hoc sit varietas opinionum, consultius erit, vt nunquam ad Prælationes regulares admittantur, nisi cum eis prius secundum terminos priuilegiorum Regularium dispensetur. Hactenus Rodriquez. Sed cessat omnis difficultas ex stylo Cancellariæ Apostolicæ, de qua testatur Pyrrhus Corrad. *in pr. disp. Apost. lib. 3. cap. 2. n. 1.* vbi asserit, dispensationem cum huiusmodi expositis peti, & concedi cum omnibus qualitatibus, conditionibus, clausulis, & decretis, cum quibus conceduntur pro illegitimis. Et *n. 3.* subijcit formulam supplicationis pro expositis secundùm eumdem stylum, in qua inter cæteraapponitur clausula restrictiua citra dispensationem ad dignitates. Quare non amplius dubitandum, quin huiusmodi expositi sint irregulares, atque adeò inhabiles ad Prælationes suæ Religionis, etiam ex stylo Romanæ Curiæ, quæ in hac materia facit legem, & pro lege seruatur, *cap. ex litteris de const. cap. quam graui de crim. fals.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. Glos. 6. n. 210.*

CONSVLTATIO XXXV.

De presbyterio, siue choro ad exclusionem ex eo magistratus, aliorumque secularium, vbi alia.

1 PRæter aliàs à me dicta, habent Templa pleraque omnia duas præcipuas, & à se inuicem distinctas partes, Presbyterium videlicet, seu Chorum, & Gremium, vt vocant. Presbyterium appellant locum in Templis, presbyteris, & omni Clero destinatum. Gremium verò, in quo stant, aut sedent laici vtriusque sexus, quem locum Græci Naon, Latini Templum, seu Nauem appellarunt. Presbyterium posteà nominarunt Chorum à Corona. Olim enim in modum Coronæ in eo stabant circum aras, & ibi psalmos concinebant concorditer. Quod posteà Flauianus, & Theodorus immutarunt, alternatim psallere constituentes. Significat enim Chorus propriè multitudinem canentium, aut saltantium, D. Augustinus *de Ciuit. Dei lib. 22. cap. 8.* hunc locum appellat Exedram. Inquit enim: *quod cum ex Dominico Paschæ die tertio fieret in gradibus Exedræ, in qua de superiore loquebar loco.* Sic enim videtur Ludouico Viui suis in hunc locum annotationibus. Dicta est autem Exedra à sedium frequentia, & sedendi commoditate, quod huiusmodi loca circumquaque suas habeant sedes. Græci hanc partem etiam appellarunt Sacrarium, siue Sanctuarium, quæ diuisa erat à reliquo Templo gradibus, cancellis, & velis, siue aulæis, neque eo penetrabant alij, quàm Sacerdotes cum suis ministris Clericis.

2 His duabus partibus accesserit progressu temporis tertia, Porticus videlicet ante ingressum in Templum. Eam Græci Pronaon, Latini Vestibulum dixerunt, in qua manserunt penitentes.

3 Presbyterium autem, seu Chorus ab initio non vbique in extrema, sed aliquibus in locis in media Templi parte stetit, sicut & altare, quod Choro assignatur, quemadmodum cum ad altaria ventum fuerit multis comprobatur. Leonardus Rauolfinus in descriptione peregrinationis suæ in Terram Sanctam *lib. 3. c. 11.* refert, Hierosolymis hodie adhuc Chorum, quem Græci occupant, in media parte Templi montis Caluariæ situm esse. In alijs tamen Templis Chorus prima, seu extrema pars fuit.

4 Facta est hæc distinctio ad imitationem Templi Hierosolymitani, quod partes tres præcipuas habuit. Prima appellabatur Sanctum Sanctorum, & Adytum ædis, vel Oraculum Templi. Secunda Sanctum. Tertia Atrium. In Sanctum Sanctorum nulli hominum licebat ingredi, nisi semel in anno Summo Pontifici tantùm. Sanctum verò solis Sacerdotibus patebat per vices sacra facientibus, seu ministrantibus. In Atrio colligebatur populus, qui ad Aram holocaustorum omni ex parte prospectare poterat, cùm contemplandorum sacrorum gratia aduenisset.

5 In eo solùm diferimen fuit, quod apud Iudæos Templorum pars prior, quę ipsis Sanctum Sanctorum dicebatur, stabat occidentem versus, quod illi expectarent adhuc Messiam. Deinde ne Ethnicos imitati viderentur, qui Orientem versus adorabant. Quia verò venit nobis benedictus ille Rex Israel, ideò Christiani priorem Templorum locum versus Orientem ædificare progressu temporis cæperunt. De Antiochenis autem Sytis Socrates *in hist. Eccles.* indicat, quod ipsorum Ecclesia inuersum habeat situm, *lib. 5. c. 22.* De qua re vide Bellarminum ex Duardo, & alijs *lib. 3. cap. 3. de cultu Sanctor.*

Hæc autem Templorum distinctio, quando primo cœperit, ab auctoribus non indicatur. Aut si maximè Constantini Magni ætate, vel paulò ante eam cum magnificis Templorum substructionibus cæpit, illud tamen certò non constat, quando, quo auctore, & cuius mandato Clerus à populo in Templis fuerit separatus. Extat quidem Clementis primi decretum, quo prohibet laicos Presbyterium ingredi, dum Sacerdotes Missas celebrant, vt refert Platina. Vnde quidam probare volunt, iam tum distincta in Templis fuisse loca, vbi presbyteri, & Clerici stetetint. Sed decretum hoc falsò Clementi aliqui tribui existimant. Primò, quod Clementis huius tempore Christiani nulla prorsus Templa in toto orbe habuerunt. Secundò, quod ea quoque ætate Missæ vocabulum, cuius Clemens in suo decreto meminit, penitus ignotum fuit. Tertiò, quod decretum hoc in decretis Clementis nusquam reperitur. Sed hæc an rectè dicantur, mox videbimus. 6

Ex ea verò narratione, quæ apud Theodoretum *lib. 5. c. 18.* & Sozomenum *lib. 7. c. 24.* extat, apparet, hanc in Templis Cleri, & Populi separationem Ambrosij tempore in vsu fuisse, incertum tamen à quo instituta. Cùm enim Theodosius Imperator pro more intra cancellos, qui locus rum Sacerdotum solus, sed Imperatori etiam propter eminentiam hactenus patuerat, consistere voluisset, exire iussus fuit ab Ambrosio, Episcopo Mediolanensi ob cædem Thessalonicæ perpetratam, & cum reliquis assistere: *Demonstrauit illi Ambrosius*, inquit Theodoretus, *discrimina locorum, primumque nunquid vellet interrogauit? Cui Imperator cum respondisset, expectare se communicatione diuinorum mysteriorum, hac illi per primarium suum Diaconum mandauit: Interiora, ò Imperator, solis Sacerdotibus patent, reliquis vero omnibus inaccessa, & intacta. Proinde exi, & communiter cum reliquis assiste; nam purpura Imperatores, non Sacerdotes facit.* Neue assentationem aliquam resperet, & legitimum ordinem excederet, vt Theodoretus loquitur, si Imperatores in eo Ecclesiæ loco, in quo Sacerdotes propter excellentiam à plebe separari sederent, eum locum Imperatoribus in Ecclesia deputauit Ambrosius deinceps, qui ante Cancellos esset Sacrarij, seu Presbyterij, in quo erant Sacerdotes ita, vt Imperator ante plebem quidem præcipuo loco, ante ipsum verò Sacerdotes sederent. Quam præscriptionem optimus Imperator reuersus Constantinopolim quoque seruauit. Nam cùm festiuitate quadam in Templum ibi venisset, & munera ad sacrum altare obtulisset, statim exijt, quem cùm interrogaret Nectarius, Constantinopolitanus Episcopus, cur non maneret? *Vix, inquit, cum gemitu per didici discrimen inter Imperatorem, & Sacerdotem. Vix, enim inueni magistrum. Ambrosium namque solum noui dignè vocari Pontificem.* Hic ego vtriusque opus admirer, illius fiduciam, huius autem obedientiam. Illius zeli feruorem, huius fidei puritatem. Tantùm prodest increpatio à viro virtutibus florente prolata. Et si verò post Theodosium idipsum sequentes Imperatores sine dubio obseruarint, nihilominùs in Constantinopolitana Synodo 6. concessum fuit à Patribus, *vt ex laicis Cæsari saltem ingredi chorum liceret, can. 69.* Vide Caranzam *fol. 324.* 7 8

De S. Felice IV. autem, qui Pontificiam Sedem ascendit anno Christi 526. refertur, quod primum Clerum à populo in Ecclesijs, dum sacra peragerentur, discreuerit lege. Idem fecit Bonifacius Secundus, Felicem hunc proximè secutus, teste Sabellico. Confirmatur hoc etiam in Synodo Turonensi secunda anno 570. celebrata iuxta Panuinum *cap. 4.* Idem etiam decreuit Leo Quartus anno 847. in Synodo, à se Romæ habita *cap. 32.* Sigibertus, & Sabellicus *Ennead. 9. lib. 1.* 9

In ipso etiam Choro quædam distinctio locorum esse cæpit, in quibus Clerici sederent, vt patet *ex can. 38.* Toletani Concilij 4. Alij enim in primo Choro, vt presbyteri, alij in secundo, vt Diaconi, sessiones suas habuerunt. 10

Et in

11 Et in Constantinopolitano Concilio sexto testatur Constaotius presbyter Ecclesiæ magnæ, quod cum Photinus Episcopus Carthagineosis Constantinopolim venisset, & acturus Missas io Templo B. Matiæ, quæsiuisset, vbi deberet sedere, vtrum ante Metropolitanos, qui ibi morabantur, ao post eos, ibi inuentum esse in bibliotheca librum quinti Concilij latinum, qui singulis sua loca, & sedes destribueret *tom. 2. Concil.*

12 Ex Chrysostomi quoque *homil. 74. in Matth.* colligitur, Constantinopoli locum illum extra presbyterium distinctum fuisse, & mulieres à vitis parietes quosdam separasse: *Oportet*, inquit, *interiori parte à mulieribus dissepararí. Verum quoniam non vultis, necessarium esse patres nostri putauerunt, saltem his ligneis parietibus vos dissepararé.* Sed mox addit: *parietes illos ab initio non fuisse, sicut à senioribus acceperit: In Christo Iesu enim non esse nec marem, nec fœminam.* Docet quoque ibidem *Apostolorum tempore viros, & mulieres vnà orasse.* Indicat tamen simul etiam causam, ob quam parietibus istis plebs Constantinopoli sepatata fuerit: *quod nimirùm multi ad formas mulierum aspiciendas, & ad adolescentulorum pulchritudinem curiosius intuendam in Ecclesiam venerint.* Vndè illud vitium taxaos, *quid facis homo*, inquit, *mulierum speciem curiosius in Ecclesia perscrutaris, nec horrescis tanta Templum Dei afficiens contumelia? Prostibulumne tibi videtur Ecclesia, & foro ignobilior? Nam in foro erubescis, etiam times, ne quis te videat mulierem sectari. In Ecclesia verò Dei, cum ipse Deus te alloquatur, & ab istis deterreat, eo ipso, inquam, tempore maximè fornicatione, ac adulterio vteris, quo tibi magna voce intonatur, vt ab his fugias, nec horrescis, nec stupes. Sanè præstaret cæcos, aut aliter ægrotos esse, quàm ita oculis turpiter abuti.*

13 Philo Iudæus *lib. de vit. contempl.* seruati solitum ab Essenis tradit, quod D. Hieronymus *descript. Eccles. in Philone*, christianos fuisse affirmat, *vt viri à mulieribus distincti essent*, *cum agerentur sacri Conuentus* his verbis: *Commune semneum, in quod septimo quodque die conueniunt, septo clauditur duplici, separatis virorum & mulierum cætibus. Nam mulieres quoque simul auscultant ex more dumtaxat, quæ institutum idem sequuntur. Medius autem paries à solo surgit tribus, quatuorue cubitis in modum loricula. Superiora vsque ad tectum patent. Vndè gemina prouenit commoditas, & quod pudori fœminei sexus consulitur, & quod verba Doctoris exaudiunt facile absque vllis obstaculis, quæ vocem eius intercipiant.*

14 Eadem qooque apud Clementem *constitut. lib. 2. cap. 61.* Nazianzenus ex his, quæ scribit in somnio Anastasiæ supra Ecclesiæ porticus mulierum locum fuisse demonstrat, cùm ait. *Sancta Virgines vnà cum grauibus matronis è sublimi tecto castissimas sermonibus meis aures inclinabant.* Confirmant hæc, quæ de Sancto Chrysostomo Metaphrastes in vita eius scribit, nimirùm, *Clericum sacris assistentem, cum mulierem sursum in tabulato manentem procaciter inspexisset, ab altari mouisse.*

15 De loco insuper, vbi Virgines à cęteris fęminis separatæ agerent in Ecclesia, D. Ambrosius *de Virg. lapsf.* meminit his verbis. *Nonne vel illum locum tabulis separatum, in quo in Ecclesia stabas, recordari debuisti, ad quem religiosæ matronæ & nobiles certatim currebant tua oscula petentes?* Procopius etiam *de ædif. Iustin. lib. 1.* hæc habet: *Sunt duæ vtrinque porticus, quas fastigiata testudo & aurum venustant. Harum vna viros orantes, altera mulieres admittit.*

16 Ad consulendum igitur honestati sacrorum hominum, iam olim constitutum est, ne mulieres ad presbyterium, & altaria accederent, sed seorsim à viris omnibus, procul ab altaribus io Templo residerent. Noluit quidem Ecclesia à sactis coouentibus arcere mulieres, etiamsi iotetessent mares, quod à Licinio persecutore tenrarum, prodit Euseb. *lib. 1. vit. Constant. cap. 45. & lib. 10. hist. cap. 8.* affirmans, mandasse Licinium, ne viri simul cum mulieribus, in Ecclesijs interessenr, neue Episcopi diuina eloquia mulieribus explicarent; cumque Paulus Neocæsareæ Euphratesiæ Episcopus institutione mulierum non abstitisset, ludibrij, & cruciatus causa iussisse tyrannum, vt admoueretur igois eius genitalibus, & nerui articulorum manuum eius succenderentur, Theodoreto teste *lib. 1. hist. cap. 7.* & Gregorio presbytero ea oratione, qua Patres Nicœnos exornauit. Heracleæ item Licinius Ammonem Diaconum cum quadraginta virginibus Hadrianopolitanis, quas ioformabat, igne ac gladio sustulit. Hoc igitur impijssimi tyranni edictum nihil morati sacri homines, fęminas ad pietatem informare, & eas iuxta Apostoli vsum in Ecclesias admittere, quamuis mares adessent, perrexerunr. Sed, vt honestati vndecumque consuleretur, primò eas seorsim à viris omnibus collocaruor, deinde etiam procul ab altaribus, & à sede sacrorum hominū.

Agens de eadem secretione Cyrillus Hierosolymitanus 17
in præfat. Catechis. docensque cum viris, mulieres cum mulieribus versari in Templo Dei oportere, affert exemplum arcæ Noeticæ, quæ erat typus Ecclesiæ. In ea verò atca per tempus diluuij erat Noe, & filij eius, & vxor ac filiæ, & nurus. Separabantur tamen mansione ita, vt fœminę simul omnes essent io voo loco, & in alio viri. Id qood esse in Ecclesia seruandum, admonet S. Cyrillus, *Ne studium salutis sit perditionis occasio. Et si enim pulchrum sit institutum proximum assidere proximo, sed procul tamen sine affectiones.* Eamdem ob causam mulieres non accedebant ad communicandum promiscuè cum viris, vt nuno assolet, sed seorsim post omoes viros cum solis mulieribus, vt liquet ex Clemente Romano *lib. 2. constit. cap. 57.* aliàs 61. Et apud Hebræos in sacra ad Templum peregrinatione seorsim viri, seorsim fęminę ibant ex Beda *luc. 3.*

Sic etiam locus interior Templi Hierosolymitani muro 18
fuit discretus, quo fęminæ tam indigenæ, quàm peregrinę orationis causa conuenerunt. Ita enim Iosephus *lib. 6. cap. 6.* de Iudaico bello in descriptione Templi ab Herode restituti. *Necessario*, inquit, *proprius locus Religionis causa mulieribus destinatus, muro discernebatur; altera quoque porta opus fuisse videbatur. Contra primam verò secreta erat, ex alijs regionibus vna porta meridiana, & vna septentrionalis, quibus ad mulieres introibatur, per alias enim transire ad mulieres non licebat. Patebat enim locus ille pariter indigenis, & hospitibus fœminis, religionis causa venientibus.*

Ex quibus vides, quò hæc mulierum à viris secretio pet- 19
tineret. Et saoè congruè, ac decèter ita constitutum est, ne qui in domo vitæ mortem quærunt, vt D. Augustinus loquitur *ser. 246. de temp.* & digno fulminibus scelere Ecclesiam prostibulo mutant, vt ait S. Chrysostomus *hom. 7. in Matth.* oec non Anastasius Sinaita *orat. de Synaxi* exitialem experirentur viciniam alterius sexus. Quidquid auctor libri de singularitate Clericotum contra effutiat.

Quemadmodum etiam calumniatur pro more latinos 20
Balsamon *ad can. 69. sexta Synodi & ad can. 44. Synodi Laodicena*, cum ait, eos mulieres ad altatia, & in sanctum Tribunal, ad sedendum promiscuè cum sanctis ministris admittere. Hæc Balsamonis criminatio apertè reuincitur ex Clemeote Romano *lib. 2. constit. cap. 57.* sic alloquente Episcopum: *Cum Ecclesiam Dei conuocas, tanquam magnæ nauis gubernator, iube cum omni prudentia congregari, præcipiens Diaconis, veluti nautis, vt loca fratrum tanquam nauigantibus valdè accuratè, & honestè disponant. Ac primum quidem sit ædes oblonga Orientem versus, naui similis, vtrinque pastophoria in Orientem sit solium Episcopi in medio positum, & ex vtroque eius latere sedeant presbyteri, & astent diaconi succincti, & expediti sine multa veste. Sunt enim illi similes nautis, hi illis, qui per foros nauis cursitant. Sit autem horum vita, vt laici in altera parte ordine, & decore, & quiete sedeant. Item vt sedeant mulieres separatim, ac cum silentio, in medio autem lector ex loco edito legat.* Apertè igitur ex hoc decreto reuincitur fabulositas Balsamonis, & aliorum calumniantium latinos.

In Capitnlaribus Regū Francorum *lib. 7. cap. 134.* idem 21
vetator, & allegantur in eam rem Concilium Chalcedonense, & Gelasius Papa, tanquam de hoc copiosissimè disputantes. Sed & in Nannetensi Concilio *can. 3.* post alia de restringendo canone Niceno circa Sacrorum hominū, & mulierum cootuberninm, additur: *Sed & hoc secundùm auctoritatem canonum modis omnibus prohibendum, vt nulla fœmina ad altare præsumat accedere, aut presbytero ministrare, aut intra cancellos stare, aut sedere.* Non potuit clariùs consodi Balsamonis calumnia; quandoquidem Concilium ex Canonum, vt ait, anctoritate modis omnibus prohibendum deceroit, oe mulieres ad altare acce-

videntur indigere dispensatione, vt ad Prælationes regulares admittantur. Cum tamen circa hoc sit varietas opinionum, consultius erit, vt minimè ad Prælationes regulares admittantur, nisi cum eis prius secundùm terminos priuilegiorum Regularium dispensetur. Hactenus Rodriquez. Sed cessat omnis difficultas ex styln Cancellariæ Apostolicæ, de qun testatur Pyrrhus Corrad. *in pr. disp. Apost. lib. 3. cap. 2. à n.* 1. vbi asserit, dispensationem cum huiusmodi expositis peti, & concedi cum omnibus qualitatibus, conditionibus, clausulis, & decretis, cum quibus conceduntur pro illegitimis. Et *n.* 3. subijcit formulam supplicationis pro expositis secundùm eumdem stylom, in qua ioter cęteraa apponitur clausula restrictiua citra dispensationem ad dignitates. Quare non amplius dubitandum, quin huiusmodi expositi sint irregulares, atque adeò in habiles ad Prælationes suæ Religionis, etiam ex stylo Romanæ Curiæ, quæ in hac materia facit legem, & prn lege seruatur, *cap. ex litteris de const. cap. quam graui de crim. fals.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. Glos. 6. n.* 210.

CONSVLTATIO XXXV.

De presbyterio, siue choro ad exclusionem ex eo magistratus, aliorumque secularium, vbi alia.

1 PRæter aliàs à medicta, habent Templa pleraque nmnia duas præcipuas, & à se inuicem distinctas partes, Presbyterium videlicet, seu Chntum, & Gremium, vt vocant. Presbyterium appellant locum in Templis, presbyteris, & omni Clero destinatum. Gremium verò, in quo stant, aot sedent laici vtriusque sexus, quem locum Græci Naon, Latini Templom, seu Nauem appellarunt. Presbyterium posteà nnminarunt Chorum à Corona. Olim enim in modum Coronæ in eo stabant circum aras, & ibi psalmns concinebant cnncorditer. Quod posteà Flauianus, & Theodorus immntarunt, alternatim psallere constituentes. Significat enim Chorus propriè multitudinem canentium, aut saltantium, D. Augustinus *de Ciuit. Dei lib. 22. cap.* 8. hunc locum appellat Exedram. Inquit enim: *quod cum ex Dominico Pascha die tertio fieret in gradibus Exedra, in qua de superiore loquebar loco.* Sic enim videtur Ludouico Viui suis in hunc locum annotationibus. Dicta est autem Exedra à sedium frequentia, & sedendi commoditate, quod huiusmodi loca circumquaque suas habeant sedes. Græci hauc partem etiam appellarunt Sacrarium, siue Sanctuarium, quæ diuisa erat à reliqun Templo gradibus, cancellis, & velis, siue aulæis, neque eo penetrabant alij, quàm Sacerdotes cum suis ministris Clericis.

2 His duabus partibus accesser it progressu temporis tertia, Pnrticus videlicet ante ingressum in Templum. Eam Græci Pronaon, Latini Vestibulum dixerunt, in qua manseruot pęnitentes.

3 Presbyterium autem, seu Chorus ab initin nnn vbique in extrema, sed aliquibus in locis in media Templi parte stetit, sicut & altare, quod Chnto assignatur, quemadmodum cum ad altaria ventum fuerit multis comprobatur. Leonardus Raunlfinus in descriptinne peregrinationis suæ in Terram Sanctam *lib. 3. c.* 11. refert, Hierosolymis hodie adhuc Chorum, quem Græci occupant, in media parte Templi montis Caluariæ situm esse. In alijs tamen Templis Chorus prima, seu extrema pars fuit.

4 Facta est hæc distinctin ad imitationem Templi Hierosolymitani, quod partes tres præcipuas habuit. Prima appellabatur Sanctum Sanctorum, & Adytum ædis, vel Oraculum Templi. Secunda Sanctum. Tertia Atrium. In Sanctum Sanctnrum nulli hominum licebat ingredi, nisi semel in anno Summo Pontifici tantùm. Sanctum verò solis Sacerdotibus patebat per vices sacra facientibus, seu ministrantibus. In Atrio colligebatur popnlus, qui ad Aram holocaustnrum omni ex parte prospectare poterat, cùm contemplandnrum sacrorum gratia aduenisset.

5 In eo solùm discrimen fuit, quod apud Iudæos Templorum pars prior, quę ipsis Sanctum Sanctorum dicebatur, stabat occidentem versus, quod illi expectarent adhuc Messiam. Deinde ne Ethnicos imitari viderentur, qui Orientem versus adorabaot. Quia verò venit oobis benedictus ille Rex Israel, ideò Christiani priorem Templorum locum versus Orientem ædificare progressu temporis cæpernnt. De Antiochenis autem Syris Socrates *in hist. Eccles.* indicat, quod ipsorum Ecclesia inuersum habeat situm, *lib. 5. c.* 22. De qua re vide Bellarminum ex Duardo, & alijs *lib. 3. cap. 3. de cultu Sanctor.*

Hæc autem Templorum distinctio, quando primo cęperit, ab auctnribus non indicatur. Aut si maximè Con- 6
stantini Magni ætate, vel paulò ante eam cum magnificis
Templorum substructionibus cæpit, illud tamen certò
nnn constat, quando, quo auctore, & cuius mandato Cle-
rus à populo in Templis fuerit separatus. Extat quidem
Clementis primi decretum, quo prnhibet laicos Presbyte-
rium ingredi, dum Sacerdotes Missas celebrant, vt refert
Platina. Vnde quidam probare volunt, iam tum distincta
in Templis fuisse loca, vbi presbyteri, & Clerici steterint.
Sed decretum hoc falsò Clementi aliqui tribui existi-
mant. Primò, quod Clementis huius tempore Christiani
nulla prnrsus Templa in toto orbe habuerunt. Secundò,
quod ea quoque ætate Missæ vocabulum, cuius Clemens
in suo decretn meminit, penitus ignotum fuit. Tertiò,
quod decretum hoc in decretis Clementis nusquam re-
peritur. Sed hæc an rectè dicantur, mox videbimus.

Ex ea verò narratione, quæ apud Theodoretum *lib. 5.* 7
c. 18. & Soznmenum *lib. 7. c.* 24. extat, apparet, hanc in
Templis Cleri, & Populi separationem Ambrnsij tempo-
re in vsu fuisse, incertum tamen à quo iostituta. Cùm
enim Theodosius Imperator pro more intra cancellos,
qui locus tum Sacerdotum solus, sed Imperatori etiam
propter eminentiam hactenus patuerat, consistere voluis-
set, exire iussus fuit ab Ambrosio, Episcopo Mediolanensi
ob cædem Thessalonicæ perpetratam, & cum reliquis as-
sistere: *Demonstrauit illi Ambrosius,* inquit Theodoretus,
discrimina locorum, primumque nunquid vellet interroga-
uit? Cui Imperator cùm respondisset, expectare se communi-
cationē diuinorum mysteriorum, hæc illi per primarium suum
Diaconum mandauit: Interiora, ò Imperator, solis Sacer-
dotibus patent, reliquis verò omnibus inaccessa, & intacta.
Proinde exi, & communiter cum reliquis assiste; nam purpu-
ra Imperatores, non Sacerdotes facit. Neue assentationem
aliquam resiperet, & legitimum ordinem excederet, vt
Theodnretus loquitur, si Imperatores in eo Ecclesiæ lo-
co, in quo Sacerdotes propter excellentiam à plebe sepa-
rati sederent, eum locum Imperatoribus in Ecclesia de- 8
putauit Ambrosius deinceps, qui ante Cancellos esset Sa-
crarij, seu Presbyterij, in quo erant Sacerdotes ita, vt Im-
perator ante plebem quidem præcipuo loco, ante ipsum
verò Sacerdotes sederent. Quam præscriptionem opti-
mus Imperator reuersus Constantinopolim quoque ser-
uauit. Nam cùm festiuitate quadam in Templum ibi ve-
nisset, & munera ad sacrum altare obtulisset, statim exijt,
quem cùm interrogaret Nectarius, Constantinopolita-
nus Episcnpus, cur non maneret? *Vix,* inquit, *cum gemitu*
perdidici discrimen inter Imperatorem, & Sacerdotem.
Vix, enim inueni magistrum. Ambrosium namque solum noui
dignè vocari Pontificem. Hic ego vtriusque opus admi-
ror, illius fiduciam, huius autem obedientiam. Illius zeli
seruorem, huius fidei puritatem. Tantùm prodest incre-
patio à viro virtutibus flnrente prolata. Et si verò post
Theodosium idipsum sequentes Imperatores sine dubio
obseruarint, nihilominùs in Constantinopolitana Syno-
do 6. cnncessum fuit à Patribus, *vt ex laicis Cæsari saltem*
ingredi chorum liceret, can. 69. Vide Caranzam *fol.* 324.

De S. Felice IV. autem, qui Pootificiam Sedem ascen- 9
dit anno Christi 526. refertur, quod primum Clerum à
populo in Ecclesijs, dum sacra peragerentur, discreuerit
lege. Idem fecit Bonifacius Secundus, Felicem hunc proxi-
mè secutus, teste Sabellico. Cnnfirmatur hnc etiam in
Synodo Turonensi secuoda aono 570. celebrata iuxta
Panuinum *cap.* 4. Idem etiam decreuit Leo Quartus anno
847. in Syoodn, à se Aomæ habita *cap.* 32. Sigibertus, &
Sabellicus *Ennead. 9. lib.* 1.

In ipso etiam Choro quædam distinctio locorum esse 10
cæpit, in quibus Clerici sederent, vt patet *ex can.* 38. To-
letani Concilij 4. Alij enim in primo Choro, vt presbyte-
ri, alij in secundo, vt Diaconi, sessiones suas habuerunt.

Et in

11 Et in Constantinopolitano Concilio sexto testatur Constantius presbyter Ecclesiæ magnæ, quod cum Photinus Episcopus Carthaginensis Constantinopolim venisset, & acturus Missas in Templo B. Mariæ, quæsiuisset, vbi deberet sedere, vtrum ante Metropolitanos, qui ibi morabantur, an post eos, ibi inuentum esse in bibliotheca librum quinti Concilij latinum, qui singulis sua loca, & sedes destribueret *tom.2. Concil.*

12 Ex Chrysostomi quoque *homil.74.in Matth.* colligitur, Constantinopoli locum illum extra presbyterium distinctum fuisse, & mulieres à viris parietes quosdam separasse: *Oportet*, inquit, *interiori parte à mulieribus disseparari. Verum quoniam non vultis, necessarium esse patres nostri putauerunt, saltem his ligneis parietibus vos disseparare.* Sed mox addit: *parietes illos ab initio non fuisse, sicut à senioribus acceperit: In Christo Iesu enim non esse nec marem, nec fœminam.* Docet qnoque ibidem *Apostolorum tempore viros, & mulieres vnà orasse.* Indicat tamen simul etiam caussam, ob quam parietibus istis plebs Constantinopoli separata fuerit: *quod nimirùm multi ad formas mulierum aspiciendas, & ad adolescentulorum pulchritudinem curiosius intuendam in Ecclesiam venerint.* Vndè illud vitium taxans, *quid facis homo*, inquit, *mulierum speciem curiosius in Ecclesia perscrutaris, nec horrescis tanta Templum Dei afficiens contumelia? Prostibulumne tibi videtur Ecclesia, & foro ignobilior? Nam in foro erubescis, etiam times, ne quis te videat mulierem sectari. In Ecclesia verò Dei, cum ipse Deus te alloquatur, & ab istis deterreat, eo ipso, inquam, tempore maximè fornicatione, ac adulterio vteris, quo tibi magna voce intonatur, vt ab his fugias, nec horrescis, nec stupes. Sanè præstaret cæcos, aut aliter ægrotos esse, quàm ita oculis turpiter abuti.*

13 Philo Iudæus *lib. de vit. contempl.* seruari solitum ab Essenis tradit, quod D. Hieronymus *descript. Eccles. in Philone*, christianos fuisse affirmat, *vt viri à mulieribus distincti essent, cum agerentur sacri Conuentus* his verbis: *Commune semneum, in quod septimo quoque die conueniunt, septo clauditur duplici, separatis virorum & mulierum cœtibus. Nam mulieres quoque simul auscultant ex more dumtaxat, qua institutum idem sequuntur. Medius autem paries à solo surgit tribus, quatuorue cubitis in modum loricula. Superiora vsque ad tectum patent. Vndè gemina prouenit commoditas, & quod pudori fœminei sexus consulitur, & quod verba Doctoris exaudiant facile absque vllis obstaculis, qua vocem eius intercipiant.*

14 Eadem quoque apud Clementem *constitut. lib.2. cap. 61.* Nazianzenus ex his, quæ scribit in somnio Anastasiæ supra Ecclesiæ porticus mulierum locum fuisse demonstrat, cùm ait. *Sanctæ Virgines vnà cum grauibus matronis è sublimi tecto castissimas sermonibus meis aures inclinabant.* Confirmant hæc, quæ de Sancto Chrysostomo Metaphrastes in vita eius scribit, nimirùm, *Clericum sacris assistentem, cum mulierem sursum in tabulato manentem procaciter inspexisset, ab altari mouisse.*

15 De loco insuper, vbi Virgines à cęteris fęminis separatæ agerent in Ecclesia, D. Ambrosius *de Virg. lapſ.* meminit his verbis. *Nonne vel illum locum tabulis separatum, in quo in Ecclesia stabas, recordari debuisti, ad quem religiosa matronæ & nobiles certatim currebant tua oscula petentes?* Procopius etiam *de ædif. Iustin. lib.1.* hæc habet: *Sunt duæ vtrinque porticus, quas fastigiata testudo & aurum venustant. Harum vna viros orantes, altera mulieres admittit.*

16 Ad consulendum igitur honestati sacrorum hominum, iam olim constitutum est, ne mulieres ad presbyterium, & altaria accederent, sed seorsim à viris omnibus, procul ab altaribus in Templo residerent. Noluit quidem Ecclesia à sacris conuentibus arcere mulieres, etiamsi interessent mares, quod à Licinio persecutore tentatum, prodit Euseb. *lib.1. vit. Constant. cap.45. & lib.10. hist. cap.8.* affirmans, mandasse Licinium, ne viri simul cum mulieribus, in Ecclesijs interessent, neue Episcopi diuina eloquia mulieribus explicarent; cumque Paulus Neocæsareæ Euphratesiæ Episcopus institutione mulierum non abstitisset, ludibrij, & cruciatus causa iussisse tyrannum, vt admoueretur ignis eius genitalibus, & nerui articulorum manuum eius succenderentur, Theodoreto teste *lib.1. hist. cap.7.* & Gregorio presbytero ea oratione, qua Patres Nicænos exornauit. Heracleæ item Licinius Ammonem Diaconum cum quadraginta virginibus Hadrianopolitanis, quas informabat, igne ac gladio sustulit. Hoc igitur impijssimi tyranni edictum nihil morati sacri homines, fęminas ad pietatem informare, & eas iuxta Apostoli vsum in Ecclesias admittere, quamuis mares adessent, perrexerunt. Sed, vt honestati vndecumqne consuleretur, primò eas seorsim à viris omnibus collocarunt, deinde etiam procul ab altaribus, & à sede sacrorum hominũ.

Agens de eadem secretione Cyrillus Hierosolymitanus 17
in præfat. Catechiſ. docensque cum viris, mulieres cum mulieribus versari in Templo Dei oportere, affert exemplum arcæ Noeticæ, quæ erat typus Ecclesiæ. In ea verò arca per tempus diluuij erat Noe, & filij eius, & vxor ac filiæ, & nurus. Separabantur tamen mansione ita, vt fœminę simul omnes essent in vno loco, & in alio viri. Id quod esse in Ecclesia seruandum, admonet S. Cyrillus, *Ne studium salutis sit perditionis occasio. Et si enim pulchrum sit institutum proximum assidere proximo, sed procul tamen sint affectiones.* Eamdem ob causam mulieres non accedebant ad communicandum promiscuè cum viris, vt nunc assolet, sed seorsim post omnes viros cum solis mulieribus, vt liquet ex Clemente Romano *lib.2. constit. cap.57.* aliàs 61. Et apud Hebræos in sacra ad Templum peregrinatione seorsim viri, seorsim fęminę ibant ex Beda *luc.3.*

Sic etiam locus interior Templi Hierosolymitani muro 18
fuit discretus, quo fęminæ tam indigenæ, quàm peregrinę orationis causa conuenerunt. Ita enim Iosephus *lib.6. cap. 6.* de Iudaico bello in descriptione Templi ab Herode restituti. *Necessario*, inquit, *proprius locus Religionis causa mulieribus destinatus, muro discernebatur: altera quoque porta opus fuisse videbatur. Contra primam verè secreta erat, ex alijs regionibus vna porta meridiana, & vna septentrionalis, quibus ad mulieres introibatur, per alias enim transire ad mulieres non licebat. Patebat enim locus ille pariter indigenis, & hospitibus fœminis, religionis causa venientibus.*

Ex quibus vides, quò hæc mulierum à viris secretio per- 19
tineret. Et sanè congruè, ac decèter ita constitutum est, ne qui in domo vitæ mortem quærunt, vt D. Augustinus loquitur *ser.246. de temp.* & digno fulminibus scelere Ecclesiam prostibulo mutant, vt ait S. Chrysostomus *hom.7. in Matth.* nec non Anastasius Sinaita *orat. de Synaxi* exitialem experirentur viciniam alterius sexus. Quidquid auctor libri de singularitate Clericorum contra effutiat.

Quemadmodum etiam calumniatur pro more latinos 20
Balsamon *ad can.69. sextæ Synodi & ad can.44. Synodi Laodicenæ*, cum ait, eos mulieres ad altaria, & in sanctum Tribunal, ad sedendum promiscuè cum sanctis ministris admittere. Hæc Balsamonis criminatio apertè reuincitur ex Clemente Romano *lib.2. constit. cap.57.* sic alloquente Episcopum: *Cum Ecclesiam Dei conuocas, tanquam magnæ nauis gubernator, iube cum omni prudentia congregari, præcipiens Diaconis, veluti nautis, vt loca fratrum tanquam nauigantibus valdè accurate, & honestè disponant. Ac primum quidem sit ædes oblonga Orientem versus, naui similis, vtrinque pastophoria in Orientem sit solium Episcopi in medio positum, & ex vtroque eius latere sedeant presbyteri, & astent diaconi succincti, & expediti sine multa veste. Sunt enim illi similes nautis, hi illis, qui per foros nauis cursitant, Sit autem horum vita, vt laici in altera parte ordine, & decore, & quiete sedeant. Item vt sedeant mulieres separatim, ac cum silentio, in medio autem lector ex loco edito legat.* Apertè igitur ex hoc decreto reuincitur fabulositas Balsamonis, & aliorum calumniantium latinos.

In Capitulatibus Regũ Francorum *lib.7. cap.134.* idem 21
vetatur, & allegantur in eam rem Concilium Chalcedonense, & Gelasius Papa, tanquam de hoc copiosissimè disputantes. Sed & in Nannetensi Concilio *can.3.* post alia de restringendo canone Niceno circa Sacrorum hominũ, & mulierum contubernium, additur: *Sed & hoc secundum auctoritatem canonum modis omnibus prohibendum, vt nulla fœmina ad altare præsumat accedere, aut presbytero ministrare, aut intra cancellos stare, aut sedere.* Non potuit clariùs confodi Balsamonis calumnia; quandoquidem Concilium ex Canonum, vt ait, auctoritate modis omnibus prohibendum decernit, ne mulieres ad altare acce-

dant, vel intra cancellos ſtent, vel ſedeant. Separabant cancelli locum ſacris miniſtris deputatum à loco laicorum. Itaque intra eos non admittebantur mulieres, quæ procul erant ab altaribus, & Sacrario cancellis occluſo, vnde laici quoque mares apud latioos arcebantur, vt liquet ex Theodoſio inde excluſo per S. Ambroſium. Et in Eccleſia quoque Romana diſtincta fuiſſe in Baſilicis loca virorum, & mulierum ex Symmachi, & Gregorij III. Pontificum vitis oſtenditur.

22 Vtrique igitur & viri laici, & quæcunque fœminæ occupabant Eccleſiæ nauim, vt ex Clemente vidimus; mares in dextera nauis parte ſedem habebant, mulieres in ſiniſtra, ſiue viri in parte auſtrali, mulieres in boreali, vt habet Ordo Romanus *de officio Miſſæ*, nec non Micrologus *de Eccleſ. obſer. cap.9.* Amalarius *lib. de Diuin. offic. cap.2.* Albinus Flaccus *lib. de offic. cap. de Sabbato ſancto*, Gulielmus Durandus *lib.1. rational. cap.1. n.46.* atque Vicecomes *lib.4. de baptiſm. cap.15.* qui rationem aſſignatæ mulieribus ſtationis ad Boream, viris ad Auſtrum, cuiuſmodi etiam erat ſtatio therapeuterum, & theraupentridum apud Philonem proferunt, vt ſignificaretur fortiores hoſtibus tentantibus objiciendos eſſe, infirmiores autem, ac debiliores eſſe humiliter erudiendos, & vt teneatur corriſpondentia cum Angelo, quem Ioannes vidit, pedem dextrum ad mare in Auſtro ſitum protendere, ſiniſtrum autem in terra ad Aquilonem.

23 Præterea etiam Conſtantinopoli, alijſque in Templis locus fuit extra Chorum, quem Paulus Diaconus *lib.22. & 23. rer. Roman.* Catechumenium appellat, in quo Catechumeni ſtabant, vel ſedebant. Erant autem Catechumeni, qui nuper de gentilitate venerant, & habebant voluntatem credendi in Chriſtum, vt Iſidorus *de officijs* indicat. Vel qui ex Chriſtianis quidem pareotibus erant geniti, nondum autem erant baptizati, ideòque etiam in Religione, ſeu fide chriſtiana nondum perfectè inſtituti, vnde & nomen Catechumenorum, hoc eſt nondum initiatorum, ſed qui adhuc imbuuntur elemeotis Religionis, ſortiti ſunt. Hi non admittebantur ad communionem, ſed dum illa fiebat, foras exire iubebantur; ideòque etiam inter initiatos, ſeu perfectos non ſedebant, ſed peculiarem, & ab alijs ſeparatum locum in Templis habebant, vt eſt legere in actis S. Parthenij 7. Februarij & in oratione Coſtantini Epiſcopi de inuentione S. Euphemiæ apud Surium 2. Iulij & liquet ex Codino *lib. 3. de offic. cap.17. n.45.* & eius explanatore Gretſero *lib.3. cap.18.*

24 Neque tantùm mulierum diſcretio loci in Templis erat, ſed etiam velatio. Principium duco à ritu iam ab ipſis Apoſtolis inducto, quo mulieres ſiue nuptæ, ſiue innuptæ, vt Tertullianus *lib. de vel. Virg.* demonſtrat, iuſſæ ſunt Eccleſiam ſubire velatæ propter Angelos. Hoc quid ſit, varij variè expoſuerunt apud Feuardentium *in lib.4. Irenæi cap.70.* & Pererium *in cap.6. Geneſ. diſp.1. & 2.* Vaſquez *1. p. diſp.178.* Pinedam *in cap.1. Iob ad v.6.* Fuerunt, qui dicerent, Apoſtolum mulieribus mandaſſe velare in Templis capita propter Angelos, quia Angeli ſunt in Templis frequentes, vt excipiant, & in Cęlum perueherent orationes fidelium. Quod Tertullianus agens de oratione admonuit *cap.13.* & S. Nilus exemplo S. Chryſoſtomi ſtruxit. Et ſingulis altaribus ſuum adeſſe tutorem Angelum, docet diuinum viſum apud Moſchum *cap.4. prati ſpirit.* ſanè non malè velamine, quod eſt nota ſubiectionis, iubentur mulieres in Templis operire capita ad exhibendum Angelis aſtantibus reuerentiam, aut certè ad confundendum ea humilitatis nota Satanam, vt S. Paulinus tradit *ep.4.*

25 Sed commodiſſimè in rem præſentem creditus Ambroſius *ibidem*, & Anſelmus, nec non S. Thomas, & Gloſſa *ad can. mulier debet* 33. *q.5.* ac Dionyſius Paulus Lopis *n.158.* tractans Sacerdotum excellentias conſcutaneè ad ea, quæ habet Gulielmus Pariſienſis *cap.2.* agens de Sacramento matrimonij, Angelos, propter quos Apoſtolus velari mandauit mulierum capita, interpretantur ſacros miniſtros, quibus timuerit Apoſtolus ab obiecto ſpeciei fœmineæ non velatæ, nam etiam apud Ioannem *Apocal. 2.* nomen Angelorum Epiſcopis Eccleſiarum moderatoribus tribuitur.

26 Itaque non inueriſimiliter ritus ſacer, de quo agimus, Inductus cenſetur ab Apoſtolis ad conſolendum pudicitiæ ſacrorum hominum. Quod non minori iure dicitur, quàm quod Benedictus Iuſtinianus aſſerit *1. Cor. 11.* Angelos dici ab Apoſtolo viros quoſcumque, quibus ſubiectionis teſſeram exhibere mandetur mulier.

27 Hinc viri grauiſſimi non poſſunt non concitari in nouum morem ab vſu illo antiquo, & Apoſtolico adeò abhorrentem, quo fœminæ pectora indecentiſſimè nudatæ, & mammas indignè oſtentantes, adde etiam humerorum & brachiorum partem retectæ, non modò ſubeunt Eccleſias, ſed etiam ad ſacra Tribunalia procidunt, & ad ipſam diuinam menſam cęleſti cibo paſcendæ procumbunt. Hæc impudentia mirum quantum hodie per omnes ferè oras gliſcit, negligentibus ijs, quorum eſſet tam indecoram, tam à Religione, & honeſtate auerſam petulantiam cohibere. Non ſic Beatiſſimus, ac Religioſiſſimus Innocentius XI. Pater, ac Domious noſter, qui hoc probrum Romanæ Vrbis excommunicatione, alijſque cenſuris, ac pœnis coercenit.

28 Sanè Clemens Alexandrinus *lib.2. pæd. cap.3.* cùm retuliſſet fœminas quaſdam alabaſtris admodum ore anguſtis bibentes, capita reflectere, & iugulum exreodentes, colla denudare, id valdè ſugillat fixo hoc canone. *Nullo modo permittendum eſt mulieribus, vt appareant aliquid corporis denudantes, ne ambo prolabantur; hi quidem vt qui ad videndum incitentur, illa vero, vt quæ in ſe virorum intuitum attrahant. Semper autem, tanquam præſente Domino, honeſtè verſandum eſt, ne nobis quoque ſicut Corinthijs ſuccenſens, dicat Apoſtolus: Conuenientibus vobis non licet Dominicam Cœnam comedere.* Hæc quam aptè in torqneantur in propudioſas illas communicantium mulierum nuditates, puto perſpicuum.

29 A S. Hierooymo *ep.8.* eadem humeri, atque ceruicum retectio inter notas inſignis corruptelæ numeratur. Demetriadem namque informans, ait de puellis pediſſequis: *Illa sibi ſit pulchra, illa amabilis, illa habenda inter ſocias, quæ ſe neſcit eſſe pulchram, quæ negligit formæ bonum, & procedens ad publicum non pectus, & colla denudat, nec pallio reuoluto ceruicem aperit; ſed quæ celat faciem, & vix vno oculo, qui viæ neceſſarius eſt, patente ingreditur.* Idem in ſuſcepti contubernij inſectatione inter laſciuiæ argumenta, hæc recenſet: *Veſtis ipſa vilis, & pulla animi tacentis indicium eſt, ſi rugam non habeat, ſi per terram, vt altior videaris, non trahatur, ſi de induſtria diſſuta ſit tunica, vel aliquid intus appareat, operiatque quod fœdum eſt, & operiat, quod formoſum. Palliolum interdum cadit, vt candidos nudet humeros, & quaſi viderit noluerit, celat feſtina, quod volens detexerat. Et quando in publico, quaſi per verecundiam operit faciem, lupanarium arte, id ſolum oſtendit, quod oſtenſum magis placere poteſt.*

30 Nihil ſanè eſſe magis pronum ad libidines, quàm eorum non modò, quæ oatura abſcondit, ſed etiam quæ diſciplina velauit, membrorum operta nudare, grauiter dixit S. Ambroſius *lib.3. de Virg.* In quam rem illuſtrandam, & ad perſpiciendum quanti libidinis ignes ex nudatione quacumque fœmioei corporis ſuccendantur, fuſiſſimè diſputat Tiraquellus *ad leg.4. connub. à n.10.* Sed nunc quæ in communi vita fiunt non attendo, intentus ſolam nudationem pectoris, & humerorum bona ex parte per tempus publicæ orationis, aut confeſſionis ſacramentalis, vel Communionis. Extra has verò circumſtantias quo ſordeat peccato huiuſmodi nudatio docebunt Saochez *lib.9. de matr. diſp.46. n.26.* Bonacina *tom.1. q.4. pun.9.* Baucius *q.109. & 112.* ac alij. Redolere ſanè eam ſcapularum nudationem meretriciam petulantiam, intelligitur ex actis S. Pelagiæ, nondum conuerſæ, quam Epiſcopi ſic procedentem contuiti, auerſis oculis, tanquam rem propudioſam, & exccrabilem gementes ſunt deteſtati.

CONSVLTATIO XXXVI.

Ad tollendas controuersias, quæ magna populi offensione quandoque inter Regulares, Confraternitates, & Parochos seculares in funeribus, & funeralibus oriuntur, ad dubia infrascripta requisitus pro veritate ita respondendum censeo.

1 AD primum, *an scilicet societates prædictæ nullum habentes priuilegium possint prætextu consuetudinis sepelire in suis Oratorijs corpora defunctorum?*

2 Respondeo, non posse. Quia non potest quis relicto maiorum suorum, vel parochiali sepulchro sepeliri in Oratorio, vel in Ecclesia, quæ de iure, vel ex priuilegio cæmeterium non habet, per textum *in cap. fraternitatem de sepult.* ibique Canonistæ communiter, nominatim Innoc. *num.* 1. De iure autem communi cæmeterium habent illæ duntaxat Ecclesiæ, quæ habent populum, vt tenet Glos. *in Clem. Dudum §. huiusmodi v. sepulturam* Innoc. Ost. Archid. & Io. Andr. *in cap.* 1. *de sepult. in* 6. Oratoria autem confraternitatum non habent populum, atque adeò non possunt in ijs sepeliri corpora defunctorum.

3 Neque suffragatur pretensa consuetudo. Tum quia debet probari legitimè. Tum quia est contra ius, quod disponit, vnumquemque sepeliri debere in sepulchro maiorum suorum, aut in Ecclesia parochiali, vt *in cap.* 1. *de sepult.* & agitur de præiudicio tertij, nempè Ecclesiæ, in qua de iure sepeliri debent, *l. si vero §. de viro ff. sol. matr.* Et tum quia non potest præscribi, aut consuetudine acquiri id, cuius non adest capacitas, Societates autem seculares sunt incapaces iuris spiritualis, & Ecclesiastici, quale est ius sepulturæ, vt proindè Vitalin. *in d. Clem. Dudum, §. huiusmodi num.* 10. concludat, quod illa sola Ecclesia habet ius sepeliendi, cui sit concessum cæmeterium, ac ita quod licèt fuerit Ecclesia ædificata authoritate Episcopi, non idcircò habeat ius sepeliendi, nisi fuerit ei cæmeterium concessum, cuius sententiæ fuit Ost. *in sum. tit. de sepult.* §. 2. & Archid. *in cap. de pact. & in can. nemo* 1. *de consecr. d.* 1. & in *d. cap. fraternitatem*, firmatque Innoc. *in cap.* 1. *de sepult.* quod etiam decreuit S. Carol. *lib.* 3. *Actor. tit.* 15. *de sepult.* vbi solùm admittit consuetudinem immemorabilem, his verbis. *Ne in Confratriarum, scolarumue Oratorijs, Ecclesijsue cadauera, etiam Sodalium sepelire liceat, nisi id licere ex priuilegij tabulis, aut consuetudinis immemorabilis vsu, constet Episcopo.*

4 Ad secundum; *posito quod eadem Confraternitates possint ex consuetudine immemorabili sepelire in suis Oratorijs corpora defunctorum, an possint sepelire suos confratres, qui sibi in illis non elegerint sepulturam?*

5 Respondeo, pariter non posse. Nam qui poterat eligere sepulturam, & moritur absque electione, debet sepeliri in sepulchro maiorum suorum, vel in Ecclesia parochiali, vt desumitur ex *d. cap.* 1. *de sepult.* iuncta Glos. in formatione casus, & *ex cap. is*, qui *eod. tit. in* 6. & tradunt Ioan. Andr. *in cap. Religiosi eod. tit.* Bursat. *cons.* 226. *num.* 110. aliijque communiter. Quare cum ab Episcopo Bergomensi propositum fuisset 14. dubium S. Congregationi super Episcopis, & Regularibus, vt alibi retuli: *Se hauendo le Compagnie secolari priuilegio di sepelire ne' loro Oratorij, possano sepelire alcuno, che in articulo mortis non si habbia eletto la sepoltura in esso Oratorio. S. Congregatio die* 10. *Maij* 1595. *respondit negatiuè, nisi saltem in articulo mortis sibi elegerit sepulturam.*

6 Ad tertium. *An filij impuberes, & vxores Confratrum Societatum possint sepeliri in Ecclesijs Regularium, in quibus habent Capellam, & prætendunt habere sepulturam in dicta Ecclesia.*

7 Respondeo, quoad huiusmodi vxores negatiuè, si ibi sepulturam sibi non elegerint, vt supra diximus, sed sepeliendæ sunt, vbi de iure sepeliri debent. Quod verò ad filios impuberes seruandum est *cap. licet de sepult. in* 6. vbi ita decernitur: *licet pater minores filios, qui nequeunt antequam ad annos pubertatis perueniant eligere sepulturam, possit, si consuetudo terræ id habeat, quò voluerit sepelire, hoc tamen non potest vbi consuetudo huiusmodi non habetur, sed sunt cum suis maioribus, vel in parœciali Ecclesia tumulandi.*

8 Cùm igitur, vt alibi dixi, ius commune determinet sepulturam pro vno quoque, vt nimirùm debeat quisque sepeliri, aut in sepulchro maiorum suorum, aut in Ecclesia parochiali, ac insuper concedat vnicuique qui est capax electionis, quod possit sibi eligere sepulturam, non remanet aliqua potestas eligendi præter concessam à iure, quæ cùm sit personalis, & ijs tantùm competat, qui sunt capaces talis electionis, non substituitur ratione incapacitatis alterius, & proindè, nec pater pro filio, quando filius est incapax. Quare solùm restat, quod consuetudo præualens iuri communi det patri facultatem eligendi pro filio impuberi. Atque ita docent Glos. *in d. cap. licet pater v. vel in parochiali*, ibique Archid. *num.* 1. Gemin. *num.* 2. Io. Andr. Butr. ac cæteri Canonistæ, Nauar. *cons.* 2. *de sepult.* & Rota coram Gregorio XV. *dec.* 276. *num.* 1.

9 Ad quartum. *An ab hæredibus defuncti Confratris sepulti in Oratorio suæ sodalitatis aliquid solui debeat proprio eius parocho iure sepulturæ, quod in d. Ciuitate solui solet?*

10 Respondeo affirmatiuè per textum expressum in *cap. ad Apostolicam de Simon.* vbi Innocentius III. hanc piam, & laudabilem consuetudinem pia deuotione fidelium introductam, præcipit obseruari, & declarauit S. Congregatio super Episcopis in Sabinensi 27. Iunij 1659. apud Nicol. *lucubrat. p.* 1. *lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 12. & in Anconitana 19. Decembris 1608. apud eundem in *floscul. v. confraternitas* vbi concessum ex gratia vt Confraternitas sepelire possit in sua Ecclesia omnes suos Confratres ante infirmitatem, de qua discesserint, in ea Confraternitate descriptos de consensu hæredum, & sine præiudicio quartæ funeralis, aliorumque emolumentorum, quæ spectarent ad Capitulum, vel Parochum.

11 Ad quintum. *An ab eisdem hæredibus defuncti id ipsum solui debeat, quando defunctus sepelitur in propria sepultura, vel eam sibi elegit alijs Ecclesijs, etiam Regularium?*

12 Respondeo, quod ad vtramque partem affirmatiuè. Quod ad primam enim extat declaratio eiusdem S. Congregationis super Episcopis in d. Sabinensi apud eundem Nicol. *loc. cit.* per hæc verba: *Si adsit laudabilis consuetudo soluendi ius sepulturæ, etiam pro ijs, qui sepeliuntur in proprijs sepulchris, seruanda est*, & in Miletensi 25. Iulij 1606. apud eundem in hunc modum: *pro sepultis in Ecclesia noua Confraternitatis Curatus idem recipere debet, ac si sepelirentur in sua parochiali.* Et quoad Regulares certum est, quod hoc ius sepulturæ non est quarta funeralis, siue portio canonica, quæ debetur Parocho, ad quam soluendam Regulares non teneri ex suis priuilegijs fortasse nunc asserunt, sed est ius omninò distinctum à quarta, de qua solùm Constitutio B. Pij V. loquitur *in* §. 11. & 12. vbi distinguit primò Conuentus Regularium, qui soluere debent quartam, interpretando Concilium Tridentinum, ac deinde loquitur de iure sepulturæ absque vlla distinctione. Si autem ius sepulturæ non esset diuersum à quarta funerali, superflua esset dispositio Constitutionis super iure sepulturæ, dum vult quod quarta tantùm soluatur in certis casibus, & ius sepulturæ indistinctè, ac indeterminatè, quando sit consuetum. Quarta soluitur à Regularibus ex ijs, quæ in funere deferuntur, ius verò sepulturæ soluitur ab hæredibus defunctorum. Ne soluatur quarta est ex priuilegio ad commodum Regularium, vt verò soluatur ius sepulturæ est in damnum hæredum ex laudabili consuetudine.

13 Et quidem quatenus etiam hoc ius sepulturæ sit quarta, eam soluere tenentur Regulares non habentes priuilegium cum specifica derogatione *d. Clem. Dudum de sepult.* vt per *dec.* 83. post Tambur. *de iur. Abbat. & dec.* 49. Millini *num.* 1. etiam stante dispositione S. Concilij Trid. *cap.* 13. *sess.* 25. *de ref.* Nam aut eorum monasteria ædificata sunt citra 40. annos à publicatione dicti Concilij, &

pri-

priuilegia fuerunt abrogata; aut ſunt ante 40. annos, & cum Parochi ſint in quaſi poſſeſſione exigendi hoc ius trium Iuliorum, ſiue loco quartæ, ſiue iure ſepulturæ, dicendum eſt, illos eſſe in poſſeſſione exigendi quartam, & Concilium non ſuffragari, vt diſcurrit Millin. *d. n. 1.* & declarat Barboſ. de Paroch. *lib. 3. c. 25. num. 13. & ſeq.* iuxta deciſionem 84. coram Coccinio poſt Tambur. *loc. alleg.* Atque adeò debetur Parochis id, quod à Regularibus, & à defunctorum hęredibus denegatur pro iure ſepulturæ, quod percepturi eſſent in ſuis Eccleſijs, non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, & SS. Congregationum decretis, cum in d. Conſtitutione B. Pij V. pręſeruetur hoc ius ſepulturæ, quod ſiue ſit diuerſum à quarta, vt probat Gabriel *conſ. 190. à num. 1. lib. 2.* potuit conſuetudine introduci, ac taxari dictis Iulijs tribus, vt proſequitur idem Gabriel, & Gratian. *diſcept. 210. num. 10. cum ſeqq. & dec. March. 20. num. 14.* ſiue quartam etiam implicet, illa eſt debita iuxta textum in *d. cap. 1. de ſepult. & in d. Clem. Dudum eod. tit.*

14 Ad ſextum. *An parocho dari debeat duplex ſtipendium, quod dari ſolet alijs Sacerdotibus pro aſſociatione funeris, quando ad d. aſſociationem inuitantur Regulares, vel Societates, vel Capitulum, ſiue cadauera tumulentur in Eccleſia parochiali, ſiue in Eccleſijs Regularium, ſiue in Oratorijs Societatum?*

15 Reſpondeo etiam affirmatiuè ex declaratione S. Congregationis ſuper Epiſcopis in Caſſanenſi 5. Maij 1617. apud Nicol. *d. p. 1. lib. 4. tit. 15. num. 22. ampl. 3.* tenoris ſequentis; *regulariter Archipresbytero, ſiue Curato ſoluenda eſt duplex merces, quàm ſit ea, qua ſoluitur ſingulis alijs presbyteris ordinarijs.* Quod etiam ſeruatur Romæ ex ſtatuto Cleri Romani *cap. 6. §. 13.* quia Parochi comitantur funus cum ſtola.

CONSVLTATIO XXXVII.

An falſus calumniator in materia ad S. Officium ſpectante, veluti ſollicitationes in confeſſione, ſit de hæreſi ſuſpectus, & tanquam talis debeat abiurare, & quomodo?

Et an gaudeat immunitate Eccleſiæ?

Et an idem dicendum ſit de teſte deponente falſum in S. Officio, & in materia ad S. Officium ſpectante, vt ſupra?

1 AD primum reſpondeo negatiuè. Primò quia ſi eſſet de hęreſi ſuſpectus, deberet puniri pœna hęretici; ſed huiuſmodi falſus calumniator noo eſt puniendus pœna hęretici, ſed pęna calumniatoris, vel alia pœna arbitrio Inquiſitorum, vt tradunt Io. Andr. Butr. Cardinal. & Anan. *in cap. penult. de hæret.* Iacob. Septim. *in inſtit. cathol. cap. 4. & cap. 61. n. 35.* Royas *ſingul. 8. num. 1.* Secundò quia B. Pius V. generaliter in ſua *Conſtit. 5.* ſtatuit, vt in omni crimine denunciantes per calumniam pęna talionis puniantur. Solùm igitur quo ad pœnam, non autem quo ad crimen falſus calumniator, & ſuſpectus de hęreſi ſunt æquales, quamuis hęc pęna regulariter hodie non imponatur, vt per Doctores communiter, & nos alibi. Tertiò, quia nullibi cautum reperitur, quod huiuſmodi calumniatores ſint de hæreſi ſuſpecti, & quod tanquam tales debeant abiurare. Extatque decretum S. Congregationis S. Officij ſub die 30. Maij 1601. in quo habetur, quod calumniatores vltra pęnas corporis afflictiuas damnentur ad reficiendum damna, expenſas, & intereſſe.

2 Ad 2. conſentaneè ad dicta reſpondeo, gaudere. Priuantur enim immunitate Eccleſiæ tum hęretici, tum ſuſpecti de hæreſi. Hic autem falſus calumniator non eſt hęreticus, neque ſuſpectus de hęreſi.

3 Ad 3. affirmatiuè. Quia ille teſtis eſt de hęreſi ſuſpectus, qui prius de ſe, vel de alijs hęreſim confeſſus fuerat, poſteà negat, vt ex *cap. literas de præſumpt.* & ibi canoniſtę communiter. Hic autem teſtis non eſt huiuſmodi, atque adeò non eſt ſuſpectus de hęreſi. Secundò quia, licèt falſi teſtes in crimine hęreſis eadem pœna, qua hęretici, vel ſuſpecti de hæreſi puniendi ſint, non tamen eorum filij, & nepotes redduntur infames, nec alijs pęnis obligantur, quibus hæreticorum liberi obligati ſunt ex allegatis à Farinacio *de hæreſi quæſt. 188. §. 2. num. 54.* Eſſent autem eorum filij, ac nepotes infames, alijſque pœnis obligarentur, ſi falſi teſtes in crimine hęreſis eſſent hęretici, vel de hęreſi ſuſpecti. Tertiò quia non deponit falſum, occultando hęreſim, ſed illam reuelando, atque adeò non offendit diuinam maieſtatem, ſed humanam. Hęreticus autem, vel ſuſpectus de hęreſi eſt, qui offendit diuinam maieſtatem, vel eius fidem. Et hinc eſt, quod contra teſtem falſum crimen hęreſis deponentem non proceditur tanquam in fautorem, ſecus autem contra teſtem falsò hęreſim occultantem, in quem poteſt proceſſus formari de crimine fautoriæ, & tanquam fautor hęreticorum, atque adeò tanquam de hęreſi ſuſpectus damnari, non quidem ob pręciſam falſitatem, ſed potius ob fauorem, & auxilium hæretico pręſtitum, vt rectè Caſtropal. *tom. 1. tract. 4. diſp. 8. pun. 15. §. 6. num. 11.* Reperio tamen, quod N. qui contra N. falſum depoſuit in S. Officio dat ſupplicem libellum, in quo reuocat, tanquam falſa ea, quæ denunciauerat, & fuit decretum, vt examinetur, & retineatur.

CONSVLTATIO XXXVIII.

Qua pœna Epiſcopus committens ſtuprum cum Sanctimoniali puniendus ſit?

1 SExta Synodus, relata *in can. Si quis Epiſcopus 27. q. 1.* tem hanc ita definit: *Si quis Epiſcopus Presbyter, Diaconus, aut Subdiaconus, aut lector, aut pſalmiſta, aut oſtiarius cum muliere ſanctificata Deo mœchatus fuerit, deponatur. Quia ſponſam Chriſti corrupit. Si verò laicus excommunicetur.*

2 Per hunc textum Anania *conſ. 1. col. 2.* tenet, quod hoc delictum eſt de maioribus merentibus perpetuam depoſitionem, dato etiam, quod tale ſtuprum cum moniale non ſit notoriè ſcandaloſum, vel diù continuatum, & ait hoc ita declarare Butr. *in cap. at ſi Clerici de iudic.* & tradit Abb. *in cap. Clericus num. 2. de vit. & honeſt. Cleric.* Grilland. *in tract. de pœn. omnifar. coit. quæſt. 1. ad fin.* vbi per d. textum in *can. Si quis Epiſcopus* docet, quod Clericus cuiuſcunque gradus, vel dignitatis deponitur propter hoc delictum ab omni ordine Sacro, & priuatur omnibus beneficiis, ac detruditur in arctum monaſterium ad agendum perpetuam pœnitentiam.

3 Eòque magis depoſitioni locum eſſe ait Turrecrem. *in d. can. Si quis Epiſcopus*, ſi in notitiam populi hoc delictum peruenerit. At Bernard. Diaz *in pr. crim. can. cap. 83.* vult per eumdem textum, quod depoſitioni ſit locus, etiamſi ad notitiam populi delictum non peruenerit, cum *d. can. Si quis Epiſcopus* ſimpliciter imponat pœnam depoſitionis. Et hoc, ait, videtur velle Anania, & Butrius locis allegatis. Quare concludit, conuictum de hoc delicto, nullo diſcrimine habito, deponendum eſſe, & in monaſterium, ſeu carcerem ad tempus aliquod, addo ego vel perpetuò iuxtà perſonæ qualitatem, & delicti continuationem, & populi notitiam detrudendum. Quod eſt iuxtà *can. Si qua monacharum d. cauſ. 27. q. 1.*

5 Et quidem hoc crimen eſſe grauiſſimum, & depoſitione dignum, nemo dubitare poteſt. Quia reperitur iure expreſſum *in d. can. Si quis Epiſcopus*. Quod eſſe regulam in materia depoſitionis, tradunt Doctores, quos ſequitur Sayr. *de cenſur. lib. 5. cap. 21. num. 5.* De quo crimine S. Cyprianus ad Pomponium, relatus *in can. nec aliqua ead. cauſ. 27. quæſt. 1.* his verbis conqueritur: *Si ſuperueniens maritus ſponſam ſuam iacentem cum altero videat, nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem fortaſſis, & gladium in manum ſumit? Quid Chriſtus Dominus, & Iudex noſter, cum Virginem ſuam ſibi dicatam, & ſanctitati ſuæ deſtinatam, iacere cum altero cernit, quam indignatur, & iraſcitur? Et quas pœnas inceſtis eiuſmodi coniunctionibus comminatur?*

Quod

5 Quod si de hoc crimine Episcopus non fuerit conuictus, sed adfuerit graue scandalum in populo, quod sedari non potest, in hoc casu interuenire causam legitimam cedendi Episcopatum, decernit textus *in cap. nisi cum pridem de renunc.* quia Episcopus non debet magis temporalem honorem, quàm æternam affectare salutem. Et vt ibi ait Fagnan. *num.* 73. tantùm potest esse scandulum, vt Episcopus non solùm possit, sed etiam teneatur renunciare, vt tradunt in eundem textum Ost. & & Io. Andr. *num.* 19. & Cardin. *in §. pro graui, allegantes cap. nihil de præscript. c. teneantur de præb. cap.* 1. 2. *&* 3. *de purg. can.*

6 Si verò renunciare noluerit, poterit Summus Pontifex illum priuare, cùm interueniat iusta causa *can. per principalem 9. quæst.* 3. ibi, *cum necesse fuerit*, quo sensu intelligendam esse ibi Glossam, *in d. can. per principalem* tradit Cardinal. *cons.* 143. *num.* 4. & Fagnan. *in c. quanto de translat. Episcop. num.* 78. qui & *num.* 71. insinuat, posse dissolui vinculum spiritualis coniugij, adminiculante aliqua iusta causa. Quidquid sit, an Pontifex priuare possit Episcopum etiam sine causa, de quo Doctores, & Fagnanus *in d. cap. quanto*.

7 Vt igitur Episcopus deponatur, requiritur iusta, & sufficiens causa ob aliquod crimen, quod in iure inducit depositionem. In hoc autem casu certum est, quod crimen, de quo Episcopus est accusatus, & processatus, reperitur in iure expressum in adducto *can. Si quis Episcopus 27. quæst.* 1. Et licèt non sit confessus, neque conuictus, videndum nihilominùs est, an hoc non obstante insurgat ex indicijs causa sufficiens ad renunciandum. Et vt supra dixi, quamuis non sit conuictus, tantùm tamen potest esse scandalum, vt non solùm possit Episcopus, sed etiam teneatur renunciare, & quod si renunciare renuerit, possit Summus Pontifex illum priuare, quia interuenit iusta causa, nempè graue scandalum in populo cum odio implacabili, atque adeò necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ, quæ omninò requiritur pro dissolutione vinculi matrimonialis inter Episcopum, & ipsam Ecclesiam iuxta consilium Romani 467. *num.* 6. & Lotterium *de re benef. l.* 2. *q.* 22. *n.* 47.

8 Vndè tota difficultas verti potest, an adhuc non obstante, quod Episcopus non sit confessus, neque conuictus, constet de iusta, & sufficienti causa depositionis ita, vt possit mouere Pontificis animum ad illum deponendum, non solùm ex hactenus deductis in processu, præsertim ex graui scandalo, sed etiam ex causis Sanctissimo notis, & absque defensionibus, nisi illis, quę ex processu informatiuo dari possint, & an auctoritate ordinaria, an de plenitudine potestatis, & an per Breue, an autem per motum proprium. Quibus respondeo, quod si Papa procedat de plenitudine potestatis, non requiritur citatio, secùs autem si procedatur de potestate ordinaria, vt per Fagnan. *in cap. Consultationibus de Cler. ægrot. num.* 69. Quod si procedere velit de plenitudine potestatis, procedendum est per motum proprium, vt in hac specie declarat Io. Menoch. *in cap. Si motu proprio num.* 10. *&* 13. *de præb. in* 6. Felin. *in cap. Quæ in Ecclesiarum col.* 23. *vers. limita quinto de constit.* & alij, quos sequitur Ant. Gabr. *in tit. de iur. quæs. non sol. concl.* 3. *num.* 12. *&* cum hisce clausulis: *Motu proprio, ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, & non obstante.*

9 Qua in re extant similia exempla apud Baron. Anno 1201. num. 38. Innocentius III. deposuit Gualterium Episcopum Troianum ob expoliatas ab eo Ecclesias. Anno 1233. num. 56. Gregorius IX. deposuit Episcopum Bosnensem in Vngaria propter eius perfidiam. Anno 1257. num. 9. Alexander IV. priuauit Philippum Archiepiscopatu Salisburgensi ob eius inobedientiam, & contumaciam. Anno 1348. Clemens VI. deposuit Henricum Archiepiscopum Moguntinum ob contemptum censurarum. Anno 1426. num. 11. Martinus V. condemnauit, ac deposuit Conradum Episcopum Pragnensem ob suspicionem hæresis Hussitarum; & plura huiusmodi sæpè. Ac nostro tempore Innocentius X. & Alexander VII. deposuerunt, siuè renunciare compulerunt Episcopos N.N. N.N. imputatos de mandato homicidio in suis diœcesibus. Clemens X. coegit Episcopum N.N. ad renunciandum Episcopatum ob probabilissima indicia violationis monialium; & Innocentius XI. anno 1686. priuauit Episcopatu Episcopum N.N. ob indiciatum stuprum cum moniali, licèt non fuerit confessus, neque conuictus. Quare vsus fuit chyrographo, ac motu proprio cum supradictis clausulis, assignata congrua, & habito monasterio SS. Cosmæ, & Damiani pro carcere.

CONSVLTATIO XXXIX.

De praxi, quæ seruatur in conuersione hebręorum, eiusque difficultatibus.

PRimò, Neophiti, qui vt plurimum, deferunt nomina eorum, qui cupiunt venire ad fidem Christi, frequentissimè hac in re mentiuntur, affirmantque, eos suscipere velle baptismum, qui nunquam de fide christiana suscipienda cogitarunt; vndè ex cathecumenorum domo remittuntur ad Synagogam non sine magno nostræ Religionis opprobrio, & irrisione.

Secundò, fit sæpè, vt qui nunquam de baptismo cogitarant, postquam diutius in domo cathecumenorum detenti sunt, eos pudeat redire ad suos, apud quos in tota vita malè audiunt, qui aliquando Religionem suam deserere cogitarunt; ideò ficto animo suscipiunt baptismũ, & inter christianos viuunt, tanquam hebræi, exercentes malas artes, nec rarò, data occasione, fugiunt in eas partes, vbi illis publicè liceat iudaizare, id quod non semel contigit.

Tertiò, sæpè à neophitis, vel cathecumenis, etiam maritis, deferuntur mulieres, & præsertim Virgines, quæ reuera nullum habent animum suscipiendi fidem Christi, sed Neophiti, vel cathecumeni, qui cupiunt eas ducere in vxores, dicunt, velle fieri christianas, vt adducantur in domum cathecumenorum, ibique cum illis liceat agere, illisque persuadere baptismum, vt eas iniquis rationibus ad suas conditiones perducant, ducantque in vxores, quę nunquam suscipiunt baptismum sincero animo.

Quartò, apud hebræos magna notantur infamia, qui aliquando tentarunt deserere hebræorum ritum, Neophiti, qui sunt infensi priuatis de causis quibusdam hebræis, deferunt eorum nomina, & dicunt, illos velle fieri christianos, vt capiantur, & adducantur ad domum Cathecumenorum, vt eos afficiant tali nota.

Propter has, & alias causas quæritur.

Primò, an expediat statuere, vt Neophiti, & alij, qui agunt de conuersione hebræorum, persuadeant ipsismet, qui cupiunt, baptizari, petere per se baptismum, præsertim si sint adulti, & viri quibus patet aditus ad tribunalia Christianorum?

Secundò, an expediat ad mulieres, puellas, & pueros, quibus non licet adire per se ad Episcopum, vel alios Superiores, mittere aliquos probatæ vitæ, qui secreto domi suæ, vel alio opportuniori loco explorent earum voluntates, videantque, an habeant fundamentum delationes Neophitorum, antequam capiantur à satellitibus, & ducantur ad domum cathecumenorum?

Tertiò, an pueri antè vsum rationis, qui habent affines hebræos, & christianos in æquali gradu, debeantur potius hebræis, cùm sint quasi in possessione, an verò christianis in fauorem fidei? Item pueri, qui habent plures affines hebræos, vnum tantùm christianum in æquali gradu, an debeantur hebræis? Item vtrum pueri in æquali gradu debeantur potius affini, qui est tutor, aut curator, an verò Christianis?

Quartò, an credendum sit vni dicenti, puerum aliquem esse sibi affinem, vel filium, & ideò sub sua potestate, an verò exploranda sit veritas, antequam pueri capiantur?

Quintò, an præferendi sint, cæteris paribus, viri mulieribus, affines ex parte patris ijs, qui sunt ex parte matris, quando plures sunt, qui pueros ad se pertinere dicunt, an verò in fauorem fidei semper præferendi sint Christiani hebræis?

Sextò,

Sextò, postquam pueri peruenerunt ad vsum rationis, an parentes possint eos capere, & ducere ad cathecumenos, vt ibi addiscant articulos fidei?

Septimò, an iure queant baptismo donari, si dubitatur, an sint, nec ne rationis compotes, cum petant baptismum?

Octauò, an, qui conuertuntur ad fidem, cogendi sint soluere debita contracta ante baptismum, ipsis etiam hebraeis, etiam consanguineis?

Nonò, an petentibus parentibus neophitis capi possint filij hebraei, qui sunt iam rationis compotes, etiam inuiti, & nolentes, vt ducantur ad domum neophitorum? Item an petente marito eadem de causa capi possit vxor inuita, & nolens fieri christiana? Rursus, an petente fratre capi possit frater, vel soror vidua iam rationis particeps, etiam nolens, & repugnans, vt ducantur ad domum cathecumenorum?

1 ANtequam respondeam ad quaesita suppono primum hebraeos non esse vi compellendos ad fidem, sed monitis, & adhortationibus alliciendos iuxta *can. qui sincera d.* 45. vbi S. Gregorius ait, *qui extraneos à christiana religione ad fidem cupiunt perducere, blandimentis, non asperitatibus debent studere, & reddit rationem; quia asperitatibus potius alienantur à fide, quàm erga eam afficiantur ea pietate, quae est necessaria, vt quis verus fidelis sit.* Existimat autem S. Gregorius eo loco afferri vim hebraeis, si non permittantur suos dies festos celebrare, vt hac occasione conuertantur ad fidem, ideò praecipit Episcopo Neapolitano, vt non patiatur hebraeos in suis solemnitatibus inquietari, & Concilium Toletanum 4. vt refertur *ead. dist. can. de Iudaeis* prohibet afferri vim, vt Iudaei ad fidem conuertantur, & concludit, *non vi, sed liberi arbitrij facultate suadendi sunt, vt conuertantur.* Idem habemus *cap. Sicut de Iudaeis, & Sarac.* vbi Clemens III. aliam reddit rationem, dicens, *quippè Christi fidem habere non creditur, qui ad baptismum non spontaneus, sed inuitus cogitur peruenire.* Idem habet S. Thom. 3. *par. quaest.* 68. *art.* 7. & alij Theologi communiter *in* 4. *d.* 4.

2 Deindè suppono in hoc negotio, fieri posse hebraeis iniustitiam. Hinc S. Thom. 3. *p. quaest.* 68. *ar.* 10. *in corpore*, vbi quaerit, an pueri hebraeorum baptizari possint, inuitis parentibus: si pueri, inquit, nondum habent vsum liberi arbitrij secundùm ius naturale, sunt sub cura parentum, quandiù ipsi sibi prouidere non possunt. Ideò contra iustitiam naturalem esset, si tales pueri inuitis parentibus baptizentur. Idem repetit 2. 2. *quaest.* 10. *art.* 2. Idem tenent omnes Theologi loco citato, & Tabiena *v. infidelitas* §. 6. Colligitur hoc ipsum *ex cap. ex literis de conuers. in fid.* vbi agitur de baptismo puerorum hebraeorum, & dicitur, pueros pertinere iure naturae ad parentes. Addit S. Thom. *loco alleg.* fieri etiam iniuriam hebreo adulto, si baptizetur inuitus; quia cùm baptismus sit liber, fit iniustitia illi, qui cogitur, illum suscipere. Pati propterea possunt iniustitiam hebraei, si inuiti, & repugnantes ducantur ad domum cathecumenorum; nam cùm apud eos magna infamia laborent ij, qui aliquando in ea domo fuerunt, quis non videat iniustè affici tali nota eos, qui nunquam voluerunt fieri christiani? Denique non solùm patiuntur iniuriam illi, qui inuiti coguntur suscipere baptismum, quem Dominus voluit esse liberum, sed etiam illi, qui hac de causa à christianis molestantur per *cap. qui sincera d.* 45. Quarè qui inuiti capiuntur absque eo, quod vllum indicium dederint, quod vellent fieri christiani, iniustè molestantur hac de causa, nec cohonestatur haec actio ex eo, quod, quamuis, quando capiantur, non habeant animum suscipiendi baptismum, in domo tamen cathecumenorum conuertantur aliqui, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona, nec violandum est ius, quod habent hebraei, vt non molestentur causa fidei, vt aliquis conuertatur, vt notauit Suar. 3. *par. tom.* 3. *q.* 68. *ar.* 4. *disp.* 35. *sect.* 3. sed seruandum est ius in toto hoc negotio.

3 His positis ad tollendum opprobria, & irrisiones in christianam Religionem, quae in huiusmodi conuersione magna populorum offensione oriuntur, illisque in posterum occurrendum, prospiciendumque decori Religionis christianae, ac libertati Iudaeorum in suscipienda Christi fide, respondeo ad primum, expedire, vt ij, qui possunt adire superiores per se, petant baptismum, & non per neophitos cathecumenos, aut aliam interpositam personam. Primò quidem quia non est credendum ex animo eos desiderare baptismum, qui cùm possint illum petere, nolunt petere. Illi autem, qui non accedunt ad fidem animo sincero, non sunt admittendi ad Sacramentum baptismi.

4 Nec dicat quispiam, desiderare illos ex animo, sed pudere eos aperire animum suum Superioribus. Primò, quia non sunt Iudei adeò verecundi, vt eos pudere possit agere cum ministris Episcopi, vel aliorum Praelatorum, cum quibus quotidie habent negotia. Deindè pudor iste est valdè puerilis, quem verum desiderium baptismi nihili faceret. Secundò experientia compertum est, saepè à neophitis deferri nomina eorum, qui nunquam voluerunt fieri christiani, sed illis, qui volunt fieri christiani, fit iniuria, si molestentur causa fidei, vt dixi supra *ex can. qui sincera d.* 45. Ergo ad seruandam iustitiam, quam debemus seruare etiam hebraeis, expedit non audire aliorum delationes, quando hebraei sunt adulti, & per se possunt petere baptismum. Tertiò cauendum est, ne fides nostra fiat extraneis odiosa *d. can. qui sincera d.* 45. sed si admittantur delationes, etiam quando Iudaei possunt per se petere baptismum, fit multis odiosa, quia saepè capiuntur, qui nullum dederunt signum, quod velint fieri christiani, & ex domo cathecumenorum reuertuntur ad suas cum magno opprobrio nostrae religionis. Quartò nulla est causa, cur ij, qui possunt per se petere baptismum, petant per alios. Ergo suspecta debet esse omnis delatio adultorum, qui per se petere possunt baptismum.

5 Ad secundum respondeo, puerorum, ac mulierum, quibus non licèt per se adire superiores christianos, & petere baptismum, antequam in dictam domum perducantur, diligenter explorandas esse voluntates ab aliquibus probis viris secretò domi suae, vel alio opportuniori loco, videaturque, an habeant fundamentum aliquod delationes neophiturum, vel cathecumenorum, antequam capiantur à satellitibus, & ducantur in domum cathecumenorum iuxta *cap. Sicut de Iudae. & Sarac.* Rationi quippè congruum est, vt prius extra dictam domum explorentur eorum voluntates, non autem in dicta domo, in qua habito prius earum consensu instruendae sunt, non explorandae. Porrò in hac re grauissima non est temerè vnicuique credendum. Explorari autem posset eorum voluntas, si non habetur fides quibuscumque signis, sed solùm vel literis, vel expressis verbis, si non crederetur vni, sed pluribus testibus dicentibus, quod talis vult fieri christiana. Si proponeretur certa aliqua poena ijs, quos constat animo nocendi detulisse nomen alicuius, vel falsò dixisse, quod talis, vellet fieri christiana. Primò, non esse temerè, & ex leuissimis indicijs capiendas mulieres, & ducendas ad cathecumenas constat, quia cum Iudaei sint sui iuris in negotio Religionis *cap. de Iudae. d.* 45. & docet S. Thom. 3. *p. q.* 68. *ar.* 10. qui nolunt fieri christiani, patiuntur iniustitiam, si capiantur, aut molestentur causa fidei per textum *in d. cap. sicut Iudaei*, ad quem omnes suffragantur, & in *cap. maiores* §. *item quaeritur de baptism.* & in *d. can. qui sincera, & can. de Iudaeis* 45. *& in can. ad fidem* 23. *q.* 5. *Non est Religionis*, ait Tertullianus *ad Scapul. cogere Religionem*, quae sponte suscipi debet, non vi, nec baptismus conferri debet, nisi ei, qui fidem habere praesumitur, vt hoc post alios probat Sot. *in* 4. *d.* 5. *q. vn. ar.* 8. *& ar.* 10. *in* 3. *col.* Si autem credatur vnicuique, praecipuè neophyto, vel cathecumeno dicenti, talem mulierem velle fieri christianam, vel si credatur quibuscumque signis, frequenter capientur illae, quae nolunt fieri christianae. Ergo vexantur iniustè, & contra Canones citatos. Secundò quia muliebris sexus est valdè fragilis; si iniustè mulieres ducantur ad domum cathecumenorum periculum est, vt prae pudore non audeant redire ad suos, ideòque ficto animo suscipiant baptismum non sine magna huius Sacramenti iniuria, vt notat S. Thom. *loc. cit.* vi-

uantque

uantque inter christianos tanquam hebrææ, vt videre est *de consecr. d. 4. can. Iudei, & cap. plerique*, nostrasque mulieres doceant varias superstitiones. Quod non expedite Ecclesiæ, ipsi rerum euentus declarant.

6 Licèt enim non semel christianissimi Principes suis edictis Iudęos ad fidem venire quodammodo coegerint, assequi tamen non potuerunt, ne qui sponte sua superstitionem deposuisse simulabant, ad pristinam superstitionem redirent. Sic Ratisbonæ sub Henrico IV. anno 1086. apud Crant. *lib. 5. c. 14.* in Hispania sub anno 694. baptismum fędissimè macularunt, vt in Concilio Toletano. Fęnus, vt antea, exercebant, quo substantias omnes Christianorum deuorant:

Atque vtinam nunquam Iudæa subacta fuisset
Pompei bellis, Imperioque Titi.
Latius excisa pestis contagia serpunt,
Victoresque suos natio victa premit.

Tertiò, si mulieres inuitè capiantur, & ad domum Cathecumenorum ducantur, nostra fides fit odiosa extraneis per *d. ca. qui sincera d. 45.* Ii enim putant, neminem suscipere nostram fidem sincero animo, sed solùm vi, & metu; hoc autem est iniuriosum nostræ Religioni, vt monuit S. Gregorius *lib. 11. ep. 15.* Quartò per *cap. Sicut de Iude. & Sarac.* nulli conferendus est baptismus, nisi prius explorata diligenter eius voluntate. Non est autem satis explorata illius voluntas, quando creditur vni tantùm, præcipuè neophito, vel cathecumeno, quod talis mulier vult fieri christiana. Ergo non est mulier hebræa capienda, referente vno solo, quod velit baptizari. Quintò, mulieres præsertim innuptę magnum patiuntur famæ, & pudoris detrimentum, quando semel fuerunt ductæ ad domum cathecumenorum, nec facilè ab hebræis accipiuntur in vxores; ideò fit illis graue damnum, quoties inuitæ capiantur. Quare sicut non possunt Iudæi pensionibus, siue vectigalibus extraordinarijs grauari, vt illis tædio affecti ad baptismum perducantur. Quod probatur *ex d. cap. Sicut Iudæi de Iud.* ita quoque non possunt grauari infamia, & ignominia, per quam indirectè cogantur suscipere baptismum.

7 Ex quibus manifestè patet quàm abhorret à Sacris Canonibus, à Sanctis Patribus, à libertate Iudæorum, à Religione christiana, à praxi antiqua casus puellę adductę in domum cathecumenorum per delationem vnius Cathecumeni, vel neophiti, qui tędio affectus suæ vxoris, & captus amore supradictę puellę, eam defert, affirmans, velle fieri christiana, vt his malis artibus illam in vxorem ducat. Vt propterea non sint puellæ in dictam domum Cathecumenorum ducendę, nisi prius constiterit, vel per earum epistolas, vel per nuncios non suspectos, vel per testes idoneos, vel per earum voluntatis explorationem velle suscipere baptismum sine satellitibus, sine iniuria suscepti baptismi, sine iniustitia illum suscipientis.

8 Atque ita sępius decretum fuit in casibus longè fortioribus, vt in subiectis decretis: Iudęam puellam, quę confugiens ad christianos pluries asseruit, velle fieri christiana, quam alij Iudęi ad alias partes traduxerunt, ne fieret christiana, Sanctissimus mandauit recuperari, eamque collocari apud aliquam mulierem nobilem, ipsam, eiusque parentes examinari, & facta diligentia, ipsaque nolente fidem amplecti, fuit parentibus restituta. 26. Maij 1615. & 29. Octobris eiusdem anni.

9 Hebręa infantula, cuius pater consensum, vt baptizaretur, pręstiterat, & postea pęnituit, retenta fuit sub custodia christianorum, examinati testes super consensu, & illo non constito, restituta patri 4. Nouembris 1627.

10 Dices, quando hebręi animaduertunt mulierem aliquam, aut puerum agere de deserenda synagoga, & sequenda Ecclesia illum aliò trasmittunt, occultant, multisque fraudibus auertunt ab hoc Sancto proposito, difficile esse explorare animum earum, quę dicuntur velle baptizari sine aperto periculo salutis. Ideò in fauorem fidei capi posse mulieres hębreas, etiamsi non plenè constet de earum animo.

11 Respondeo primò. Si seuerè puniantur illi, qui impediunt aditum ad fidem, prouisum fore huic incommodo. Secundò respondeo, mulierum voluntatem explorari non posse secretò, sed per plures testes. Quod si fiat, non poterunt impediri ab hebræis, ne veniant ad baptismum. Tertiò, non debere christianos agere contra iura, ne Iudæi contra ius, fasque agant.

Ad 3. in quo quęritur, an pueri debeantur in æquali gradu christianis potius, quàm hebręis, respondeo in his omnibus casibus ius seruandum esse. De iure autem satis est, vt puer ante vsum rationis baptizetur consensu solius patris, renitente matre, *cap. ex literis de conuers. in fid.* vel solius matris, si pater sit hebręus ex Concil. Tolet. 3. *can. 14. ex Tolet. 4. can. 61.* & communi doctorum sententia, Suar. *3. p. tom. 3. disp. 25. sect. 3.* Valentia *tom. 3. disp. 4. p. 3. pun. 3.* Tab. Sylu. & aliorum. Et nomine parentum intelligi debent aui, & proaui, mortuo patre, & matre, immò & tutores, & illi, quorum curę relictus est puer, vt notant auctores citati, & Nauar. *cons. 3. de conuers. in fid.* in fine refert, Gregorium XIII. iustissimè baptizari iussit puerum, petente auo paterno, renitente matre hebręa, idque publica sententia decretum. In omnibus ergo casibus relatis in tertio quęsito pueri debentur potius christianis, quam hebręis fauore fidei. 12

Ad 4. respondeo, non esse credendum vni, sed probandum iuridicè, cuius potestatis sit puer, qui debet baptizari. Nam cum hic agatur de iure, quod conuenit alicui supra puerum, contra ius, & fas esset priuare aliquem suo iure, quod habet in puerum aliquem, non probato veridico iure alterius. 13

Dices: hebręi, dum quęritur ad quem pertineat puer, solent illum aliò transmittere, vel occultare, & ita eludere voluntatem parentum. 14

Respondeo, posse consignari puerum alicui certę, & determinatę personę, quę teneatur illum repręsentare. Deindè potest secretò, & occultè inquiri, ad quem puer pertineat. Denique procedendum est hac in re, sicut in alijs iudicijs, quando ambigitur, cuiusnam res aliqua est, & cauendum, ne vlli parti fiat iniuria. 15

Ad 5. respondeo, vt ad 3. semper scilicet pręferendos esse christianos hebręis. 16

Ad 6. respondeo, puerum in eo casu tradendum illi, qui habet patriam potestatem, vel cuius curę relictus est. 17

Ad 7. respondeo, in dubio meliorem esse conditionem possidentis. Vndè, inuitis parentibus, qui possident, non sunt baptismo abluendi. 18

Ad 8. respondeo cum Tabiena *in Sum. v. Iudæus n. 16.* Panorm. *in cap. debitum de baptism.* Glos. *de consecr. d. 4. cap. Iudæi*, & colligitur ex *cap. falsas de pœnit. d. 5.* illos, qui baptizantur, teneri soluere omnia debita ante baptismum facta, nisi sint vsuraria, & iniusta, neque hac de re potest vllus dubitare. Vndè Glossa *in cap. Iudæi de consecr. d. 4. obligationes*, inquit, *in baptismo non tolluntur*. 19

Ad 9. respondeo, pueros iam rationis compotes non posse inuitos, & nolentes capi, petentibus parentibus christianis. Quia iam sunt sui iuris circa materiam Religionis, nec ab vllo cogi possunt, vt suscipiant fidem christianam. Multò minus capi possunt vxores inuitę, petentibus maritis, aut fratres, vel sorores nuptæ, aut viduę, petentibus fratribus, aut propinquis. Omnes enim, qui sunt rationis participes, liberi sunt in materia Religionis, nec possunt cogi, vt satis constat ex dictis. 20

Confirmatur, quia inuito patre hebręo potest filius rationis compos fieri christianus. Quia iam est sui iuris. Ergo inuito etiam parente christiano potest manere in hebraismo eadem de causa. Atque hęc obseruaui, cùm essem Theologus deputatus concionibus, quę ad Hebręos habentur. 21

CON-

CONSVLTATIO XL.

Caius, constante matrimonio genitus, ac natus, accepit à sua matre, ipsum non esse filium legitimum, & naturalem sui patris, sed spurium Pomponij adulteri, qui, credens eum esse suum filium, apud se educauit, cognomen, & insignia quæ familiæ dedit, & in publicis, ac priuatis scripturis suum filium appellauit, vndè fama publica, tanquam spurius habitus est. Cùmque admissus esset ad minores Ordines, instante dicto Pomponio, Episcopus cum eo dispensauit super defectu natalium, & Summus Pontifex ad Sacros Ordines, quos nondum susceperit. Verùm re postea maturè perpensa, & cognita, inspectaque fide sui baptismatis, reperit fuisse baptizatum, vt filium legitimum, & naturalem suorum parentum. Ideòque petit ad Sacros Ordines, & ad Canonicatum in Cathedrali promoueri absque vlla dispensatione. Quæritur an ei obstet aliqua irregularitas?

1 SEcundùm ea, quæ proponuntur respondeo, nisi ei obstet aliud canonicum impedimentum, nullam ex hac facti specie illi obstare irregularitatem, atq; adeò posse sine dispēsatione ad Sacros Ordines, & Canonicatū promoueri in Cathedrali. Nam huiusmodi præsūpta irregularitas excluditur per filiationē, & legitimitatem comprobatā ex matrimonio, quæ probatio omnes alias contrarias probationum species euincit, vt est casus expressus in *c. per tuas, qui fil. sint legit.* In quo textu fama viciniç, & tractatus habebat, vt mulier esset cōcubina, & sic filius ex ea susceptus esset illegitimus. Et tamen, quia matrimonium fuit per testes comprobatum, Pontifex huic probationi innixus, sententiam Iudicis super legitimitate confirmauit. Cōstat autem in præsenti, supradictum Caium genitum, ac natū esse, constante matrimonio, atq; adeò constat de eius filiatione, ac legitimitate. Quare ad constituendum filium in quasi possessione legitimitatis sufficit, quod natus sit ex ea, quæ videbatur vxor, vt declarat Alex. *cons.* 51. *n.* 2. *l.* 1. Dec. *cons.* 54. *n.* 5. *in fin.* Fagnan. *in c. lator, qui fil. sint legit. n.* 4. & 13. ac Rot. in Parmensi status coram Sacraro 26. Maij 1618. §. *veritas ergo*, cum aliis ibi adductis. Ratio autē est, quia probatio per assertionem matris sępè est mendax ob multos respectus; probatio per famam viciniç est probatio opinata, & probatio per nominationem, & tractatus Pōponij adulteri est probatio simulata, vel pręsumpta; sed probatio super existentia matrimonij est vera probatio. Semper autem mendacium, opinio, & simulatio, vel præsumptio cedit veritati. Quod innuitur *in d. c. per tuas* his verbis. *Nos autem attendentes, quod plus est quod in veritate agitur, quàm quod simulatè concipitur.* Ibiq; tradunt Butr. *n.* 2. Anchar. *in* 4. *notab.* Abb. *notab.* 1. Pręposit. & Alex. de Neu. *in* 2. *notab.* alijque communiter.

2 Non obstat dictum matris, asserentis ipsum esse spuriū. Quia non tenetur filius credere matri id dicenti, vt per Nauar. *concl.* 1. *de fil. presbyt. n.* 5. & *cons.* 21. *n.* 2. *de homic.* quam sententiam sequuntur Medin. *Cod. de reb. restit. q.* 3. *cas.* 4. Salzed. *in pract. c.* 14. *lit. C.* Couar. *p.* 2. *Sponsal. c.* 8. §. 3. *n.* 8. D. Antonin. *p.* 2. *tit.* 2. *c.* 7. §. 4. vbi ait: Nec vir, neque filius, neque etiam publicus Iudex mulieri hoc reuelanti credere obligatur, nisi probet dicta sua per infallibilia signa, aut per violentas probationes, siue per idoneos testes. Quod repetit *p.* 3. *tit.* 28. *c.* 4. docetque Sayr. *de censur. l.* 6. *c.* 10. *n.* 37. Henriq. *l.* 1. *de matr. c.* 21. §. 2. & *l.* 14. *c.* 8. §. 19. Sot. *l.* 4. *de instit. q.* 7. *ar.* 2. vbi ait; spurius non tenetur matri quantumlibet iuranti adhibere fidem, sed in iudicio existimandus est legitimus, neque etiam allegantiturpitudinē suam vlla debetur fides, Castr. *lib.* 2. *de leg. pœnal. c. vlt. conclus.* 3. Comitolus *l.* 7. *resp. q.* 16. *n.* 13. Syluest. *v. Adulteriū n.* 4. Rossell. *n.* 2. Tab. *n.* 7. & iubetur *in l. filius ff. qui sunt sui, vel alien. iur.* Quia, dum constat de matrimonio, est in possessione legitimi filij. Et quamuis crederet, matrem fuisse adulteram, non tamen propterea tenetur credere, se esse illegitimum. Nam etiam filij legitimi nascuntur ex matre adultera, quod Sayr. *loc. cit.* asserit, esse verum, etiam quando mater, iuramento adhibito, affirmaret, filium esse illegitimum, & quamuis esset in articulo mortis, vt etiam prę cęteris tradit Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 50. *sect.* 4. *n.* 5. Neq; obstat fama publica, credulitas, & tractatus Pomponij adulteri. Quia, secluso testimonio vtriusq; parentis, nunquā aliquis debet se reputare illegitimū propter rumorem aliquem, vel infamiā. Quia hęc non inducunt sufficientem probationem; & ideò prævalet iusta possessio cum iusto titulo matrimonij, vt ex Couar. quem sequitur Suar. *loc. cit. num.* 7.

Minùs obstat, quod obtinuerit dispensationem ab Episcopo ad minores Ordines, qua vsus est, & à Sūmo Pontifice ad Ordines Sacros. Nā, etiā si huiusmodi dispensationes ipse petierit, cùm tamen vel ex ignorantia, vel ex leuitate, vel ex alijs causis crediderit se esse illegitimum, potest modò deponere dubium, & credere se esse legitimum, & sic absque dispensatione poterit ad Sacros Ordines, & Canonicatū promoueri, vt per Suar. *loc. alleg. d. sect.* 4. *num.* 7. Quia propter rationes, quę posteà occurrunt, potest deponere dubium, & ita putare se esse legitimum. Non enim, vt dixi, tenetur credere testimonio vnius, pręsertim fęminæ, & in re, quę nec etiam illi potest esse satis perspecta. Nam licèt mulier se cognoscat adulteram, non tamen potest semper cognoscere, quod filius natus sit ex adulterio, non autem ex viro suo, nisi in casu *cap. transmissæ, qui fil. sint legit.* Qui non est casus noster. 3

Denique non obstat, quod in dubio facti tenetur quis reputare se irregularem *per text. in c. ad audientiam, c. Significasti* 2. *c. pen. de homic.* & docent Azor. *tom.* 1. *l.* 2. *c.* 19. *q.* 10. & 11. Sayr. *l.* 1. *de censur. c.* 2. *n.* 16. In hoc autem casu adest tale dubium. Atque adeò tenetur Caius, se reputare irregularem. 4

Nā id locū habet in dubio tantū de homicio, vt per Suar. *l. c. sect.* 6. *n.* 10. non autem in hoc casu, in quo Caius sine dubio absq; vlla sua culpa est in possessione filij legitimi ex vero titulo matrimonij, cui fauendū est. Quare potest dubiū speculatiuū deponere, & practicè se reputare certum filium legitimum, & per eundem Suar. *eod. loc. n.* 6. *in fine.* 5

CONSVLTATIO XLI.

1 *An Catholicis in partibus hæreticorum permitti possit citra Religionis iniuriam offerre liberos baptizandos à ministris hæreticorum? Quod aliqui facere consueuerunt in quibusdam Religionibus, in quibus acriùs vrgent leges contra Catholicos?*

2 *Quid faciendum illis Catholicis, qui propter fines humanos, & motiua temporalia, aut ipsi domi enutriunt filios suos in heresi, aut sinunt à cognatis, aut alijs eosdem educari, immò, qui interdùm eos dehortati fuerint, aut deterruerint ab amplectenda vera fide, cùm tamen ipsi parentes in fide vera sibi videantur perseuerare?*

3 *An Sacerdos debeat excipere in Ecclesiam illos, quos nouerit subiacere censuris Protestantium, vel an debeat eos differre, donec satisfecerint statutis Protestantium Ecclesiæ? Causa dubij hæc est.* Ministri inclamitant, & ex eorum clamoribus duo genera malorum in priscos Catholicos deriuantur: Prius est, concitant Magistratus ad obseruantiam legum pęnalium contra Catholicos. Posterius est malum infamiæ, qua nos notant, tanquam Ecclesia nostra constet solùm, ac propagetur ex illiusmodi impuris hominibus.

4 *An eos liceat matrimonio iungere, qui dictis obnoxijs sunt publicis pœnis, non quod licitas arbitramur, sed quod ea vim, quam à iure non habent, a facto, & consuetudine gentis sibi dudum vendicant, atque præsumunt. Hæretici verò indulgentiam nostram, & officij rationem in disciplina vertunt accusationem, atque defectum. Præterquam quod hinc nacti occasionem easdem, quas memorauimus, minas, & mala intentant.*

5 An

5 *An Sacerdos interpellatus debeat, & in conscientia, & ratione officij teneatur, stantibus dictis censuris, etiam extra periculum mortis, baptizare nothos hæreticorum, quibus ministri baptismum denegant, donec solitam parentes impleuerint publicam pœnitentiam.*

6 *Est vir Catholicus, qui cum hæretica cupit inire matrimonium, aut vice versa, vel etiam vtraque pars contrahentium sunt Catholici. Quæritur, an permittere possit Sacerdos eosdem iam in facie Ecclesiæ catholicæ matrimonio iunctos, coram ministro denuò contrahere, seu, quod idem est, apud Conuentum Protestantium contractum ciuilem confirmare hoc solo fine, vt euitent mulctam, & incarcerationem irrogandam iuxta leges patriæ?*

7 *Quid illis faciendum, qui obtinendæ vxoris gratia, aut alia de causa frequentant, aut frequentauerint hæreticorum templa, quemadmodum & illis, qui sæpius fuerint in hæresim relapsi?*

1 AD 1. negatiuè. Quia vrget peculiare periculum, ne debitus ritus seruetur, & sic ritui, ac cæremoniæ prauitatis hæreticæ cõmunicetur, nec abest periculũ infectionis, aut concipiendæ certæ cuiusdam animi procliuitatis erga ritum talem, vt per Becanum in *compend. contr. fid. lib. 5. c. 8.* & dixi alibi. Quod confirmatur. Quia, si ex declaratione Clementis VIII. pro Græcis, non licet à Schismatibus sacramenta accipere, multò minùs licebit ab hæreticis. Quare putat Palaus huiusmodi catholicos peccare mortaliter in tali administratione ob irreuerentiam Sacramento factam, vt *tom. 4. tr. 19. disp. vn. pun. 10. n. 12.* Vbi Vasquez, Suarez, Coninch. & Laymanus.

2 Ad 2. Quod verò ad illos catholicos, licèt à censuris videantur excusati, quia non recipiant, vel faciant directè in fauorem hæresis, sed propter lucrum humanum, peccant tamen contra charitatem, & contra iustitiam, & officium proprium, quo tenentur enutrire suos filios in pietate, ac fide catholica; immò videntur indirectè fauere hæresi, atque adeò, tanquam fautores sint habendi. Ideòque acriter, ac seriò monendi sunt, vt resipiscant, alioquin denegentur ijs sacramenta, cum sint in statu peccati mortalis.

3 Ad 3. affirmatiuè, dummodò ipsos pœniteat, non sint criminosi publici, vel aliquod Canonicum ijs non obstet impedimentum. Nam agit rem licitam, nullaque est Protestantium iurisdictio circa huiusmodi censuras. Quidquid exinde mali, vel infamiæ immeritò eueniat. Ecclesia enim nunquam gremium suum claudit redeuntibus ad ipsam, vt *in l. vlt. C. de Sum. Trin. & fid. cath.* &c, vt habetur, *in can. Dico 23. q. 4. Peccatores nunquam deserendi, quia homines sunt, persequenda in eis propria iniquitas, sed miseranda, & subleuanda communis natura.*

4 Ad 4. Pariter affirmatiuè ex eadem ratione; quia nempè rem licitam faciunt, & pœnæ illæ non obligant, tanquam illicitæ, ac iniustæ.

5 Ad 5. Similiter affirmatiuè, vt euitetur irreuerentia, qua afficeretur Sacramentum baptismi, si à ministri hæreticis administraretur.

6 Ad 6. etiam affirmatiuè, si minister assistat, tanquam magistratus politicus.

7 Ad 7. Quoad frequentantes hæreticorum templa, non licet illa ingredi ob finem adductum. Tum quia generatur in catholicorum animis offensio. Tum quia videtur fieri aliqua communicatio ritus, cæremoniæ, ac impietatis cum hæreticis. Tum quia imminet periculum propriæ perfidiæ, ac subuersionis, & catholicæ Religionis contemptus. Tum denique quia id specialiter prohibetur, tanquam illicitum catholicis Angliæ, atque adeò Scotiæ aliorumque Regionum à Paulo V. anno 1606. vt per Suar. *in Regem Angliæ lib. 6. in proem.* & Ricciol. *de ver. pers. lib. 1. c. 6. n. 3.* licèt ipse Ricciullus *num. 4.* id declaret, vt procedat, quando aditus ad templa hæreticorum fit causa Religionis, secùs autem si fieret ob ciuile negotium, vt in præsenti, quia, inquit, ingressus regulatur à causa, vt per Bald. Socin. & Surd. quos adducit. Est tamen reijciendus, quia id est periculo subuersionis, & scandalo obnoxium.

Quo verò ad relapsos absoluendi sunt post pœnitentias salutares iuxta facultates Missionarijs concessas. Porrò hæretico relapso administranda esse sacramenta, tradit textus in *cap. super eo de hæret. in 6.* ibi: *si tamen postea pœniteant, & pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita Sacramenta Ecclesiæ, nempe pœnitentiæ, & Eucharistiæ deneganda.* Ibique docet Glos. *v. deneganda,* Io. Andr. *n. 3,* Io. Menoch. *n. 5.* Syluester *v. hæreticus 1. n. 14. & seqq.* passimque alij, & declarauit sæpius S. Congregatio S. Officii præsertim anno 1588. 13. Februarij anno 1615. 27. Septembris, & alibi. Relapsi tamen non dicuntur qui in hæreses reincidunt post illas abiuratas in foro conscientiæ tantùm; sed ij, qui post abiurationem factam in foro exteriori coram Iudice, notario, & testibus in hæreses reincidunt. Et illi, nisi ex speciali mandato Sanctissimi, & S. Congregationis S. Officij, non possunt absolui 31. Martii 1610. 18. Decembris 1610. 7. Martii 1613. Et, si carcerati pœniteant, licèt tradantur Curiæ seculari, admittuntur tamen ad Sacramenta ex *d. cap. super eo de hær. in 6.* 8

CONSVLTATIO XLII.

1 *An iuramentum præstitum testibus in fine eorum examinis, sufficiat ad validitatem examinis, etiam in S. Officio?*

2 *Et quatenus negatiuè, an saltem faciat aliquale indicium ita, vt reus spontè comparens post dictum examen gaudeat beneficio spontè comparentis, tanquam non legitimè præuentus?*

3 *Et an sufficiat, quod repetitus cum iuramento in principio ratificauerit primum examen?*

AD primum. Affirmant Doctores, quos refert Fario. *q. 74. n. 40. de testib.* si tamen post completum examẽ iuramentum deferat incontinenti, & non ex interuallo. Quia tunc est præsumptio, quod quando testis deposuit, cogitauit de iuramento præstando. Et ideò præsumitur, verum dixisse propter reuerentiã iuramenti, quod sciebat, se præstaturum, ac si prius præstitisset. Propter enim contiguitatẽ temporis res reducitur ad ordinem iuris, & sic præposteratio solemnitatis substantialis non vitiat, quãdo ex ipsa præposteratione non cessat causa, propter quã inducitur dispositio, secùs autẽ si cessaret. Et concordando opiniones, id tenet Abbas, quem sequitur Felin. *in c. de testibus n. 5. de testib.* dicẽtes, quod hæc opinio procedit, quãdo testis iurauit spontè incontinenti, nullo interrogante, vel ipsum petente, vt iuret. Contraria verò opinio procedat, si requisitus, etiã iurasset incontinenti; quia non est præsũptio, quod in examine cogitauerit de iuramento à se præstando, cum nesciret, an esset ad id cogendus, immò verisimiliter debuerit hoc cogitare, videndo omitti in principio iuramentũ, prohiberi solitum. Vndè satis esse, si incontinenti vltrò post depositionẽ iurauerit, tradũt etiã Mynsing. *cent. 4. obs. 77.* & in materia S. Officii Locat. *in Iudicial. Inquisit. v. testis n. 59.* his verbis: *Quando autem sit iurandum? Dic, quod licet & ante, & post depositionem, vel responsionem testis possit iurare, melius tamen est, vt ante iuret,* vbi refert Abbatem *in d. cap. de testibus.* 1

Et quidem, licèt hoc iuramentum sit solemnitas substantialis in recipiendo testimonio, non videtur tamen eius præposteratio vitiare examen. Quia ex ipsa præposteratione non cessat causa, ob quam iuramentum defertur à Iudice, & præstatur à teste iuxta ea, quę tradit Gail. *obser. 101. n. 10. lib. 1.* Causa autem perhibẽdi iuramentũ est veritas, quæ non minùs videtur iurata post depositionem, quàm ante illam. Atque ideò cũ non cesset ista causa, nõ videtur absurdũ, quod hoc iuramentũ pręposterari possit. 2

Communis tamen sentẽtia est, examen nõ valere, nisi antequam testes examinentur, hoc illis iuramentum deferatur per textum *in l. iurisiurandi* his verbis: *iurisiurandi religione testes priusquam perhibeant testimonium iamdudum arctari præcepimus, C. de testib.* & per textus *in d. cap. de testibus in can. in primis 2. q. 1. in can. hortamur 2. q. 9.* 3

& in can. testes in fin. 4. q. 3. Id, quod communiter à Doctoribus concludi, testatur Felin. *in d. cap. de testibus d. n. 5.* ibique Abbas & Bald. *in cap. fraternitatis eod. tit. & in d. l. iurisiurandi in princ.* ac ij, quos adducit, ac sequitur Farinac. *d. q. 74. n. 31.* testantes de communi, & quos sectatur Crot *de testib. n. 131.* Boss. *in for. crim. tit. de oppos. contra testes n. 83.* Iterum Felin. *in d. cap. fraternitatis n. 2.* Guazzin. *defens. 14. cap. 3. n. 4.* ac ferè omnes, Cantera, Acugna, Bellonus, & alij, quos, etiam in materia S. Officii, prosequitur Carena *de offic. S. Inquis. p. 3. tit. 7. §. 1. n. 2.* Quam stylus & obseruatio confirmauit, & veriorem appellat Rota in Bononien. fideicommissi de Victorijs coram Seghbiensi 5. Maii 1655. *n. 36.*

4 Ratio autem, quam adducunt Salicet. *in d. l. iurisiurandi*, Abb. *in d. cap. de testibus*, & alii illa est, quia, si testis prius iurat, postea deponit, præsumitur, quod timore iuramenti non dicat falsum, nec est aliqua causa impellendi ipsum ad falsum dicendum. Sed quando testis prius deposuit, & posteà dicitur ei, quod iuret, suspectum est eius testimonium. Quia præsumitur, quod timore infamiæ & erubescentiæ tunc non diceret contrarium eius, quod prius dixit. Si autem recusaret iurare, puniretur pœna falsi de eo, quod dixit non iuratus, si conuinceretur de mendacio, vt per Io. Andr. Bartol. Bald. & alios apud Felin. *in d. cap. de testib. n. 6.* Ita illi.

5 Præterea hoc iuramentum duo continet. Primum respicit intentionem Iudicis. Secundum respicit testimonium perhibendum. Quoad primum respicit, quod seruetur forma iuris, cuius Iudex est minister, quæ importat necessitatem ordinis. Nam dicta *lex iurisiurandi* imponit præceptum, vt prius per testes iuretur, quam per eos testimonium perhibeatur. In iis autem, quæ sunt de necessario ordine actus, Iudex debet diligenter aduertere, vt ipse ordo seruetur. Quia Iudex non potest mutare ordinem traditum à iure, vt ait Bald. *in l. prius n. 34. C. de iis, qui accus. non pos.* Alioquin præposteratio dicti ordinis vitiaret actum, Salicet. *in l. præpostere C. de testam.* Iacob. de Gaz. *cons. 65. diuers. n. 3. lib. 2.*

6 Quod verò ad illud, quod respicit testimonium, est, quod si testes iurarent post depositionem factam, etiam incontinenti, semper verum esset, quod testimonium absque iuramento præstitum fuerit. Quia tunc iuramentum non caderet super intentione de testimonio reddendo, sed de reddito. Iuramentum autem in teste, antequam deponat, desideratur, vt metu periurii aduertat, puram veritatē dicere, vt notat Seraph. *de priuil. iuram. priuil. 115 n. 7. & priuil. 30. n. 4.* vbi alias adducit rationes, ac firmat,
7 quod testis non debeat iurare post, sed ante depositionem.

Postremò quia, quando aliquid requiritur ad validitatem actus, tunc illud adhiberi debet, quando fit ille actus, non potest factū dictum actum, vt per Castr. *n. 4. in l. liberorum §. fin. in fin. ff. de his, qui notantur infam.* Iuramentum autem est solemnitas, quæ requiritur ad validitatem testificationis, dum est in fieri, & ideò si postea fiat, nihil operatur. Item quia hoc iuramentum requiritur pro forma, vt per Guazzinum, & alios locis alligatis, etiam ex Doctoribus pro contraria sententia adductis, ac in materia S. Officii tradit Eymer. *in direct. p. 3. q. 82.* ibique Pegna & Locat. *in Iudicial. Inquisitor. v. testis n. 56.* id appellans solemnitatem formalem, & consubstantialem, cum exprimatur per modum præcepti. Quando autem aliquid requiritur pro forma, non sufficit, quod conualescat actus, quod subsequatur, sed debet concurrere in ipso actu, vt tradunt Ias. *in l. Si quis mihi §. iussum n. 44. ff. de acquir. hered.* Rot. coram Caputaq. *dec. 54. p. 2.* & coram Caualer. *dec. 561. n. 5.*

8 Neque obstat ratio in contrarium adducta. Quia causa deferendi iuramentū testibus non est veritas simpliciter. Quia veritas, etiam sine iuramento haberi potest, sed est ipsa testificatio, quæ non debet esse nuda, sed vestita religione iurisiurandi iuxta formam datam à iure. Quæ testificatio, si non esset hoc iuramento vallata, nihil esset in iudicio, & sic cessaret eius virtus.

9 Ad 2. respondeo nullum facere indicium. Primò quia huiusmodi testes habentur ac si essent examinati sine iuramento. Testes autem examinati sine iuramento nullum faciunt indicium, Abb. *cap. Cum olim in 3. not.* Glos. *in cap. Sicut de sent. excom.* Cranet. ad Vestr. *lib. 6. c. 11. num. 28.* post Decium, & alios, Em. Suarez *in thes. recept. sent. v. testis n. 269.* Et in materia S. Officii Locat. *d. n. 56.* Deinde quia testes examinati sine iuramento æquiparantur testibus examinatis sine citatione partis, vt notat Bald. *in auth. hodie in princ. C. de Iur. calumn.* & post eum Dec. *in cap. in nomine Domini n. 32. de testib.* vbi etiam Faguan. *n. 46.* Testes autē examinati sine citatione partis nullum faciunt indicium, ne leue quidē, vt euidenter probatur *ex d. cap. in nomine Domini de testib.* ibi: *nullius momenti*, quę verba sunt vniuersaliter negatiua & excludunt indicium, quantumuis modicum, vt ibi per Abb. *n. 14.* Aret. *in princ.* Felin. *n. 3.* & cōmuniter Doctores.

Non obstat, quod testis non iuratus, deponens falsum, 10
punitur, saltem pęna stellionatus. Atque adeò testificatio sine iuramento aliquid operatur, etiamsi esset falsa.

Nam respondetur, quod huiusmodi testificatio duplici- 11
ter cōsiderari potest. Vel per respectū ad probationē principalis facti, super quo est interposita, & tunc nihil operatur. Vel per respectum ad quoddam esse figuratum testificationis, quatenus propter hoc suum esse in figura testificationis offenderit aures Iudicis, *l. nullum C. de testib.* Bald. *in d. l. iurisiurandi n. 14. C. eod.* & tunc sine punitione, saltem stellionatus, prætermitti non potest, ne puniatur.

Solùm ergo faciunt aliqualem præsumptionem, quæ 12
sufficit ad informandam conscientiam Iudicis, vt per Ripam, Decianum, & alios, ait Guazzin. *d. defens. 14. cap. 3. n. 13.* vbi tradit, quid hoc operetur, & adminiculum, vt per Coccin. *dec. 173. n. 4.*

Ad 3. affirmatiuè respondit Guazzin. *loc. alleg. cap. 4. n.* 13
2. inquiens, quod si testis in primo examine non iurauerit, sed in repetitione, erit expurgatum vitium primi examinis, cum attēdatur secundū examen factū solemniter, parte citata, & nō primū pro informatione Curiæ. Quod etiam obseruatur in S. Officio. Nam vt tradit Carena *in annot. ad §. 10. in tract. de strigib. in crimine* quantumuis crudeli, & immani seruari debet ordo iudiciarius, vt latè probauit Turreblanc. *de mag. l. 3. c. 16. n. 1. & seqq.* Vndè in hac materia posse obiici testibus, quod sint esaminati in Summario sine citatione partis, nec sint, ea citata, repetiti, dixit Berlich. *concl. 4. n. 135.* Goedelm. *de magis lib. 3. c. 8. n. 30.* idemque Caren. *p. 3. tit. 7. §. 5. n. 1.*

At ego clariùs respondeo, quod repetitio dupliciter con- 14
siderari potest. Vno modo, quatenus deseruiat defectui examinis, veluti quando testes volunt se declarare, aut Iudex quærit, vt magis se explicent. Altero modo quatenus deseruit legitimationi processus, & hoc modo describitur, quod sit noua testium super ijsdem examinatio, vt per Farinac. *q. 66. n. 307.* & Bertazzol. *cons. 70. n. 30.*

Dicitur autem noua, quia testes iterum iurare tenētur, 15
vt docet Clar. *q. 45. n. 13.* Bursat. *cons. 192. n. 35. lib. 2. & cons. 205. n. 107. & seq.* & denuò iteratò deponere quidquid in offensiuo deposuerunt, Bertazzol. *loc. alleg. n. 30.* ita, quod non sufficiat confusa repetitio, nimirùm quod testes se referant ad primas attestationes, vt tradit Bald. *in l. fin. n. 12. C. de testib.* Et præcipuè si fuerint inualidæ, vt in hoc casu, & prout sunt omnes ferè depositiones pro informatione receptæ, Bartol. *in l. ligata n. 3. de leg. 1.* Add. *ad dec. 35. Capiciy n. 6.*

Ideòque cùm prima examinatio fuerit nulliter, quoad 16
testes, recepta, & nihil contra reum probet, cùm fuerit habita, testibus non iuratis, meritò primum examen supplementū per repetitionem non recipit, *l. sed si manente ff. de precar.* Quia defectus non probationis est defectus à principio inhærens examini, & est in essentialibus, & idcircò est ac si non fuerit facta. Non enim dicitur suppleri per repetitionem, sed de nouo fieri, Bald. *in l. petens ex stipulatione n. 12. in fin. C. de pactis.* Quare cùm testes examinati in informatiuo sint nulliter examinati, ideò non minùs quàm cęteri alij in repetitione debent per extensum suū examen repetere. Quod autem nullum est, non potest per repetionem relatiuam confirmari, *l. obligati §. tutor ff. de auctor. tut.* Cacheran. *dec. 33. n. 12.* sed debent testes denuò examinari, vt notat Centulin. *ad dec. 31.* apud Farinac. *lib. 1. cons. lit. A.* Præsertim quia agitur de actu fieri prohibito, ideòque debet denuò reiterari, vt valeat, *l. qui per salutem*, ibique Ias. & Bald. *ff. de iureiur.* Viuius *opin. 911.* & Franc. *dec. 688.* Et hoc idem voluisse Guazzinum, ex eius verbis constare mihi videtur.

CON-

CONSVLTATIO XLIII.

1 *An Sacerdos, qui pluries in die celebrat ob quæstum, sit verè ac propriè Simoniacus?*

2 *An incurrat pœnas contra simoniacos ipso iure illatas?*

3 *An ex criminis notorietate, & ex sententia condemnatoria efficiatur irregularis? Et quatenus affirmatiuè.*

4 *An cum eo dispensare possit eius Episcopus? An verò dispensatio sit ei concedenda à S. Congregatione Concilij?*

1 AD primum respondeo, esse simoniacum iure diuino, & naturali, ac etiam iure positiuo iuxta diuisionem, quam omnes admittunt cum Gloss. *in cap. pridem de pact. v. illicita pactiones, & cap. ex parte 1. de offic. Iud. deleg. can. Saluator 1. q.3. vers. Et Iudicem*, & constat ex alijs, quæ latè tradit Suar. *tom.1. de Relig. lib.4. cap.2. & 7.* & Less. *lib.2. cap. 35. dub.2. & seq.* atque habetur *ex can. fin. 1. q.3.* vbi non solùm est sermo de beneficijs, sed etiam de Sacramentis, & Sacramentalibus. Quare Sacerdos accipiens eleemosynam ob quæstum damnatur tanquam simoniacus à Concilio Toletano II. *cap.8.* relato *in can. Quidquid 1.q.1.* quod sequitur Fagnan. *in cap. Significatam num. 19. de præb.* Siquidem pro actibus virtutis in aliorum vtilitatem cedentibus, quales sunt Missæ, officia diuina &c. non potest pretium aliquod recipi, neque possunt quæstus causa exerceri, vt expressè sancitur *in cap. cum Ecclesia, cap. non satis, cap. ad Apostolicam, & cap. suam de Sim.* & docent Doctores omnes cum D. Thoma 2.2. q. 100. *ar.* 2 & 3. Quia sunt ministeria sacra, & actus Ordinis clericalis.

2 Ad 2. Negatiuè. Nulla enim pœna imposita est committentibus simoniam, nisi simonia fuerit commissa, vel in ingressu Religionis, vel in ordine, vel in beneficio, vt docent communiter Doctores, quos adducit, & sequitur Pasqualig. *de Sacrif. Miss. q. 922. num.3.* Qui omnes non negant huiusmodi Sacerdotem non esse simoniacum, sed solùm aiunt, non incurrere in pœnas iure latas in Simoniacos. Tum per rationes ab ipsis adductas, & tum quia neque in decreto, neque in decretalibus, neque alibi inuenitur textus imponens ipso iure censuram, vel pœnam aliquam simoniacis, nisi in casibus supradictis, vt etiam rectè loquit Suarez *loc cit. cap.55. num.5.*

3 Ad 3. Affirmatiuè. Quia ex criminis notorietate, & ex sententia condemnatoria Iudicis efficitur infamis infamia facti, & iuris, atque adeò irregularis verè, ac propriè, tanquam damnatus de crimine publico, quo quisque notatur infamis *per l. 1. §. qui in iudicio ff. de his, qui not. infam. & can. infames §. porro 3. q.7.* Hoc autem crimen est publicum, ac proinde infamans, lata sententia condemnatoria, vt per P. Thesaurus olim 40. & amplius annis S. Pœnitentiariæ Theologus, & Canonista *in pr. de pœn. Eccles. p.2. v. Missa 5. num.4.* qui in hac specie subdit hæc verba: *Item si esset condemnatus, quod bis vna die celebrasset ob lucrum, seu eleemosynam acquirendam, vt communiter contingit, tunc multo certius censeretur notatus infamia iuris, & irregularis effectus ratione vitij simoniæ, quod est grauissimum.* Et *v. Simonia 1. num.1.* cum alijs docet, quod *Simonia in omni materia commissa condemnatum in iudicio sententia definitiua, reddit infamem infamia iuris, & irregularem*; quod de communi testatur Suarez *d. tom.1. de Relig. tr. vlt. cap. 56. num. 21.* eosque adduxi *tom.4. consul.1.*

4 Ad 4. quoad primam partem; negatiuè non potest enim super hac pœna infamiæ, vel irregularitatis Episcopus, seu Prælatus cum subditis suis dispensare, quia est de grauioribus criminibus, Thesaur. *d. verb. Simonia §. amplia & d. vers. Missa §. Item*, quia, inquir, hoc sacrilegii crimen, vel etiam simoniæ est grauius adulterio, ideòque Episcopus non potest dispensare per *cap. at si Clerici §. in adulterijs de Iudic.* Abb. Diaz. & Vgolin. quos ibi refero.

5 Solùm igitur dispensatio concedi potest à Summo Pontifice, & per Vicariam potestatem à Sacra Congregatione Concilij, quæ, an debeat concedi, remittenda est præstanti iudicio Eminentissimorum Patrum, consideratis circumstantijs loci, temporis, personæ, infamia, & scandalo, an scilicet continuent, atque Episcopi relatione, præsertim hisce temporibus, in quibus hoc crimen gliscit, vt ignis oleo.

6 Atque ita declarauit S. Congregatio Concilij in Senensi die 16. Nouembris 1686. nempè esse cum præfato presbytero dispensandum ad tempus Archiepiscopo beneuisum.

7 Proferam verba integra casus, & declarationis, quæ sunt huiusmodi. Senensis Irregularitatis. Super libello per Sanctissimum D. Nostrum ad hanc Sacram Congregationem remisso, quo N. N. Parochus Ecclesiæ S. Eugeniæ supplicauit redintegrari ad facultatem celebrandi missam, à qua fuit suspensus ex eo quod duas missas eodem die pluries celebrarit Archiepiscopus auditus ita refert.

8 N. N. Curatus Ecclesiæ parochialis Sanctæ N. accusatus, quod plures missas eodem die celebrauerit auaritiæ causa, conuictus, & confessus, prout ex processu apparet, condemnatus fuit à Vicario generali in pœnam carceris ad biennium, & suspensus à celebratione missarum. Pluribus transactis mensibus cùm infirmitatibus angeretur, commutatus fuit carcer formalis, & assignata domus priuata pro carcere; sed cum mala valetudine laboret, aeris, & cœli variatione indigere asseritur, idque illi indultum fuisset mutato carcere in exilium extra diœcesim, hoc tamen ad effectum perduci non potest, cum non habeat, vnde se alat, œconomo apposito ad regendam curam animarum, cuius annui fructus scuta triginta monetæ non excedunt, ipsique alimenta præstantur à consanguineo paupere cum maximo sui incommodo, non habens pro alimonijs sui ipsius & propriæ familiæ, ob idque vt in exilium missus ipse sibi de victu prouideat, instat restitui ad celebrationem missarum, quod nonnisi à Sede Apostolica obtinere posse dignoscitur, ex quo sit irregularis effectus ob infamiam, prout affirmat nouissimè Pignatellus *tom.4. Consult. Canonic.1.* ac super ea dispensatione indigeat, quam eidem indulgeri posse censetur, cum iam plura pœnitentis animi signa dederit ita, vt nouos lapsus probabiliter non sit pertimescendus. In diœcesi tamen celebrare pro nunc non permittendum ex eo, quod tale facinus à populo existimatum grauissimum maximum induceret in rudibus scandalum, cum factum sit notorium, & delinquens publicè diffamatus, quæ circumstantiæ non militant in longinquis regionibus.

9 His in postrema Congregatione per summarium relatis orta fuit quæstio

An Orator dici possit irregularis, & proptereà iniunctum efformari dubium, cui Eminentissimi Patres respondere dignabuntur, nempè

Primò, an Orator præfata ex causa in irregularitatem inciderit?

Et quatenus affirmatiuè

Secundò, an cum eo sit dispensandum?

Die 16. Nouembris 1686. Sacra Congregatio Em. S. R. E. Cardinalium Concilij Trid. Interpretum censuit cum oratore esse dispensandum infra tempus Archiepiscopo beneuisum.

Ita reperitur in regesto decretorum eiusdem Congregationis *lib. 36.*

CONSVLTATIO XLIV.

An Abbates Regulares possint vti baldachino intrà numerum trium vicium die, qua solemni ritu in suis Ecclesijs celebrant exequias Principum?

An quatenus sic celebrare nequeant, incurrant ex causa talis vsus baldachini aliquas censuras?

Posito quod incurrant, an censura possint infligi, seù declarari ab Episcopis?

1 SAcra Rituum Congregatio in Florentioa Casinensium sub die 12. Martii 1618. ceosuit, licere Abbatibus iuxta eorum antiquam consuetudinem, quando solemniter celebrant, vti baldachino, ita tamen, vt modestè cum debita coouenientia, sine pompa, & auro, atque in tribus ad summum festiuitatibus quolibet anno vtantur. Idemque declarauit & sanxit sub die 29. Ianuarij 1628. Quod si contra præsentis, & dictorum aliorum decretorum dispositionem quis eorum aliquid egerit, eadem S. Congregatio graui admodum animo feret, & debita punitione illios ioobedientiam coercebit. Et constituit Vrbanus VIII. pro Casinensibus 2. Iulij 1629. & pro Oliuetaois 4. Aprilis eiusdem anni, ac eadem S. Congregatio in Camaldulen. 21. Augusti 1632. & antea sub die 18. Martij 1617. vbi præscribitur modus, & norma, cum qua Abbates Monachorum vterentur baldachino, & Pontificalibus, cuius decretum per extensum affert Pasqualig. *ad controuers. inter Episcop. & Regul. p. 1. n.* 396. Tambur. *de iur. Abb. tom.* 1. *disp.* 21. *q.* 10. Nouar. *in Lucern. Regul. v. Baldachinum num.* 3. Gauant. *in man. Episc. eod. v. num.* 2. *& v. Abbas num.* 6. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *c.* 17. *n* 59. *& in Sum. Apost. dec. v. Abbas collect.* 3. *n.* 3. *& v. Baldachinum collect.* 53. *n.* 7. Lezan. *in sum. eod. v. num.* 5.

2 Et quidem quod attinet ad primum videtur respondeodum, posse Abbates Regulares vti baldachino, siue festus & solemnis reputetur dies exequiarum Principum, siue noo reputetur. Nam S. Congregatio nil aliud voluit in decretis præfatis, quàm coarctare, & taxare oumerum dierum, seu vicium, quibus Abbates vti possent baldachino, non autem qualificare dies, quibus illo vti deberent. Quod probatur ratione, verbis, præsumptione. Ratione, quia cum ex eo solùm prohibeatur Abbatibus vsus baldachioi, ne vno, eodemque tempore Episcopus, & Abbas eamdem gerant dignitatem, & eodem corpore duo appareant capita æquè digna & visibilia. Non enim possunt simul ac eodem tempore in eadem Ecclesia Episcopus & Abbas erigere baldachinum, *Cesped. de exempt. Regul. cap.* 13. *dub.* 222. *num.* 1. Donat. *in prax. rer. regul. p.* 2. *tr.* 13. *q.* 76. Quemadmodum aotem hæc ratio minùs considerabilis videtur diebus ferialibus, ijs enim Episcopi oec celebrare, neque baldachinum in Ecclesijs Regularium erigere solent; ita dicendum necessariò est, S. Congregationem noo taxasse qualitates dierum, cùm præiudicium Episcoporum esset minus diebus ferialibus, sed solùm respexisse ad oumerum vicium.

3 Verbis, quia fuit dictom, quando solemniter celebrant, quod in tribus ad summum festioitatibus facere eis permittitur. Cùm eoim dictio *ad summum* includat id, quod est minus, siue referatur ad numerùm, siue ad tempus, prout ad vtrumque referri adnotat Barbosa *dict.* 6. *num* 23. clarè patet, fuisse indiuiduatos dies festos, tanquam casus magis dubitabiles, & voluisse S. Congregationem includere in decretis id, quod erat minus, tam respectu oumeri, vbi scilicet duabus, vel vna tantùm vice, quàm respectu temporis, vbi nimirum diebus non festis Abbates celebrare voluissent.

4 Præsumptione. Quia præsumptio est, quod verba potius demonstratiuè, quàm taxatiuè adiecta censeantur, sicuti in specie, omissis generalibus de statuto, dicente in festiuitatibus solenoibus ad effectum, vt intelligeretur etiam comprehensus dies commemorationis mortuorum, dixit Rota coram Buratto *dec.* 758. *num.* 5. omnesque ferè Authores, qui de hisce decretis loquuotur solùm ad numerom trium vicium se restringunt, & nullam de diebus festis faciunt mentionem. Ita Tambur. *de Iur. Abb. tom.* 1. *disp.* 21. *q.* 10. *num.* 10. Gauaot. *in man. Episc. v. Baldachinum num.* 2. Pasqualig. *in addit. ad Lauret. tit. de vsu Baldachini num.* 390. *& seqq.* Igitur intrat regula, quod expressio eorum, quæ frequentiùs solent contingere, non stat restrictiuè, Glos. *in Clem.* 1. *v. Præsides, de rescript.* Rebuf. *de nominat. q.* 5. *num.* 25. *&* 26. Rot. *decis.* 25. *num.* 5. *&* 8. & *decis.* 59. *num.* 5. *p.* 5. *rec.* Et quia tempus censeri potest adiectum incidenter, & ad beoe esse, non autem principaliter, ideòque actus attenditur, & noo tempus, Abb. *cons.* 93. *num.* 4. *lib.* 1. Item quod verba in dubio demonstratioè, noo autem taxatiuè, aut limitatiuè prolata censeantur *l. fin. §. Titia ff. de liber. leg.* Bart. *in l. Cum pater, §. mensæ num.* 8. *ff. de leg.* 2. Cæphal. *cons.* 137. *num.* 37. Gregor. XV. *decis.* 516. *num.* 10. Merlin. *dec.* 428. *n.* 12. *& decis.* 611. *num.* 11. Itidem & illa, quod quando casus aliquis, vel qualitas ratione frequentioris contingentiæ exprimitur, inde non deducitur exclusio aliorum casuum, Paris. *de confid. q.* 29. *num.* 52. post alios, Surd. *cons.* 25. *num.* 33. vbi latè, Gratiao. *discept.* 121. *num.* 20. Mascard. *de gener. stat. interpr. concl.* 4. *num.* 206. plenè Rot. in Leodieosi domioii 3. Iulii 1623. coram Coccino, apud Fenzon. *dec.* 165. Vbi quod licet Concilium Trid. *sess.* 24. *c.* 20. *de ref. §. Præterea,* dum disponit, quod appellans teneatur acta omoia corã Episcopo gesta ad Iudicẽ appellationis trasferre, habet locum etiam in actis coram quocumque Iudice, etiam non Episcopo. Vnde fit, quod dummodò vsus Baldachini nõ excedat tres vices concessas, extendi possit ad alias occasiones, quæ non sint festiuitates.

Et sanè ipsa funebris exequiarum solemnitas, qua solemni ritu Principibus pareotatur, potest reddere diem solemnẽ, atque festiuum. De earũ solemniis ac ritu legendi Durant. *de ritib. Eccles. cap.* 23. *à n.* 10. Casal. *eod. arg. c.* 67. Lauor. *var. lucubr. tit.* 2. *c.* 1. *& seq.* estque textus *in l. Mauia* 44. *ff. de manum. testam.* Hinc fuous publicum, & indictiuũ dicitur, quod publica Senatus authoritate celebratur apud Lauor. *c.* 2. *n.* 8. *& c.* 3. *n.* 145. Hincque solemni ritu celebranda funera Cardinalium more etiam Imperatorũ, & Regum, fuit decretum in Consistorio, vt apud Lauor. *c.* 1. *n.* 218. habeturque io Cęremoniali Romano sub Leone X. *lib.* 1. *sect.* 15. & in Cęremoniali Episcop. sub Clemente VIII. *lib.* 2. *c.* 11. eosque haberi pro feriatis, praxis Romanæ Curiæ demonstrat. Et hinc demùm feriatos, & festioos dies esse illos, quibus oatiuitas Principis, vel mors celebratur, probat in termiois comprehensionis sob statuto, loqueote de festiuitatibus solemnibus Buratt. *decis.* 758. *n.* 1. *& seqq.* talesque ferias sic in honorem Principis indictas assimilari quodammodo feriis io honorem Dei, obseruat Bald. *in l.* 1. *C. de fer. n.* 3. festomque defunctorum celebrari, dixit Gennadius, Patriarcha Constantinopolitanus pro Concilio Florentino *sect.* 5. *col.* 2. Et Zaccharia Papa I. mandat in Bullar. Casin. *const.* 4. *sub num.* 3. anniuersarium diem celebrari Gregorio III. antecessori suo, & sibi post mortem, & vocat solemnem, & festiuam Commemorationem. Vnde Arcbid. *in cap. Alma de sent. excom. sub n.* 4. festum, idem qood solemnitatem importare probat, & solemnes dies dici, quibus defuncti officium habetur, quo casu solemnia præstari dicuntur. Coocinunt Matul. *lib.* 1. *sac. cærem. sect.* 15. Volater. *in philol. l.* 3. *c. fin.* & Chassan. *in Catal. glor. mund. p.* 2. *consid.* 6. *in fin.* Rosin. *in antiq. Rom. lib.* 5. *c.* 39. ibique Dempster, Lipsius *ad lib.* 4. *annal. Tacit.*, Tiraquel. ad Alex. *lib.* 3. *c.* 7. Io. Kyrchmannus integro volumine, apud quos ludi funebres, Apotheosis, alia. 5

Cum ergo decretum S. Coogreg. loquatur in genere de festiuitatibus, nec magis se ad vnam, quàm ad aliam restringat, non possunt Abbates redargui de excessu, dum celebrant die solemni, & festiuo funebri. 6

At verò negatiuam partem ex eo tuendam esse apparet, quod concessio Baldachioi facta est pro festiuitatibus, vt constat ex decreto, ideòque noo est in dubium vertendum, quio concessio sit coarctata ad festioitates, *l. Ille, aut ille §. cum in verbis, ff. de leg.* 3. Exequiæ autem non veniunt appellatiooe festiuitatum, atque adeò non includuntur sub illis tribus festiuitatibus, pro quibus conceditur Abbatibus vsus baldachini. 7

Firmaturque decisio ex eo etiam, quod concessio non habet locum, nisi quatenus verba concessionis adaptari 8

pos-

possunt, *l. Quod constitutum, ff. de testam. mil. & cap. Si pater, de testam. in 6.* annotantque, Doctores nominatim *Bald. cons. 486. lib. 2.* Constat autem, quod verbum *festiuitates*, pro quibus conceditur Abbatibus vsus baldachini, non adaptatur Exequijs, de quibus fiunt solemnia, non autem festiuitates, cum festiuitas ad diem pertineat, non ad actionem. Vndè fit, quod limitata concessio non potest extendere effectum vltra terminos suæ limitationis, *l. qui tabernas ff. de contrah. empt. & l. ex pacto. §. Item quæro, ff. de vulg. & pupil. subst.* cum alijs apud Tiraquel. *tr. cess. caus. p. 1. n. 147. dec.* & Rot. coram Mant. 232. *num. 9. & dec. 690. num. 9. p. 1. rec.* Ac proinde cùm concessio sit limitata ad festiuitates, non potest extendere suum effectum ad exequias, quantumuis solemnes.

9 Egregium quoque stabiliendæ huius decisionis momentum ex eo sumitur, quod in decreto S. Congregationis expressis verbis vsus baldachini permittitur illis tribus festiuitatibus, quibus solemniter Abbates celebrant iuxta consuetudinem Ecclesiæ; sicque extendi non potest ad Exequias, quas Abbates non solent solemniter celebrare in suis festiuitatibus, cum in ijs non soleant vti baldachino nigri coloris, quo in exequijs vtuntur. Cumque huiusmodi indultum detrahat iuri Episcoporum, quibus solùm de iure permittitur erectio baldachini, etiam in Ecclesijs Regularium, vt habetur *in Clem. Archiepiscopo, de priuil.* & decreuit S. Rituum Congregatio apud Nouat. *in Sum. Bullar. tit. de baldachino n. 1.* traditque Ricc. *in pr. p. 2. resol. 313. num. 1.* Lauret. de Franch. *in contr. inter Episcop. & Regul. tit. de vsu baldachini p. 1. num. 380.* subdens ex decreto Apostolico, ibi relato nihil de nouo concessum Episcopis, sed solùm declaratum, compelli posse etiam censuris Regulares, & alios exemptos nolentes assentiri, quod Episcopus vtatur baldachino in eorum Ecclesijs. Ideòque strictè debet intelligi, vbi scilicet Abbates tribus illis diebus functiones solitas solemniter celebrent, non autem insolitas illis præcipuè diebus, quibus vnaquæque Ecclesia proprijs inteota festiuitatibus abstinere solet à celebratione Exequiarum. Quare cum sit casus insolitus, non censetur comprehensus indulto, quod strictè interpretari debemus, vt dixit Rot. *dec. 4. n. 16. p. 7. rec.* sufficitque, casum non reperiri expressè priuilegiatum, vt stetur regulæ, Rot. *dec. 314. num. 10. p. 8. rec.*

10 Et hinc est, quod quando Episcopus celebrat pro defunctis, licèt pontificaliter, non potest vti omnibus insignibus Pontificalibus, vt per Abb. *in cap. 1. de auct. & vs. pal.* Bald. *ibid.* Alzed. *de præcel. Episc. dignit. p. 1. c. 13. num. 40. & 69.* & desumitur ex cærem. Episcop. *lib. 2. c. 11.* & ex *eod. cap. 1.* Honorius III. respondet quod Archiepiscopus vti debet pallio illis tantùm diebus, qui continentur in priuilegijs suæ Ecclesiæ, & subdit ex hac responsione resolui, an possit vti pallio, quando celebrat pro defunctis. In priuilegijs autem non continetur dies commemorationis omnium defunctorum, & multò minùs dies cęteri, quando ex aliqua occasione contingit celebrare pro defunctis iuxta animaduersionem Glossæ *in cap. ad honorem de auct. & vsu pal.*

11 Atque ita declarauit, atque decreuit S. Rituum Congregatio decreto suo emisso, atque approbato à Pontifice Summo sub die 27. Septembris 1659. & publicato sub die 3. Februarij 1660. in quo prohibetur Abbatibus vti indulgentia Pontificialium in officijs, & missis defunctorum. Ita enim §. 5. decernit: *Dies verò, in quibus solemniter ipsis operari conceditur, siue de præcepto festiui, vel alij, in quibus ipsos pontificaliter celebrare festiuitatis ratio exigat, nempè Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Ecclesiæ. Abstineant autem ab huiusmodi Pontificalium vsu in Officijs, & Missis defunctorum quocunque die, etiam festiuo, & de præcepto.*

12 Ad secundum. Certè videri potest, id ex omni parte esse negandum. Primò, quia Abbatibus reapse competit ius erigendi Baldachinum. In his autem terminis si quis habens aliàs facultatem excedit, non dicitur se intrudere, nec vsurpare. Sic in fortioribus de confessario aliàs approbato, qui absoluit à reseruatis, rectè docet Cesped. *num. 3.* Et in specie, quod Abbates vltra tres vices vtentes baldachino, non peccent mortaliter, cùm sit solummodò præscriptio ritus directiua, vt de Rubricis tradunt Gauant. *in rubr. missal. p. 3. tit. 11.* March in. *de Sacr. Ord. tr. 3. p. 3. c. 6. n. 4.* alijque; quia tantùm ostendunt, quid congruenter sit faciendum; & quatenus etiam esset præceptiua, non obligat tamen sub mortali, sed tantùm sub veniali, Tanner. *tom. 4. disp. 5. q. 10. dub. 1. n. 6.* Quart. *in rubr. missal. q. proem. sect. 2. pun. 7.* & quod solùm si frequenter non obseruant decretum, possint puniri in foro externo ratione contemptus Sacræ Congregationis, asserit Pasqualig. *in addit. ad Lauret.* de Franch. *d. tit. de vsu baldach. n. 397. & seq.* Vbi autem non interuenit peccatum mortale, non potest interuenire censura grauis, Bonac. *de censur. disp. 1. q. 1. pun. 3. propos. 3. n. 6.*

Deinde non videtur, eiusmodi Abbates incurrere 13
censuram *in cap. Cum & plantare, §. de confratribus v. Quod autem de priuil.* inflictam. Quia non loquitur generaliter de arrogantibus sibi quodcumque ius Episcopale, sed solùm de illis iuribus, quorum in eodem textu antecedenter mentio facta fuerat, nempè de receptione decimarum, de admissione interdictorum ad diuina, de non præsentatione præsbyterorum ad Curam, & hanc fuisse mentem Concilij Lateranensis, testatur speciatim Abbas antiquus ad eum locũ, cuius doctrinam sequitur Cesped. *de exempt. Regul. cap. 16. dub. 258.* præcipuè *n. 3.* & approbat Squil. *de oblig. & priuil. Episcop. p. 3. c. 19. n. 89.* Prout etiam quoad interdictum, de quo in fine eiusdem *cap.* referatur solùm ad expressa in §. *excommunicatos* cum *seq.* tradunt ibidem Innoc. *in fine*, Io. Andreas *n. 12.* d. Abb. *v. Subiaceant*, Zabarel. *v. interdicto.* Et in similibus actibus consistere vsurpationem iurium Episcopalium, aduertit Anchar. *d. n. 1.* & facit Concilium Calcedon. relatum *in c. peruenit 16. q. 1.* in quo pariter interdicuntur Religiosi sub anathematis pœna sibi vendicare iura Episcopalia, atque officia, & explicantur, quænam illa sint, scilicet pęnitentiam dare, & remissionem peccatorum, reconciliationem pęnitentium, decimas, & Ecclesias.

Præтereà non videtur incurrere censuras commina- 14
tas in Bulla Cœnæ contra vsurpantes iura Episcopalia; quoniam ad hunc effectum requiritur, quod hic prætensus vsurpans sit destitutus omni probabili credulitate, quod ius ad se non pertineat, & certò sciat, ius esse proprium Episcopi, & nihilominùs sibi illud appropriare velit. Sic ex Suarez. Filiuccio, Bonacina, & alijs probat Pasqualig. *in cit. loc. p. 2. q. 24. n. 3.* & dixerat anteà Barbosa *in collect. ad Concil. Trid. sess. 22. de ref. cap. 11. n. 3.* Quia non potest ius dubium alienum prævalere contra possessionem certam, quia non est sufficiens ad ipsam euertendum, præcipuè si constat, quod aliàs iure possideat. Et quia lex, siue etiam sententia non obligat hic & nunc, nisi sit certa, quia obligatio hic & nunc posita, est certa in actu exercito, & est effectus legis, seu sententiæ. Effectus autem certus requirit causam certam. Quando autem adest dubium iuris de censura, lex, aut sententia, vndè prouenit, est dubia, atque adeò non potest producere effectum certum obligationis. Atqui Abbates, non dum habent probabilem credulitatem super vsu baldachini, sed etiam ius certum, & proinde dici nequit, quod vsurpauerint. Quin cùm in eo textu sit appositum verbum *præsumpserint*, quod dolum, & temeritatem supponit, non comprehendit Abbates, qui aut bona fide, aut per ignorantiam, etiam culpabilem, aut etiam per imprudentiam & temeritatem, nisi illa fuerit ingens, ac ex certa scientia se gerant, Cened. *collect. 45. n. 3.* cum alijs apud Barbos. *dict. 268. n. 3.* Ricc. *resol. 19. n. 1. & 2.* Bonac. *de censur. disp. 1. q. 2. pun. 1. n. 11.* & Salas *de legib. tr. 14. disp. 21. sect. 3. n. 16.*

Hinc, quatenus etiam posset inter iura Episcopalia 15
connumerari vsus baldachini, quod non videtur, cùm nõ sit propriè ius Episcopale, sed tantùm lato modo, quatenus scilicet quædam facultas aliquid faciendi, vel aliqua re vtẽdi, ius dicitur. Quare propriè est quoddã insigne honoris, ac dignitatis, & non solius Ordinis, seu dignitatis Episcopalis, vt benè vidit Tambur. *de iur. Abb. t. 1. disp. 21. quæst. 1. num. 4.* sed competit quoque in Ecclesijs Principibus laicis, & Regum Oratoribus, ac pluribus Ecclesiasticis viris, carentibus ordine, & dignitate Episcopali; adhuc tamen non adaptatur Abba-

tibus eiusmodi vsurpatio, cum habeant speciale priuilegium illud erigendi tribus vicibus quolibet anno. Vndè cum facultas non sit consumpta, minimè derogatur iuri Episcopali, eam exercendo magis in vox, quàm in alia solemnitate, idque ad summum Episcopi curare poterint, quod non erigatur vltra tres vices à S. Congregatione permissas, eiusdemque S. Congregationis officium est, non autem Episcoporum præfatum indultum interpretari. Vndè poterint solùm Episcopi nunciare eidem S. Congregationi excessum, ad quam postea spectabit prouisio. Ideòque cum interim sit aliquo modo dubium, non potest incurri aliqua censura, præsertim grauis, sicuti est Interdictum, quod supponit peccatum mortale iuxta communem sententiam, de qua Bonac. *de censur. in com. q. 1. pun. 3. propos. 3. n. 6.* & Sayr. *lib. 1. c. 9. num. 28.* Ac etiamsi decretum S. Congregationis esset clarum, adhuc non haberet locum interdictum, sed solùm pœnam aliquam arbitrariam, monet Pasqualig. *d. p. 1. num. 398.* & tandem censura comminata in Regulares, iurisdictionem spiritualem, vel temporalem Episcopi vsurpantes, non habent locum, nisi vsurpent tanquam propriam, seu ex intentione eam sibi appropriandi. Indeque requiritur, quod liquidissimè constet, iurisdictionem esse alienam, & ad se nullo modo pertinere. Et ideò si adesset controuersia, & quisque probabiliter putaret ad se pertinere, censuræ præfata locum non vindicaret, vt idem Pasqualig. *loco alleg. p. 2. q. 24. n. 30.*

16 His tamen non obstantibus, iure optimo Abbates eiusmodi incurrere interdicti censuram, censeo sequentem ad causam. Quia Abbates exercent in Ecclesia Pontificalia, sibique arrogant Episcopalia iura erigendo baldachinum, & celebrando cum mitra Missam, & officium defunctorum. Quod cùm prohibitum sit à Concilio Chalcedonensi, vt *in d. c. Peruenit 16. q. 1. & cap. Accedentibus*, ibique Abb. *de excess. Prel.* meritò incurrunt in censuram interdicti ab Alexandro III. inflictam *in d. cap. Cum & plantare §. vlt. vers. Quod autem, de priuil.*

17 Nec refragantur huic resolutioni priùs in contrarium allatæ dubitandi ratione. Quoniam tam decretum S. Congregationis, quàm priuilegium, quod habent erigendi baldachinum, id eis permittit solummodò in tribus anni festiuitatibus, in quibus Abbates solemniter celebrant iuxta consuetudinem Ecclesiæ. At dies, qua celebrant exequias defunctorum, non est festus solemnis iuxta consuetudinem Ecclesiæ, neque Abbates celebrant ea die festiuitatem diei, sed funus, cumque pro funere non liceat erigere baldachinum, neque eo vti in celebratione Missæ, vel officii defunctorum, vt sanxit S. Rituum Congregatio, cùm soli Episcopo de iure competat in Ecclesijs, vt tradidi *tom. 1.* propterea non possunt euitare contemptum, ac proinde censuram excommunicationis latam *in d. c. Peruenit*, & interdicti inflictam *in d. cap. Cum & plantare §. de Confratribus vers. Quod autem, de priuil.*

18 Nil officit, quod interdictum referatur tantummodò ad præcedentem §. *Excommunicatos, & §. Quod si Templarij*, vt volunt aliqui. Nam benè etiam refertur ad Regulares exemplos proximè nominatos *in d. §. de confratribus*, qui de facto Episcoporum iura vsurpant, vt annotat Glos. *ibi v. priuilegiorum*, & aduertunt Hostiens. in eundem *text. num. 10. v. Religiosis.*

19 Ad 3. negatiuè decidendum videtur. Primum, quia *in d. cap. Cùm & plantare eo §. quod autem* solùm habetur, *quod si contra institutum hoc venerint, & Ecclesiæ, in quibus ista præsumpserint, subiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur.* Ex quibus manifestum est, quod Pontifex in hoc textu nullam tribuit Ordinariis facultatem puniendi Regulares, qui sibi iura Episcopalia vsurpant. Immò cùm ipse pœnas imponat excludit talem potestatem ab Episcopis. Quod præ cæteris obseruat Cesped. *de exempt. Regul. d. c. 16. dub. 158. num. 3. circa fin.*

20 Secundò. Quia Episcopus non habet facultatem excommunicandi Regulares exemptos, etiam in casibus, in quibus aliàs excommunicari deberent, præcipuè quando muniti sunt priuilegio, quod ab Episcopis excommunicari, & interdici nequeant, vt per textum expressum *in cap. Volentes §. 2. de priuil. in 6.* firmant Zerol. *in prax. Episcop. p. 1. v. Excommunicatio tit. de excom. caus. mater.* Diana *p. 2. tr. 2. de dub. Regul. resol. 35.* Cesped. *loc. cit. c. 18. dub. 294. n. 1.* vbi in specie de interdicto in Ecclesijs, & Monasteriis, habentibus priuilegium, ne interdici possint, Lezzan. *in sum. v. interdictum n. 9.* plenissimè Donat. *in prax. p. x. tr. 13. q. x3.* Pasqualig. *in add.* ad Lauret. de Franch. *p. x. q. 7. num. 4.* Squillan. *de oblig. & priuil. Episcop. p. 3. c. 19. n. vlt.* & Cassaing. *de priuil. Regul. tr. 2. c. 4. propos. 5. per tot.* Nam ex vna parte habetur certa exemptio Regularium, ex alia autem non habetur lex aliqua, quod tribuat pro hoc casu potestatem Ordinariis eos puniendi, sed ad summum opinionem Doctorum, quæ non facit aliquid certum, sed ad summum probabile. Quando autem certum concurrit cum opinabili, præferendum est, quod certum est, & secundùm ipsum iudicandum. Hinc est, quod quando lex volt, quod Ordinarii possint exercere aliquam iurisdictionem in Regulares, hoc expressè declarat, vt passim in Trid. Concilio, & quoad censuras annotat Sanch. *lib. 8. de matr. disp. x3. num. x3.* cum pluribus alijs, & Lezan. *tom. 1. quæst. reg. c. 11. num. 14.* quia, stante exemptione, requiritur specialis dispositio, vt possint Episcopi exercere iurisdictionem in exemptos, cùm exempti subtrahantur eorumdem iurisdictioni.

Immò neque ipsos declarare valet vbi ipso iure sunt 21
excommunicati, vel interdicti, vt de veriori post relatos hinc inde Auctores comprobat Donat. *eo loco q. 76. num. 2. & seqq.* Cesped. *d. c. 18. dub. x9.* Pasqualig. *cit. q. 7. num. 4.* & latè Cassaing. *d. tr. 2. cap. 4. prop. 6.* Diana *p. 3. tr. 2. resol. 35.* Pelliz. *in man. tr. 8. c. 6. sect. 1. n. 45.* Quia non possunt Regulares declarari excommunicati, nisi priùs citentur. Episcopi autem non sunt quoad illos Iudices competentes, quando ex specialibus priuilegijs fuit illis adempta omnimoda iurisdictio.

Præsertim cùm interdictum, de quo *in d. cap. Cum &* 22
plantare non incurratur ipso iure, sed requiratur sententia Episcopi, vt clarè explicat Glos. *v. priuilegiorum, & in d. c. Peruenit 16. q. 1.* omnesque ferè Doctores *in d. §.* in id conueniunt, vt præ alijs Anchar. *in fin.* Host. pariter *in fin.* Abb. *n. fin.* Zabar. item *in fin.* & Boich. *num. 6.* vbi explicando verba illa textus *subiaceant interdicto*, inquit, debere intelligi de interdicto ferendo per Episcopum, quia non est canon latæ sententiæ, sed ferendæ. Idemque asserit Tambur. *de iur. Abb. tom. 1. disp. 3. q. 7. num. 34.* Hoc ipsum dicendum est de textu *in d. c. Peruenit 16. q. 1.* loquitur enim de vindicantibus sibi arroganter iura Episcopalia, & non imponit censuram ipso iure, sed dicit sub anathematis vinculo id esse prohibitum. Vbi Glossa inquit, infligendi, loquiturque de monachis tum temporis subiectis Episcopo, vt *in c. Qui verè* ibidem relato, & desumpto ex eodem Concilio Chalcedonensi. Quotiescumque autem non agitur de sententia declaratoria censurarum ipso iure per Sacros Canones inflictarum, praxis est, quod requiratur præuia monitio cum competenti termino iuxta textum *in cap. Sacro de sent. excom. & in cap. Statuimus in fine;* ibique Glos. *v. admonitionem*, dicens, requiri tres monitiones, vel vna pro omnibus cum interuallo dierum, & *in cap. Romana, §. iterum*, etiam *in fine.*

Idque etiamsi in priuilegio concernente exemptionem 23
ponatur pro abusu pœna aliqua ipso facto incurrenda. Quia non incurritur pœna, nisi præcedat sententia declaratoria abusus, vt desumitur ex *l. eius, qui delatorem, ff. de iur. fisc.* & *cap. Cum secundum, de haeret. in 6.* Vbi quod requiritur sententia declaratoria hæresis, vt locum habeat confiscatio bonorum ipso facto imposita pro hæresi, & tradunt Bartol. *in cit. l. Eius, qui delatorem* Isern. *in cap. 1. num. 10. de feud. sin. culp. non amit.* Felin. *in cap. Rodulphus num. 35. de rescript.* Tiraquel. *in l. Si vnquam v. Reuertatur, num. 400. C. de reuoc. don.* & docent communiter de lege pœnali, quod non sortiatur suum effectum quoad pœnam, nisi præcedat sententia declaratoria criminis, vt Bald. *in d. c. 1. de feud.* Io. Andr. *in c. pro humani de homicid. in 6.* Dec. *in cap. 1. num. 73. in 1. lect. de const.* Couar. *4. decr. p. 2. c. 6. §. 8. num. 10.* Gramm.

decis.

dec. 15. *num.* 8. Mysing. *cent.* 2. *obser.* 43. Achil. de Gras. *dec.* 1. *de pœn.* Suar. *lib.* 5. *de legib. cap.* 8. *num.* 5. Vasquez 1. 2. *disp.* 170. *cap.* 3. Sanch. alios citans *lib.* 2. *in decal. cap.* 22. *num.* 7. quia impositio pœnæ, ipso facto incurrendæ, habet vim sententiæ condemnatoriæ, sententia autem condemnatoria non potest habere locum, nisi in iudicio constet de crimine; & ideò, vt sententia condemnatoria legis habeat locum, debet crimen deduci ad iudicium, & declarari.

24 Ideòque cùm sint omninò exempti à iurisdictione Episcoporum, ac Delegatorum Apostolicorum ex Constitutione Zachariæ I. sub anno 643. quæ est 2. *num.* 3. in Bullario Casinensi, relata à Tambur. *de iur. Abb. p.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 11. *num.* 13. & ex compluribus Summorum Pontificum literis Apostolicis, præcipuè ex illa Eugenij IV. sub anno 1434. de qua in d. Bullario in ordine 59. *num.* 1. quam exemptionem approbauit Rota coram Coccino *dec.* 83. *n.* 1. vbi nullam declarauit sententiam Nuncij Apostolici Venetiarum, prolatam in Monachos S. Benedicti ex defectu iurisdictionis, eamque memorabilem appellat idem Tambur. *loc. cit. tom.* 1. *disp.* 18. *q.* 3. *num.* 14. & plenariam vocat *disp.* 15. *quæst.* 4. *num.* 3. quod tuentur Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 33. *num.* 23. & in *decal. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 14. Tambur. *d. disp.* 5. *quæst.* 12. *sub num.* 63. qui loquitur etiam in delicto notorio, atque omnes Regulares, rectè sequitur, quod quælibet excommunicatio, aut alia censura lata contra ipsos, erit nulla defectu iurisdictionis, vt desumitur ex *cap.* 2. *in fin. de in integr. restit. & cap. Quantò de priuil. & Clem.* 1. §. *nonnulli, de excessib. Prael.* ac tradunt Imol. *in cap. Ex parte de priuil.* Natt. *cons.* 257. *num.* 7. Bellamer. *cons.* 20. *num.* 14. Rota *dec.* 118. *num.* 2. apud Tambur. Lezan. *tom.* 1. *quæst. regul. cap.* 11. *num.* 2. alijque innumeri. Nequit enim dari grauior nullitas, quàm ex defectu iurisdictionis, vt in hac specie tradit Suar. *de censur. disp.* 4. *sect.* 6. *num.* 5. & Sayr. *eod. tit. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 10. & 17. vbi de censuris latis contra exemptos, & priuilegiatos, & inde censuras esse ipso iure nullas, quamuis etiam nulla fuerit interposita appellatio, probat Abb. *in cap. cum dilectus num.* 3. *de relig. Dom.* Quod procedit, etiamsi Ordinarius priuilegia exemptionis ignoraret. Quia nihilominùs omnia nulla, ac irrita sunt, Couar. *in cap. Alma p.* 2. §. 7. *num.* 5. cum aliis per Tambur. *tom.* 2. *disp.* 14. *quæst.* 4. *num.* 2. Cochiet, *de iurisd. in exempt. p.* 2. *quæst.* 6. *num.* 40. Vbert. *de citat. cap.* 9. *num.* 420. reddens rationem è Speculatore, quod huiusmodi ignorantia non potest facere Iudicem, qui non est, Rodriq. *tom.* 2. *quæst.* 59. *ar.* 5. & Lezan. *v. Exemptio n.* 8.

25 Tertiò, quia vel censuræ infligi nequeunt quando saltem est dubium, an priuilegium vtendi baldachino extendatur ad diem, qua Abbates illo vtuntur, & an ex tali vsu censuras incurrant, vt iam diximus. Vel ad Episcopos nullo modo pertinet eius rei cognitio, & interpretatio, cum tali casu Ordinarius esset Iudex, & pars, vt ait textus *in cap. cùm venissent de iudic.* & prosequitur Donat. *in prax. p.* 2. *tr.* 13. *q.* 14. Cesped. *cap.* 24. *per tot.* Squillan. *p.* 3. *cap.* 19. *num.* 104. Cassaing. *cap.* 4. *propos.* 2. & rursus *tract.* 2. *cap.* 8. *prop.* 4. & extat Constitutio Alexandri VI. pro noua Congregatione Cassinensi, de qua Donat. *d. quæst.* 14. *tract.* 13. Cesped. *d. dub.* 382. *num.* 5. Vel interpretatio facienda est fauore Abbatum, sic disponente eadem Constitutione, Donat. *d. quæst.* 14. *n.* 4. Et in Bullar. Cassinensi super hac interpretatione, facienda ad eorum fauorem in casibus dubijs præter Constit. Alexandri VI. *quæst.* 110. *num.* 2. adsunt aliæ, nempè Leonis X. quæ est 129. *num.* 21. Clementis VII. 148. *n.* 3. Pauli III. 156. *num.* 4.

26 Quartò, quia non solùm sunt exempti, sed etiam habent priuilegium, ne possint excommunicari, vel interdici ab Ordinarijs cum decreto irritante, vt ex Constitutione Eugenij IV. *in Bullar. Casin.* 58. *n.* 2. *& Const.* 58. *nu. item* 2. Vndè nullæ remanent censuræ absque aliqua distinctione, an fuerint producta priuilegia, vel ne, quia decretum irritans ligat, etiam ignorantes, vt benè Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. Cochiet *de iurisd. in exempt. p.* 2. *quæst.* 49. *nu.* 3. Rodriq. *q. regul.* 59. *ar.* 5. *tom.* 2. Donat. *tom.* 4. *tract.* 13. *quæst.* 24. Giballin. *in tr. de iurisd. in fer. censur. disp.* 3. *q.* 1. *n.* 6. *ad med.* Extantque literæ S. Congregationis super Episcopis, & Regularibus, datas Episcopo Bobiensi, quarum verba hæc sunt: *La Santità di Nostro Signore hà rimesso alla S. Congregatione la lettera di V. S. scritagli intorno il particolare dell' interdetto da lei posto nella Chiesa di S. Martino di Cotesta Città della giuridittione de' Monaci di S. Colombano della Congregatione Cassinese. E benche questi miei Illustrissimi Signori riconoscano in ciò il buon zelo di V. S. del seruitio di Dio, hanno tuttauia risoluta di scriuerle, che non hauendo lei giuridittione sopra le cose, persone, e Chiese di detti Monachi, come vedrà dall' allegato decreto della Congregatione del Concilio, se non in quelle dou'è la cura dell' anime di persone secolari, non hà potuto, nè meno mettere l' interdetto in detta Chiesa, e percio vuole, che lo debba leuare, come le piacerà di fare, e Dio la contenti. Di Roma a' 12. di Decembre* 1607.

Quare procedit regula, quod etiam in casibus, in quibus data est facultas Ordinariis procedendi contra Regulares, non tamen possunt censuris innodari per textum celebrem in *cap.* 1. §. *in eos de priuil. in* 6. Ideòque S. Congregatio, dum mandauit Episcopis, vt coercerent Regulares, etiam exemptos, ne accederent ad monasteria monialium, declarauit postea non posse eos excommunicare, si habeant priuilegium præfatum, vt testatur Quaranta *in Sum. Bul. v. Monasteria Monialium*, Rodriq. *tom.* 1. *quæst.* 45. *art.* 2. *in fin.* Campanil. *in diu. rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 40. Vulpel. *in pr. cap.* 4. *num.* 8. Suar. *de relig. tom.* 4. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 27. Lezan. *tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 35. Tambur. *de iur. Abbatis. disp.* 25. *quæst.* 9. *nu.* 1. Dian. *p.* 3. *tr.* 2. *resol.* 103. & Alphons. de Leon. *de censur. resol.* 2. *num.* 472. 27

Ex quibus sequitur, quod in istiusmodi Regulares, qui habent priuilegium, ne possint excommunicari, nisi à Papa, non poterit Episcopus talem sententiam fulminare. Quod stante nullitate, & iniustitia censurarum clara & notoria, licitè possint à Regularibus contemni citra incursum alicuius pœnæ, vt tradit Nauar. *tit. de censur. cap.* 37. *num.* 187. ad differentiam censurarum, contra quas opponeretur solùm de iniustitia, quo casu intrat rescriptum D. Gregorij, relatum *in cap.* 1. 11. *quæst.* 3. quod scilicet sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda sit, vt distinguendo, etiam quoad forum externum, probat Nauar. *d. loco num.* 3. & post multos Sayr. *de censur. disp.* 4. *sect.* 7. *num.* 1. & 17. *lib.* 1. & *cap.* 16. *nu.* 43. & *seq.* ac *cap.* 17. *num.* 7. Vbi quod concurrente tali nullitate, quod sententia excommunicationis sit omninò nulla, per consequens nulla oritur obligatio, etiam in exteriori foro, & in ordine ad publicas actiones; vnde nec potest habere locum punitio ratione contemptus; idque non obstante scandalo. Quia procedit in nullitate dubia, secùs in ea, quæ est clara, & notoria, vt aduertit idem Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 43. Vbi praxim insinuat pro remouendo scandalo, quod scilicet nullitas censurarum publicetur, dicens, quod tali casu non potest allegari ratio scandali. Quoniam si post hanc publicationem adhuc quis scandalizatur, non est scandalum pusillorum, sed Pharisæorum. Quod exempti citati ab Episcopis comparere non teneantur, Lezan. *v. Exemptio n.* 14. Vbert. *de citat. cap.* 9. *num.* 420. Cochier *de iurisd. in exempt. p.* 2. *quæst.* 6. *num.* 15. 28

Et quamuis decens sit comparere ad allegandum priuilegium exemptionis, vt religiosè admonet Lezana vbi proximè *num.* 14. nunquam tamen tenentur illud exhibere, Cochier *loco citato*, Lezan. *ibid.* quia hoc esset facere Ordinarium Iudicem in sua causa, quod non licèt, etiam in casu dubij circa priuilegia, cùm non pertineat ad eos illorum interpretatio; quod non solùm Ordinarius Ecclesiasticus, qui vsurpare contendit iurisdictionem in exemptos incurrit excommunicationes contra vsurpantes iurisdictionem Ecclesiasticam, latas in d. Constitutione Eugenij IV. pro Cassinensibus, & in Tridentino *cap.* 11. *sess.* 22. *de reform.* & Bulla Cœnæ Domini *in cap.* 17. non autem incurrit excommunicationem latam in d. Bulla Cœnæ *cap.* 20. iuxta communem; quia *d. cap.* 20. agitur de vsurpatione iuris, & iurisdictionis temporalis ad Romanam Ecclesiam alicubi pertinentis, 29

vt

vt rectè Sayr. *de censur. lib.3. cap.24. num.5.* Suar. *eod. argum. disp.21. sect.2. num.* 104. & Bonac. *quæst.21. punct. 1, num.15.* estque contra Cochier *d. tr. de iurisdict. in exempt. p.4. q.75. num.1. & 7.* Verùm etiam Regulares Prælati, siue Officiales consentientes vsurpationi iurisdictionis in exemptos, seu illi subiectioni, Nam cum sint exempti, & immediatè subiecti Summo Pontifici, non possunt absque eius licentia in alterius iurisdictionem consentire, *cap. Cum tempore in fin. de arb.* & tradunt Abb. *ibi num.2.* Io. Andr. *in cap. Scienti de reg. iur. in 6,* Felin. *in cap. G. & G. n.13. de offic. deleg.* Bald. *in l. Siquis ex consensu n.8. C. de Episcop. aud.* Archid. *in cap. Conquestus num. 49. quæst.3. de for. comp.* Surd. *cons.47. num.24.* Syluest. *v. Exemptio nu.*10. & Rot. coram Mantica *dec.237, num.5.* & io Gandauen. Monasterij 29. Aprilis 1641. coram Panzirolo.

30 Quinimmò Prælati vsurpantes talem iurisdictionem incurrunt in pœnas *Extrau. Ambitiosa*. Quia hæc renunciatio exemptionis est alienatio prohibita rei Ecclesiasticæ, *d. cap. Cum tempore, de arb.* ibique Host. & Abb. *num.3.* Et quia hoc ius reputatur inter immobilia per *d. cap.* & Glos. *in cap.2. v. Iura, de reb. Eccles. non alien. in 6.* & per *text. in cap. Nulli, extr. eod. tit.* & ibi Imol. & Rodoan. *eod. tract. tit. de alien. redd. & iur. num.22.* & talis renuncio est nullius momenti, *d. cap. Cum tempore, & cap. Si diligenti, de for. comp.* & ex d. Constitutione Engenij IV. Vbi *num.11.* sic: *Sanctitas sua decreuit, quod si Ordinarij, vel alij contrarium facere præsumpserint, & requisiti, seu per notificationem dicti priuilegij, vt desistant, facere neglexerint infrà tres dies à die requisitionis, seu notificationis, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, & nihilominus, quod aliter factum est, ipso facto sit irritum, & inane, & nullius efficaciæ, roboris, aut momenti.*

31 Et propterea si Episcopi preuidentes aliquem excessum supra præscriptum S. Congregationis, inhibeant Abbatibus, aut pontificaliter celebrare, aut cum illo excessu celebrent, quamuis malè faciant excedendo præscriptum S. Congregationis, attamen non tenentur seruare inhibitionem, tanquam nullam, & ab eo prouenientem, qui non habet supra ipsos aliquam iurisdictionem. Quod si Episcopus contra Abbates, vel Regulares aliquid innouet, aut fulminando censuras, aut aliquo alio modo, erit reuocandum à superiore, tanquam continens contemptum Romanæ Sedis, dum in eidem immediatè subiectos manum extendit contra legis probibitionem, *cap. Cordi in fin. de appel. in 6.* Oldrad. *cons.206. num. 1. in fin.* & Rot. coram Mantica *dec.31. num.3.* Quod Episcopus tenetur ad omnes expensas, quas Abbates facerent intuitu molestiæ ipsis ab eodem illatæ, item & ad alia, de quibus in *cap. Sacro, de sent. excom.* Siquidem cum sine iurisdictione eos vexet, iniusta est vexatio, & attentata, & proinde tenetur eos reddere indemnes iuxta ea, quæ tradunt Imol. *cons.66. num.24.* Lancellot. *de attent. p.3. cap.31. num* 164. Rot. coram Durano *dec.305. n. 2.* & coram Pegna *dec.237. num.3.*

32 Tandem, quod Abbates, siue Regulares exempti poterint huiusmodi censuras tanqoam nullas licitè contemnere, habetur in *can. Non debet 11. quæst.3.* Sayr. *lib. 5. cap.16. num.42.* Seraph. *dec.* 1098. *num.4. & dec.1239. num.3.* & in Larinen. pensionis 7. Februarii 1620. coram Vbaldo, & lacerare cedulones, Nauar. *in cap. Cum contingat, de rescript. remed.2. num.41. & seqq.* Vndè ex hoc capite non possunt excommonicari, Alphon. de Leon. *de censur. resol.2. sub num.473.* & pluribus relatis probat Rodriq. *tom.2. quæst. reg.59. ar.5. in princ.* Cochier. sæpè *cit. p.2. quæst.40. n.2.* Sanch. *de matrim. lib.7. disp.33. num. 23.* & in *sum. lib.6. cap.1. num.14.* Tambur. *de iur. Abb. tom.3. disp.596. num.63.* Lezan. *in Sum. v. Exemptio num. 8.* Sayr. *de censur. lib.1. cap.8. num.7.* Cesped. *de exempt. Regul. dub.294. num.1.* Pelliz. in *man. tract.8. cap.6. sect. 1. num.44.* Pasqualig. *ad laur. p.1. num.80,* & Rot. *dec. 146. num.1. & 2.* coram Buratto.

33 Quæ præcipuè obtinent, si Regulares appellauerint. Tunc enim nequit Ordinarius ad vlteriora procedere, Scacc. *de appel. quæst.17. limit.22. num. 47.* qui loquitur de simili præcepto, Barbos. in eisdem terminis *ad cap. Pastoralis 53. num.5. de appel.* Ricciull. *de iur. person. lib. 4. cap.66. num. 29.* & in specie interdicti, Scacc. *d. limit. 22. num. 60.* Barbos. *loc. cit.* Immò ne declarare quidem potest incursum censurarum post appellationem; nam quando declaratoria habet annexum factum, super quo Iudex potuit decipi, tunc appellatio suspendit, siue sit declaratoria à censoris latis ab homine, siue à lege, *cap. Peruenit, cap. Consuluit, cap. Cum sit Romana, § fin. de appel. cap. Is, cui, de sent. excom. in 6.* Scac. *d. limit. 22. num.36.* Genuen. in *prax. cap.28. num. 1.* & Ricciul. *loc. cit. lib.4. cap.64. num.31.* Magisque obseruanda sunt, si etiam Ordinarius super hac re Sacræ Congregationi iam scripserit, responsum ab ea expectaturus, eoque non expectato ad censuras deueniat. Hoc enim casu præcipitanter, nolliter, & attentatè procedit, vt in specie de recursu, Bald. *in cap. vnic. §. sancimus num.2. & 3. tit. quo temp. mil. in vsib. feud.* Magon. *dec. Lucensi 23. num. 1.* Borsatt. *cons. 291. num.43. vol.3.* & dictum fuit in Romana Vineæ 30. Maii 1644. coram Taraconensi, & in terminis relationis Magon. *d. decis.23. num.4.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. n.143.* Marant. *in prax. p.6. num.10.* Osacb. *dec.84. num.12.*

34 Verùm etiam ob huiusmodi interdicti contemptum nulla irregularitas incurritur per *cap. ad præsentiam 16. de appel.* Vbi quod excommunicatus post interpositam legitimam appellationem, potest ea pendente sine alicuius irregularitatis incursu celebrare, suumque officium in diuinis prosequi, vbi Franch. *n.3. & 4.* cæterique communiter, etiamsi posteà pronuncietur, appellationem firmitatem non habere, malèque appellatum, Felin. *in cap. Rodulphus num.43. de rescript.* Sanch. *consil. lib.3. cap. vnic. dub.32. num. 244.* cum Imola, Geminiano, & Lapo *in Clem. 1. de sequestr. possess.* quia tunc quis efficitur irregularis, violando censuram, quando reuera censuram contraxit, Bonac. *de censur. disp.7. quæst.3. pun.5. num.2.* Antonel. *de regim. Eccles. lib.2. cap.10. num. 12.* Vndè, si nec ritè, neque rectè Iudex ad censurarum declarationem processerit, sic declaratus celebrando irregularis non efficitur, Caiet. *in opusc. tom.1. tr.19. de excom. lib.1. tr.5. cap.6. per tot.* Antonel. *loc. cit. num.13.* Et illi, qui sciunt, Clericum iniustè, ac nulliter excommunicatum, possunt cum eo participare in diuinis. Et quamuis admoneant Doctores, quod quando scandalum insurgere potest, id secretò fiat, concludunt tamen, quod licèt cum scandalo id fieret, non tamen inde resultaret irregularitas, quia irregularitas non est asserenda, vbi non est iure expressa, *cap. Is, qui de sent. excom. in 6.* Doctores communiter. Non est autem expressum, quod contrahatur ratione scandali, sed excommonicationis, Sayr. *de censur. lib.1. cap.16. num 43. & seq.* Antonel. *loc. cit. num.13.* Immò siquis, deposito omni dubio, firmiter credat, se non esse excommunicatum, quamuis postea talis esset, non idcircò diuina celebrando irregularis efficitur, Bonac. *d. disp.7. quæst.3. pun.6. num.2.* post Suar. *de censur. disp.3. sect.3. num.3.* & alios. Quia non dicitur tunc in contemptum clauium celebrasse.

35 At verò prædictis non obstantibus ipse in hac disputatione, negatiua sententia repudiata, affirmatiuam amplector, statuendo, posse ab Episcopo Abbates, & Regulares vsurpantes sibi iura Episcopalia non solùm declarari incursos in censuras, sed censuris puniri. Et licèt quod ad punitionem propter plurium Scriptorum consensum, omninò illam non impugnem, tamen, quod ad declarationem vetus commentum est, pluries a S. Tribunalibus explosum, ita vt non videam, cur posteà Regularibus, & alijs placuerit, nisi quod errore iam occupati erant, Episcopum id non posse.

36 Et quod puniri possint tradunt apertè Cochier. *p.2. de iurisd. Ordin. in exempt. lib.1. quæst.45. num.*100. Barbos. *de potest. Episcop. p.3. alleg.105. num.65.* Merol. *tom.3. theolog. moral. disp.7. cap.4. dub.9. num.* 166. Tamburin. Monachus Benedictinus *de iur. Abbat. tom.1. disp.15. q. 7. num.34.* alijque communiter per textum expressum *in d. cap. Cum, & plantare §. quod autem, de priuil.* Vbi statuitur, quod obseruentur ab alijs Religiosis, quod ibi statutum est quoad præfatos Fratres. De his autem statutum est in præcedenti §. *de Confratribus*, quod in ipsos Episco-

Episcopi suam potestatem exercere possint. Poterunt ergo exercere etiam in omnes Regulares. Fateor, quod ex hoc textu, non nisi sobobscurè punitio hæc eliciatur, vndè argumentum est infirmum, nam *in d. §. de Confratribus*, nempè oblatis, nihil statuitur de fratribus Templi, & Hospitalis, sed solùm *in d. §. quod autem*, & quidem diuersimodè. Illi subijciuntur Episcopis, isti interdicto; ideòque alia ratione id probandum est, eaque est; Episcopus potest punire Regulares exemptos, qui eius iurisdictionem perturbant, vt docent Innoc. *in cap. Dilectus in fin. de pæn*, Salzed. ad Diaz. *cap. 3. litt. A. §. punire*, Aufret. *de potest. secul. super Eccles. person. num. 23.* Roias *de heret. p. 1. num. 15.* Sanch. *lib. 7. de matrim. disp. 23. num. 21.* Eman. Themud. *p. 1. decis. 62. num. 32.* & alij *in cap. de pæn. in 6.*

37 Quia nimirùm concessa iurisdictione, conceduntur omnia, sine quibus illa non potest exerceri, *l. 2. ff. de iurisd. omn. Iud.* qui autem sibi vsurpat iura Episcopalia, perturbat iurisdictionem Episcopi. Hanc rationem eludunt, respondendo, quod vsurpatio iurium Episcopalium non est perturbatio iurisdictionis Episcopi. Sed immeritò; quid enim aliud facit vsurpator iurium Episcopalium, qui per vsurpationem etiam propriè dictam, id est, non quasi furtiuè, aut manifesta rapina, sed tanquam ex iure illa ad ipsum pertineant, sibi vsurpat? Hoc est enim tam propriè vsurpare, vt Gloss. *in cap. Multi 2. quæst. 1.* Caiet. *v. Excommunicatio cap. 27. vers. Quarta est.* Suarez *de censur. disp. 21. sect. 2. num. 96.* Sayr. *lib. 3. de censur. cap. 21. in fin.* Vgolin. *super cap. 17.* Bull. in Cœn. Domini *num. 4. & §. 2. num. 2.* quàm turbare iura Episcopalia, hoc est confundere, & permiscere, sic vt agnosci iam non possint, an ad solum Episcopum spectent *ad l. 22. §. si signa, ff. qui test. fac.* Turbat profectò Episcopi possessionem, qui sibi eius iura vsurpat. Prætereà textus *in d. cap. Cum & plantare §. 1. & in cit. cap. Peruenit 16. q. 1.* non aiunt, qui vsurpant, *sed qui contra Episcopalem authoritatem multa præsumunt. Qui contra Sanctorum Patrum decreta Episcopalia iura, & officia arroganter vindicant*, hoc est turbant; semper namque dicitur quispiam turbare, quando de iure non agit. Denique Sacri Canones citatis in locis Religiosorum arrogantiam, & abusum in iuribus Episcopalibus coercere penitus voluerunt, eiusmodi autem arrogantia, & abusus quot modis fiat, enumerari vix potest, cum plura sint negotia, quàm vocabula, *l. si quis infundi de leg. 1.* & interrogatus respondit Bartol. *cons. 112. n. 1. lib. 1.* turbationem esse quamdam speciem delicti, habentem plures differentias, ideòque, libratis circumstantijs personarum, temporis, causæ rerum, loci & similibus prudens Episcopus arbitrabitur.

38 Nec quisquam ad rem facit, quod interdictum sit nullum, eo quia sententia Episcopi declarat Ecclesiam interdictam ipso facto, quamuis interdictum contentum *in d. §. quod autem*, sit ferendæ, non latæ sententiæ, & quod etiam Monachi, præcipuè Casinenses, habeant speciale priuilegium, ne interdici queant absque authoritate Apostolica.

39 Nam quod attinet ad primum verba dicti textus important interdictum ipso facto, ibi: *Subiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur*. Verbum enim, *subiaceant*, est latæ sententiæ, vt *cap. Siquis, suadente 17. quæst. 4.* Glos. *in cap. 1. de iniur. in 6.* & ita refert aliquos tenere Hostiensis *hic in fine*, & complures pro hac sententia promit Tiraquel *in l. Si vnquam v. reuertatur, num. 148.* vbi *num. 150.* eam per se veriorem ait, & in specie aduertit Dec. *ad d. cap. Cum & plantare, §. in Ecclesijs num. 27. & seq.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 11. num. 8.* Sicque non requiritur aliqua sententia, sed simplex declaratio suffragatur, vt etiam tradunt Barbosa *de offic. & potest. Episcop. d. alleg. 105. num. 63.* & Tambur. *d. disp. 55. q. 7. num. 34.* dum dicunt, Episcopum declarare posse interdictas Ecclesias, in quibus Religiosi exempti sibi arrogant iura Episcopalia, quod etiam annotat Abb. *in d. cap. Cum & plantare num. 7.* Rursus ea verba, *& quod egerint, irritum habeatur*, important pœnam ipso iure. Actus enim irritatio inducit pœnam latæ sententiæ ipso facto incurrendam, *cap. Statutum, §. vlt. de rescript. in 6. cap. Fundamenta, §. quod si socus de elect. in 6. cap. Quorundam, in fin. eod. tit. Clem. Pastoralis, de sent. & de re iud.* cum pluribus, quos congerit Sayr. *in clau. reg. lib. 3. cap. 8. num. 26.*

Et quod attinet ad priuilegia, respondetur; primò esse exhibenda, tanquam non inserta in corpore iuris, quo inspecto, habent Episcopi omnimodam iurisdictionem in Abbates, Monachos, & quoscunque Regulares, vt *in dec.* Rot. *78. p. 1. diuersor. & dec. 15. num. 1. p. 1. rec.* & asserunt Vgolin. *de offic. & potest. Episc. p. 1. cap. 20. sub princ.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 21. n. 4. & seq.* ac Cirlin. *contr. 50. num. 16. & contr. 120. num. 28.* 40

Secundò etiam vbi Regulares exempti sibi vsurpant Episcopalia, vel delinquunt circa ea, quæ Episcopo sunt concessa, abutendo suis priuilegijs, potest Episcopus, non obstante exemptione, procedere contra eos ad censuras, vt *in d. cap. Peruenit 16. quæst. 1.* nisi in priuilegio exemptionis dicatur expressè, quod exemptio debeat seruari, etiam in casibus, in quibus exempti vsurpant sibi Episcopalia: vel delinquunt circa ea, quæ Episcopis sunt concessa, vt ad rem egregiè Cochiet *de Conseruat. tom. 2. quæst. 102. num. 3. in princ. & ante fin.* atque habetur *in d. ca. Peruenit 16. q. 1.* quia, licèt Episcopus non possit exemptos iudicare, & censuris punire, potest tamen interdictos, & excommunicatos declarare iuxta doctrinam Gemin. *in cap. Si Papa 40. d. & in cap. Episcoporum col. penul. de priuil. in 6.* Gabr. *de reg. iur. concl. 3. n. 43.* Lancel. *de attent. p. 2. cap. 4. limit. 21. num. 7.* Idque ad effectum, vt euitentur à populo suæ diœcesis, Henriq. *lib. 8. cap. 25. num. 7.* Rodriquez *tom. 2. quæst. regul. 63. ar. 11.* Cened. *quæst. can. 20. num. 30.* Alter. *de censur. tom. 1. disp. 10. lib. 3. cap. 5. in fin.* Ricc. *in add. ad instit. can. lib. 2. tit. 22. §. nec id mirum, & in prax. tom. 2. resol. 210. num. 4.* Triuisan. *lib. 1. dec. 36. num. 2.* Bagn. *de S. R. E. dignit. tr. 12. fol. 202.* Piasec. *in prax. p. 2. cap. 3. §. 6. num. 59.* & Felin. *in cap. Non potest, de re iudic. num. 3.* vbi subdit, quod Episcopus possit etiam tales Regulares excommunicatos citare ad videndum declarari, & publicari, ea ratione, quia, concesso principali, videtur concessum etiam accessorium, præsertim cum sit sumenda informatio super excommunicatione contracta. Et præcipuè si excommunicatio ipso iure fuerit incursa, & causa sit notoria, Gambar. *de offic. Legat. à lat. tit. de potest. Legat. in Regulares, & exemptos num. 2.* Vgolin. *de potest. Episcop. p. 1. cap. 29. §. 10. num. 1.* Barbos. *eod. tract. d. alleg. 105. num. 73.* Delben. *de immunit. cap. 14. dub. 1. num. 13.* & latè Sanch. *consil. moral. lib. 6. cap. 9. dub. 1. num. 29.* rationem afferens, quia vbi pœna à iure infligitur, & delictum est notorium, non dicitur Episcopus cognoscere de delicto exempti, cum in notorijs iudicialis cognitio non requiratur. Et ita fuisse resolutum à S. Congregatione in Limana 29. Ianuarii 1633. refert Barbos. *in Sum. decis. Apostol. collect. 301. num. 7.* de quo nos alibi. 41

Immò quando causa est manifesta, vel quasi. Nam tunc cùm nulla requiratur causæ cognitio, sententia, aut probatio, *arg. ca. de manifesta*, cum pluribus antecedentibus *2. quæst. 1. cap. Cùm secundum in fine de heret. in 6. Auth. vt iudicium sine quoq. suffrag. §. necessitatem*, sed tantùm requiratur declaratio, aut notificatio, etiamsi hæc per personam læsam fiat, non erit ius dicere in causa propria, quod regulariter vetitum est per *l. 1. C. Ne quis in sua causa, & l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. Iud.* Et quamuis concederemus, esse id dicere ius in causa propria, non tamen esset illicitum, quia id non prohibetur, quando delictum esset manifestum, & pœna à iure limitata. Ex primo enim oritur, quod priuata passio locum non habeat in iudicio circa delicti veritatem. Ex secundo autem, quod non fiat excessus in pœna; vndè verius iuris executor, quàm Iudex hoc casu quis videtur appellandus. Prætérquamquod, quando Iudex læsus est persona publica, quia prosequitur actionem publicæ iniuriæ, non dicitur ius dicere in causa propria, & consequenter etiamsi pœna non esset à iure limitata, posset in ea iudicare, dummodò crimen sit manifestum, vt diximus; quod habetur *ex cap. Gullisarius, §. sed & hic, cap. Si is, qui*, vbi Gloss. *23. quæst. 4. cap. Si quis erga* 42

ga

ga 2. quæst. 7. cap. Dilecto de sent. excom. & ex Doctoribus *in d. l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. Iud.* Innocentio, & Io. Andrea *in cap. Ex parte 1. de verb. signif.* Turrecrem. *in cap. 2. num. 3. 94. dist.* Ost. *in Sum. tit. de sent. §. qui debet*, Gemin. *in cap. 1. num. 7.* Anchar. *ibid. num. 2.* Franch. *n. 4. de pœn. in 6.* qui distinctiùs explicant, quando liceat in causa propria ius dicere. Ratio autem, cur, etiamsi pœna non sit à iure statuta, sed arbitraria, possit adhuc quis iudicare in hisce casibus, ea est, quod assignari debet aliqua differentia inter iniuriam priuatam, & publicam, & publicæ personæ. Atqui quando iniuria est priuata, & pœna limitata à iure, si iniuria sit notoria, potest Iudex læsus infligere, eo quod censetur merus executor. Ergo quando vindicat iniuriam publicam debet aliquid maius posse, nimirùm pœnam statuere.

43 Quin & in his nulla citatio partis necessaria est; siquidem ex notorietate supponitur quoque notum, quod nullam habuerit excusationem. Vndè non debet audiri, cùm non habeat, de quo audiatur, Glos. *in cap. Commissa v. Iusto de elect. in 6.* vbi ait, quod non est in iudicio audiendus, qui non potest contradicere, Felin. *in cap. Cum olim num. 10. de sent. & de re iud.* quicquid in oppositum velit Graff. *cons. 8. de sent. excom.* videlicet ad omnem declarationem excommunicationis necessariam esse citationem partis; cuius fundamenta probant tantùm in casu, quo delictum aliquo modo celari, vel excusari posset, secùs quando est notorium, vt tandem admittit *cons. 15. n. 7.*

44 Et ex hac ipsa ratione non suffragatur priuilegium ab Eugenio IV. concessum Cassinensibus, ne interdici possint absque Apostolica authoritate. Nam loquitur, ac intelligi debet de interdicto ferendo, non autem de simplici declaratione interdicti, à lege comminati, & incursi, aut quando potest Episcopus declaratoriam proferre.

45 Neque huiusmodi interdictum dici poterit attentatum, vti publicatum post transmissum forsan processum ad Sac. Congregationem. Nam poterit Episcopus illum transmittere ad probandum contrauentionem, & contemptum dicti decreti, adhoc vt S. Congregatio procedat ad pœnas in eo sibi reseruatas, non autem ad petendum consilium, vt ipse procedat ad interdictum, ex dispositione Sacrorum Canonum. Vndè cum id tendat ad diuersos fines, non potest dici, quod Episcopus trasmittendo processum ad S. Congregationem super transgressione eius decreti, abdicauerit à se iurisdictionem quoad declaratoriam, & relaxationem interdicti à Sacris Canonibus statuti. Aliud enim est, quod Abbates, siue Regulares sint puniendi ob contemptum decreti, quod spectat ad S. Congregationem, cuius Maiestas læsa est, Rot. *dec. 5. num. 5. vt lit. pend. in antiq.* Aliud verò, quod ab Episcopo relaxetur declaratoria interdicti ob vsurpationem iurium Episcopalium, quod prouenit ex dispositione Canonum. Et consequenter vnum alterum attentatum reddere non potest ex traditis per Bellon. *cons. 11. num. 24. & 38.* Mantic. *dec. 322. num. 13. & seq.* Buratt. *dec. 644. n. 5.* Prætereà potest Episcopus tueri censuris sua iura, quamuis super illis controuersia pendeat coram alio, Riccinl. *de iur. person. lib. 4. cap. 61. num. 61. & seqq.* Bellet. *disq. Cler. p. 1. tit. de fauor. Cler. can. §. 4. sub num. 31.* Cessatque attentatum propter diuersitatem iurium, & facti, *l. 1. C. Si vnus ex pluribus appel. l. Cum quæritur ff. de except. rei iudic.* Coccin. *dec. 304. n. 1.* Adeò, quod si cedulones non essent affixi, deberent affigi propter dictam vsurpationem, & decretum in hoc solùm inseruit ad probandum, quod Abbates non habent vsum baldachini, nisi in tribus festiuitatibus.

46 Hinc sustinerur quoque sententia irregularitatis, & priuationis, si Abbates violauerint interdictum, sicque ob id irregularitatem, & priuationem vocis actiuæ, & passiuæ incurrerint per textum *in cap. Is, qui, §. Is verò de sent. excom. cap. Cum medicinalis, §. Caueant, eod. tit. & cap. 1. de sent. & re iud. lib. 6.* Couar. *in cap. Alma p. 1. §. 2. num. 2. de sent. excom.* Vgolin. *de censur. tab. 5. cap. 11. §. 1. num. 1.* Sayr. *eod. tr. lib. 5. cap. 14. num. 9. & 18.* Peyr. *tom. 2. quæst. 2. cap. 5. §. 2. num. 40.* Sayr. *de censur. disp. 34. sect. 4. num. 14. & 16.* Neque dubium est, quin Regulares, lacerantes cedulones affixos authoritate Episcopi, ab eodem puniri possint, Cesped. *de exempt. regul. cap. 18. dub. 292. per tot.* qui enim turbat iurisdictionem alterius, potest ab eo puniri, *cap. 1. de offic. deleg.* vbi alij, & *cap. Dilecto de sent. excom. in 6. & l. vnic. inst. ff. Si quis ius dicen. non obtemp.* Doctores communiter, quos sequitur Farinac. *in pr. tit. de crim. læs. maiest. quæst. 113. num. 67.* quia tunc punitio reducitur ad defensionem iurisdictionis, atque adeò ad ius naturale, vt *ex cit. cap. Dilecto*, habetur. Regularis autem lacerans cedulones Episcopi turbat eius iurisdictionem, ita sanè, quod Episcopus stante perturbatione suæ iurisdictionis possit contra Regularem procedere, non solùm remedio congruo, sed etiam adhibere censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit.

Tandem, ne, mi lector, ampliùs te morer, ita sub die 47
27. Septembris 1659. decreuit Sac. Rituum Congregatio decreto suo auctoritate Sanctissimi publicato sub die 3. Februarij 1660. In quo confirmantur decreta, quæ aliàs emanauerant, & alia statuuntur, ac indulgetur locorum Ordinarijs, vt auctoritate Sedis Apostolicæ possint; immò debeant contrauenientes etiam per censuras compellere ad obseruantiam dictorum decretorum. Eius verba §. *vlt.* ita se habent: *Indulsitque propterea locorum Ordinarijs, vt auctoritate Sedis Apostolicæ possint, immò debeant præfatos, etiam per censuras compellere. Cumque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatis proprium habere possint territorium, iuraque Episcopalia, nullisque subdantur Episcopis, qui eos coercere, si excesserint, valeant. Eo casu à Sedis Apostolicæ Nuncijs, si aderunt, sin minus ab Archiepiscopis, in quorum Prouincijs vel ab Episcopis Romano tantum Pontifici subiectis intra, vel propè quorum diœcesis limites, eorum Ecclesia, vel Monasteria sita fuerint, tanquam à Sancta Sede Delegatis ad huiusmodi decretorum obseruationem prædicti omninò cogantur.*

Vndè cum Episcopi habeant tam ordinariam, quàm 48
delegatam iurisdictionem, poterunt vtroque modo contra Regulares procedere. Audiamus interim D. Bernardum *Epist. 42. sub fine ad Henricum Senonensem Episcopum*, vbi suum aperit sensum circa Pontificalia in Abbatibus insignia: *Abbates*, ait, *apertè indicant, quid cogitent, dum multo tempore, ac pretio Apostolicis adeptis priuilegijs per ipsa sibi vindicant insignia temporalia, vtentes, & ipsi more Pontificum mitra, annulo, atque sandalijs. Sanè si attenditur rerum dignitas, hanc Monachi abhorret professio. Si ministerium solis liquet congruere Pontificibus, profectò esse desiderant, quod videri gestiunt, meritoque non queunt Episcopis esse subiecti, quibus iam se comparant desiderio; quid si & nomen eis conferre posse priuilegiorum auctoritas, quanto putas auro redimerent, vt appellarentur Pontifices? Quò ista ò Monachi? Vbi timor mentis? Vbi rubor frontis? Quis vnquam probatorum Monachorum tale aliquid, aut verbo docuit, aut reliquit exemplo?* Ita Bernardus.

Et quidem de hisce exemptionibus, vt breuiter aliquid 49
dicam, eas priuilegia dispensationum nomine explicant Goffridus Vindocinensis *in opusc. cap. 5.* & Bernard. *de consid. lib. 3.* Certum est Monachos æquè ac Clericos Episcopis subijci debere, vt definiuit Concilium Chalcedonense *can. 4.* quod multis deinde Canonibus confirmatum est, præsertim Concilij Agathensis, & *can. 19.* Concilij Aurelianensis, habiti anno 511.

Sed paulatim ab eo iure recessum est, cum studio fo- 50
uendæ quietis monasticæ ab Episcoporum potestate monasteria liberari, & eximi cæperunt. Initium harum exemptionum ad Gregorium Magnum vulgò refertur; quòd aliqua ex parte verum est. Etenim trium monasteriorum in Vrbe Augustodunensi priuilegia ab ea concessa leguntur anno 602. Sed quæ bonis oblatis consulant tantùm, vt ea Monasterijs intemerata seruentur, non autem eximant Abbates à diœcesana lege, & iurisdictione Episcopi, quamuis non nisi adhibitis sex alijs Episcopis de criminali causa aduersus Abbates iudicium ferri possit. Facultatum liberam administrationem, Abbatis electionem, & alia quædam diuersis monasterijs indulsit,

fit, quæ quieti Monachorum prospicerent, sed ab Episcuporum iurisdictione Abbates non exemit. Nam, quod monasterio S. Medardi à S. Gregorio collatum dicitur priuilegiom, supposititium esse omoibus iam ferè coostat. Vide Gregorium ipsum *lib.11.reg. Epist.*10. 11. *&* 12. *& lib.*4. *Epist.*43. *& lib.* 7. *Epist.*18. *& lib.*10. *Epist.*22. & alibi.

51 Quare prima fortassis exemptio ab Episcopi iurisdictione, quæ à Romanis Pontificibus indulta est, tribuenda est Addeodato Papæ, qui rogatus ab Agyrico Abbate S. Martini Turonensis, illi priuilegium immunitatis, causa cognita, concessit, sed præfatus est, hoc alienum esse à more Romanæ Ecclesiæ, vt monasteria ab Episcopi iurisdictione eximantur.

52 Ex hoc vsu profectum, vt siqui Episcopi immodestius se gessissent erga Abbates, & Monachos, libertas illis à Summis Pontificibus indulgeretur, inuitis licèt, & renitentibus Episcopis, Exemptionum probabilem causam hinc sumpsit Gregorius VII. *in Ep.* ad Taurinensem Episcopum *lib.*2. *Ep.*69. *An ignoras*, ioquit, *quod Sancti Patres plerumque, & religiosa monasteria de subiectione Episcoporum, & Episcopatus de Parochia Metropolitanæ Sedis propter infestationem præsidentium diuiserunt, & perpetua libertate donantes, Apostolicæ Sedi, velut principalia capiti suo membra, adhærere sanxerunt?* Eo prætextu vtebatur Alexander II. cum Geruasio Remensi, qui priuilegia Monasterio Corbeiensi concessa ab Ecclesiastico canone aliena esse existimabat, in hunc modum rescripsit *Epist. ad Geruas. Remens. Alias esse leges Ecclesiarum, quæ sunt generales, & alias esse eas, quæ specialiter in priuilegijs quibusdam prærogantur Ecclesijs ad immunitatem, ne quorumlibet importunitate patiantur inquietitudines.*

53 Quod ægrè tulerunt omnibus sęculis Episcopi, qui dolorem suum sæpissimè litibus implicatissimis, & sctiptionum querelis vlti sunt. Immò & Bernardus Abbas de hac imminutione auctoritatis Episcopalis grauitec conquestus est *lib.*3.*de consid* ad Eugenium Papam: *Murmur loquar, & querimoniam Ecclesiarum, truncari se clamitant, ac demembrari. Vel nulla, vel pauca sunt, quæ plagam istam aut non doleant, aut non timeant; Quæris quam? Subtrahuntur Abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis &c. Si faltitando probatis vos habere plenitudinem potestatis, sed iustitiæ fortè non ita. Facitis hoc, quia potestis, sed vtrum, & debeatis quæstio est.* Multis deinde prosequitur inuersum ordinem, & coufusam Ecclesiæ hierarchiam adeò, vt monstro similes esse dicat Ecclesiasticorum graduum status, cùm inferiores dignitates à Superioribus diuisæ, capiti coniunguntur, ac si digitus soprà manum coostitutos capiti connectatur. Iouehitur alibi in monachos, qui Episcoporum imperium detrectarent, & superbiam suam bonesto libertatis nomine tegerent, monasteriorum redditus deuastantes, vt pecuniæ redemptione à iurisdictione diæcesaoa emaociparentur, vt *Epist.*179. 190. *&* 42. Ioannes quoque Sarisberiensis *Policrat. lib.*7. *cap.*21. & Petrus Blesensis *Epist.* 68. hunc disciplinæ euersæ morbum suo sęculo deplorauot; quæ priuilegia deinde ad Ecclesiarum capitula porrecta fuot, eo prætextu, quod est Monasticam vitam Clericatui adiecissenr, quodque ab Episcopis suis iniqua dominatione præmereatur.

54 Sed quanto incremento auctæ sint exemptiones à quingentis annis, illi soli constabit, qui diligenter, & oumerum Religiosarum domuum ab eo tempore excitatarum, & priuilegia non solùm libertatis, sed etiam plurimarum facultatum illis concessa, expendet.

55 Quæ varijs motibos Ecclesiæ statum concusseruot, sed quantum fieri potuit Coocilijs Lateranensibus, & Viennensi, pluribusque Summorum Pontificum Constitutiooibus huic discordiæ prospectum est, qui exemptiooes non resciderunt quidem, sed variè pro temporum, & rerum conditione temperarunt. Gulielmus, Durandus *de modò Concil. general. celebr. rubr. de exempt.* omnibus ingenij viribus hanc ab Ecclesia ægritudinem depellere contendebat accurata, & supra sęculi sui captum elucubrata tractatione, quæ remedium aliquod à Concilio Viennensi extorsit. Probat ille, constitutum in Ecclesia ordinem à Concilijs generalibus, pro libitu à Pontificibus his gratiosis exemptionibus euerti non posse. Deinde, etsi hoc à Papa fieri possit, non expedire statui vniuersalis Ecclesiæ, nec Religioni, nec ipsis personis religiosis; quod ille mulris argumentis cooficit, docens Episcopatus vim io partes diuidi, dignitatem violari, obsequium, reuerentiamque Episcopis debitam aboleri, vitia subditorum impuoita relinqui, & criminibus faciliorem viam aperiri; Quin & Religiosos, qui demissionem animi sectati profitentur, his exemptionibus tumidos in superbiam adeò efferri, *quod non solùm Abbates, & Priores, Guardiani, & alij in statu alicuius administrationis, & prælationis existentes, verùm etiam minores fratres, & personæ dictarum Religionum frequenter putant Episcopis, Archiepiscopis, & alijs Prælatis se quodammodo fore æquales, & debere quibuscunque alijs personis Ecclesiasticis, Ecclesiastica beneficia obtinentibus, anteferri.* Sed Durandi animus commotus detumuisset, si felicitas eorum temporum religiosos homines edidisset, similes nostris quorum emendata, castigataque vita, squalorem sęculi nostri oon medioctiter absterget, exotnatque.

Quare cum ex hac graduum confusione scandalum 56
ab aliquot sęculis hac de re natum, nondum sit penitus deletum, etsi non adeò ferueat ac tempore Bernardi, atque adeò eam ob causam exemptiones omninò tolli non debeant, attamen cum istæ Canonum, & disciplinæ sanioris remissiones publicam tranquillitatem lædant, proprium esse Pontificij muneris, vt ex parte sua curet his incommodis prospici, intelliget, qoi diligentet expendet ea, quæ in hanc rem à vetustis Concilijs decreta, & à Patribus adootata sunt.

CONSVLTATIO XLV.

An, & quatenus possit Episcopus celebrare pontificaliter, vel celebrari facere in Ecclesijs Regularium, alijsue exemptis, siue eo præsente, siue absente?

ET videtur, hoc quidem negandum esse, cum non 1
possit Episcopus cathedram collocare io loco exempto, vt rescripsit D. Gregorius Episcopo Ariminensi in *cap. Luminoso* 18. *q.*2. ibi: *Missas quoque publicas in cœnobijs fieri omnis modò prohibemus.* Ex infra: *Nec audeat illic Episcopus cathedram collocare, vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem, quamuis leuissimam faciendi, nisi ab Abbate fuerit rogatus.* Idem habetur *in cap. Cùm Episcopus*, vbi Glos. *lit. G. de offic. Ordin. in* 6. *& in cap. Si Papa*, ibique etiam Glos. *lit. E. de priuil. eod.* & aduertit Vitalin. *in Clem.*2. *num.*29. 30. *&* 53. *de priuil.* Anchar. *num.*2. inquiens: *De iure ergo communi non possunt Episcopi in talibus locis exemptis benedicere populo, nec deferre crucem ante se, nec in pontificalibus celebrare, vel sine eis celebrari facere.* Idipsum quoque, alijs relatis, probat Cochier. *de iurisd. Ordin. in exempt. p.*2. *quæst.*2. *num.*7. *&* 8.

Hanc insuper exemptionem stabiliunt plures Coosti- 2
tutiones Apostolicæ cum diuersis Ordinibus Regularium. Id enim indulsit Cœlestinis Cœlestinus V. *constit.* 1. *incip. Et si cunctos* §.29. *Bull. nou. tom.*1. Congregationi Lateranensi Sixtus IV. *constit.*10. *Dum ad vniuersos* §.38. *d. tom.*1. Amplissimè verò Congregationi Casinensi Zaccharia Primus *const.*3. *Omnipotenti Deo* §. 9. Gregorius IV. *const.*5. *Quoniam* §. 3. Calistus II. *const.*11. §. 5. Innocentius III. *const.*21. *Commissæ nobis*, §.16. *& Const.*23. *Omnipotenti Deo*, §.5. & 6. & Eugenius IV. *const.*59. *Etsi ex debito* §.7. *in Bullar. Cassinensi*, relata etiam à Rodriq. *tom.*1. *Bullar. pro Regular. const.*7. §.2. & clariùs *in Const.*64. *incip. Regularem*, repetita ac regesta per Cherubin. *in Bullar. nou. to.*2. *Const.*9. §.7. quibus fuit coocessum, ne vllus Episcopus in eorum Ecclesijs, nisi ab Abbate, Prioreue loci fuerit inuitatus, missarum solemnia celebrare audeat, vel iubere fieri stationes, aut pro-

processiones deduci sub excommunicationis pœna, quam incurrant ipso facto, si aliter attentauerint; quo priuilegio æquè frui debent alij Regulares vigore communionis omnium priuilegiorum quibusuis Religionibus, Congregationibus, & Ordinibus, quocumque nomine nuncupentur, illis concessis, non solùm ad eorum instar, sed æquè principaliter, ac pariformiter in omnibus, & per omnia, perinde ac si eorum Religionibus specialiter, & expresè concessa fuissent; Quemadmodum hanc communicationem in similibus terminis ad effectum, vt censeantur Religioni Theatinorum communicata priuilegia alijs concessa, quæ eximunt à solutione quartæ funeralis, resoluit Rot. in Liciensi quartæ funeralis 15. Ianuarij 1618. coram Coccino, & in Cracouiensi 25. Maij 1646. coram Peutingeto, & in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653. coram Zarate, & latiùs in Ianuensi priuilegiorum 28. Iunij 1649. coram Cardinali Corrado.

3 Constito itaque de specialibus indultis, priuilegijs, & exemptionibus Regularium non refragatur *Clem. 2. de priuil.* per quam Clemens V. in Concilio Viennensi permisit Archiepiscopo per quæuis loca exempta suæ Prouinciæ transitum facienti posse Crucem ante se liberè portari facere, populo benedicere, diuina officia priuatim, vel publicè ibidem audire, & ea etiam in pontificalibus celebrare. Illa enim nullum ius tribuit Archiepiscopis, vel Episcopis in Ecclesijs, ac locis Regularium specialiter, & expresè exemptorum.

4 Primò, quia dispositio *d. Clem. 2.* est exorbitans à iure communi *d. cap. Luminoso, §. nec audeat* 8. *quæst. 3.* vt ex eo censuit Glos. *in cap. Cum Episcopus v. officium de offic. ord. in 6.* & in *d. cap. Si Papa* 10. *v. collocare, de priuil.* etiam *in 6.* & tradunt Anchar. *in d. Clem. 2. num. 2.* Abb. *in cap. Clerici sub num. 8. de vit. & honest. Cleric.* Gemin. *in cap. Abbates num. 6. & cap. ad Apostolicæ in princ. num. 5. & in §. Et est idem num. 27. de priuil. in 6.* ibique Franch. *num. 5. & in d. cap. Abbates num. 3.* propè *fin.* & Lap. *alleg. 19.* ac propterea strictè intelligenda de locis exemptis simpliciter, non de Regularibus Sedi Apostolicæ immediatè subiectis, & ab Ordinariorum iurisdictione, & quauis alia superioritate penitus exemptis, & amplius fruentibus præcitatis indultis, ac priuilegiis Cœlestinorum, Cassinensium, & Lateranensium specialiter, & expresè, ac æquè principaliter illis communicatis; Quare in fortioribus terminis Peyr. *de priuileg. Minim. in comm. ad Const. 26. Leonis X. §. 25. num. 45.* dixit Episcopos ex dispositione *d. Clem. 2.* non posse in Ecclesiis Regularium exemptorum Pontificalia exercere, quia exemptis, & particulariter priuilegiatis non præiudicatur in suo priuilegio, nisi quatenus exprimitur.

5 Secundò, quia, esto sine veri præiudicio, quod *d. Clem. 2.* comprehenderet Regulares exemptos, illi tamen fuit derogatum indultis, & priuilegiis ad fauorem Cassinensium, & Lateranensium specialiter, & expresè communicatis aliis Regularibus. Apostolicas namque Sanctiones, in Concilio Viennensi editas à Clemente V. Ioannes XXII. eius successor publicauit Kalendis Nouembris anni 1316. Pontificatus sui secundi, vt legitur in proemio Clementinarum. In Constitutionibus verò Eugenii IV. ad fauorem Cassinensium, & Sisti IV. ad fauorem Canonicorum Lateranensium longè posteà emanatis specialiter, & expresè derogatum fuit omnibus, & quibuscumque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in vniuersalibus Conciliis editis, cæterisque contrariis quibuscumque, vt legitur in vtraque Constitutione Eugenii IV. publicata die 23. Februarii 1434. & Sisti IV. publicata decimò Kal. Septembris 1476. in qua etiam speciatim, ac expresè derogatum fuit Constitutionibus, & ordinationibus in Viennensi Concilio editis, & per consequens *d. Clem. 2. de priuileg.*

6 Neque dubitari potest, quin etiam in d. Constitutione Eugenii IV. pro Cassinensibus fuerit sufficienter derogatum decreto Concilii Viennensis, relato *in Clem. 2. de priuil.* quamuis de eo non legatur specifica mentio; quia licèt dispositiones Conciliares non veniant sub generali, vel generalissima derogatione iuxta firmata in decisionibus S. Rotæ 122. & 123. *p. 1. diu.* & coram Coccino *dec. 269. num. 6.* sufficit tamen, si in derogatione fuerit facta specialis mentio alicuius Concilij generalis, & posteà generaliter aliis derogatum, sicuti habetur in dicta Constitutione Eugenii §. 21. ibi: *Non obstantibus in Constantiensi, & alijs Concilijs &c.* vt benè declarauit Rota in Conchen. exemptionis decimarum 17. Maii 1589. coram Orano apud Garz. *de benef. p. 4. cap. 5. num. 39.* quam refert Add. ad Buratt. *dec. 704. num. 14.* & firmatum fuit *in dec. 7. num. 7. p. 5. rec.* traditque Tambur. *de iur. Abb. tom. 1. disp. 15. quæst. 15. num. 2.* Et de hac communicatione, quod ex clausularum amplitudine satis censeatur derogatum *Clem. dudum, de sepult.* quæ pariter est decretum eiusdem Concilii Viennensis, dixit Rota in citata Cracouien. coram Peutingero, in qua etiam firmatur, quod vbi constat de voluntate Papæ, non requiritur formalis derogatio *Clem. Dudum*, nec in priuilegiis, nec in communicatione, sed sufficiunt clausulæ generales; quod pariter confirmatur in d. Romana iurium funeralium coram Zarate. De quo diffusè Passatin. *in cap. Licet 1. de constit. in 6. art. 13.*

7 Eòque faciliùs censeri debet, Summos Pontifices derogare voluisse *d. Clem. 2. de priuil.* quia est odiosa; nam corrigit ius antiquum, & vt talem eam agnouerunt Vitalin. *ibidem num. 30. & 53.* & Anchar. *num. 2. & 7.* Facilis namque est reditus ad dispositionem iuris antiqui, & dispositio, quæ id facit, non potest dici odiosa, sed rationabilis. Indeque meritò Clemens VIII. in decreto edito anno 1603. quod Episcopi possint habere baldachinum, etiam in Ecclesiis exemptis, quando Pontificalibus paramentis, vel etiam sola cappa induti diuinis intersunt, non loquitur generaliter, & indistinctè, sed limitatè ad eas Ecclesias, in quibus Episcopi possunt Pontificalia exercere, vt ex decreto relato à Quarant. *in Sum. Bull. v. Priuilegia Regularium.* Atque ita euitantur omnes doctrinæ, quæ in contrarium allegari possunt, nec non resolutiones S. Congregationis, dum intelligendæ sunt iuxta terminos *d. Clem. 2. de priuil.* circumscriptis Regularium priuilegiis.

8 Adeòque etiam, vt non obstaret obseruatio, quod Episcopus pluries celebrauerit pontificaliter in Ecclesiis exemptis; quia dum non poterat iure proprio id facere, censetur solùm cum licentia, & consensu Regularium id peregisse, nisi ex parte ipsius doceatur de illorum contradictione, & quod eam illi non attenderint, Gratian. *discept. 298. num. 10.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 31. num. 27.* & dixit Rota in Fanen. præcedentiæ 1. Iulii 1648. coram Arguelles. Vndè cessat, quod posset obijci de præscriptione, cum illa in actibus facultatiuis nunquam detur, vt per *dec. 400. num. 3. p. 4. recent.* Præcipuè si expresè Regulares protestati fuerint, quod celebraretur, citra tamen præiudicium omnium, & quorumcumque suorum iurium, & quod per huiusmodi concessionem non intelligeretur factum aliquod præiudicium; quæ sanè impediunt, nec ius, vel priuilegium competens amittatur, Abb. *in cap. Cum accessissent num. 7.* ibique Felin. *num. 30. de constit.* Suarez *de legib. lib. 8. cap. 35. num. 3. & 24.* Rodriquez *tom. 3. quæst. 51. ar. 7. in fin.*

9 Denique cùm præfatæ Constitutiones sint munitæ validissimis clausulis, & decretis irritantibus, ita profectò ex intentione Summorum Pontificum omnia contra earum tenorem per inferiores acta inficiunt, & quouis iuris effectu prorsus destituuntur, ac si gesta non fuissent, Campanil. *in diuers. iur. Can. rubr. 12. cap. 13. sub num. 81.* Mandos. *de priuil. ad instar Glos. 15. sub num. 32.* Rot. coram Buratto *dec. 704. n. 10.* & coram Caualer. *dec. 432. num. 2.* & in citata Ianuensi priuilegiorum 28. Iunii 1649. *§. secundò*, coram Cardin. Corrado. Vndè nec actu contrario, nec quouis temporis lapsu Regulares amisissent sua priuilegia; quia decretum irritans in illis appositum sustulisset omnem præscriptionem vsus contrarij, Rot. *dec. 3. de priuil. in antiq. dec. 240. num 5. p. 4. diu.* Buratt. *dec. 704. num. 10.* Et stante communicatione priuilegiorum remanere debent prorsus immunes à quocunque præiudicio, dum Patribus Cassinensibus fuit in specie con-

conceſſum, quod eis non præiudicetur per quoſcunque actus contrarios, & quod non currat præſcriptio, niſi centenaria, vt refert Lezan. in Sum. *v. Priuilegia num* 47. & aduertit Rot. in alleg. Ianuen. coram Cortado, Portel. *in addit. ad dub. Regul. v. Priuilegium num.* 4. Rodriq. *tom.* 3. *quæſt.* 36. *num.* 3. & Dian. *p.* 3. *tr.* 2. *reſol.* 88. Et in omnem caſum tunc exiſtens Superior domus Regularis, ſibi tantùm præiudicaſſet, non ſucceſſoribus, ac toti Religioni in exemptione, non priuatis eius perſonis primò, & principaliter, ſed vniuerſæ eius Communitati conceſſa, Corn. *conſ.* 15. *num.* 5. *vol.* 3. Natt. *conſ.* 160. *num.* 46. Suar. *d. lib.* 8. *cap.* 35. *num.* 6. & in terminis priuilegiorum Congregationis Lateranenſis, & Societatis Ieſu, Rodriq. *d. tom.* 3. *quæſt.* 37. *art.* 3. Immò potiùs ex aſſiduo per totam Religionem vſu dictorum priuilegiorum fuiſſet conſeruatum ius dicti priuilegii ad inſtar iurispatronatus, quod per exercitium vnius ex compatronis, alijs præſeruatur, vt in ſpecie dixit Rot. coram Orano *dec.* 240. *num.* 6. & 7. *p.* 4. *diu.* Seraph. *dec.* 951. *num.* 1. & 2. & Buratt. *dec.* 704. *num.* 9. & in ſimili fuit conſideratum in Gerunden. exemptionis ſub anno 1636.

10 Quatenus verò, circumſcriptis ſpecialibus priuilegijs Regularium, Epiſcopus virtute dictæ *Clem.* 2. poſſit per ſe in eorum Eccleſijs Miſſam, & diuina Officia celebrare, & pontificalia, ac cætera, quæ ſunt Ordinis exercere, nulla tamen ratione valet per alios in ſui præſentia facere ſolemniter celebrari. Idenim literaliter, immò à fortiori ratione congruit diſpoſitioni Concilij Viennenſis *in d. Clem.* 2. vbi, quamuis Epiſcopo per quæuis loca exempta ſuæ prouinciæ tranſitum facienti, & ad ea declinanti, vt Crucem ante ſe liberè portari faciat, benedicat populo, diuina officia priuatim, vel publicè ibidem audiat, & ea etiam in Pontificalibus celebret, ſubijcitur tamen duplex limitatio, quando facit celebrare. Prima, quod in ſui præſentia. Altera, quod ſine Pontificalibus, ibi: *Et faciat in ſui præſentia ſine pontificalibus celebrari.* Idemque repetitum eſt reſpectu Epiſcopi *in* §. *Simili modo*, ibi: *Et in ſua præſentia facere celebrari*, vbi Gloſs. *v. celebrari* pariter addidit, limitandum eſſe ſine pontificalibus, prout ſupra, & rationem reddit præcedenti *v. Sine pontificalibus*, quia id eſſet auctoritatiuè demandare, & iuriſdictionem exercere contra expreſſam declarationem eiuſdem Clementinæ, vbi licèt Archiepiſcopo, ac Epiſcopo in locis exemptis; vel circa hoc priuilegiatis, pontificalia, & cætera, quæ ſunt Ordinis, exercere poſſit, ſubijcitur tamen eodem §. *Simili modo*, quod prætextu conceſſionis huiuſmodi, &c. nullam aliam iuriſdictionem idem Archiepiſcopus, vel Epiſcopus exerceat. Inferens propterea *v. Celebrari* duo in textu diuerſa, & contradiſtincta fuiſſe deciſa. Aliud namque eſſe celebrare, quod Archiepiſcopo, & Epiſcopo permiſſum eſt. Aliud verò quaſi auctorizando ſibi facere celebrari; quia id ſolùm procedit in eorum præſentia, & ſine pontificalibus; quod clariùs in eadem Clementina declarat Cardin. *in* 5. *notab. ſub num.* 3. & *ſeq.* & *num.* 11. *ac in d.* §. *ſimili modo num.* 5. *quæſt.* 7. Vitalin. *num.* 13. & 17. Anchar. *num.* 40. Imol. *nu.* 19. & Gulielm. de monte Laud. *num.* 2. Cochier. *de iuriſd. in exempt. tom.* 1. *p.* 2 *quæſt.* 1. *num.* 7. & *ſeq.* Tambur. *de iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 17. *quæſt.* 15. *num.* 15. & ſentiſſe videtur S. Rituum Congregatio in Ferrarienſi 20. Iulij 1600. & in Tullenſi 6. Decembris 1613. quarum meminit Sell. *in ſelect. can. cap.* 3. *num.* 87. ex eoque Barboſ. *Apoſt. dec. coll.* 292. *num.* 2. & *de iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 297. nimirùm, ſi iuxta terminos dictæ Clementinæ Archiepiſcopo, ac Epiſcopo non licet in ſua præſentia, celebrari facere in pontificalibus, multò minùs eis abſentibus.

11 Accedente præſertim longiſſima conſuetudine aſſiduè obſeruata, & nunquam interrupta, quam in puncto retinendam eſſe, tradit Gauant. *in Theſ. Sac. Rit. tom.* 2. ſeu *in man. Epiſcop. v. Proceſſio num.* 24. & 25. ibi: *Niſi aliud ferat conſuetudo.*

12 Itidem non prodeſt reſolutio S. Rituum Congregationis in Firmana 25. Ianuarij 1603. qua declarauit, Regulares non poſſe impedire, quominùs Epiſcopus per ſuos Canonicos cantari faciat Miſſas in eorum Eccleſijs, etiam exemptis, ad quas diriguntur, & terminantur proceſſiones, cuius meminit Sell. *cap.* 25. *num.* 12. & Barboſ. *Apoſt. dec. collect.* 642. *num.* 7. Tum quia cum ſimpliciter dixerit poſſe Epiſcopum per ſuos Canonicos cantari facere, intelligenda eſt, prout de iure, ſcilicèt in præſentia Epiſcopi, & ſine pontificalibus iuxta ſecundam partem deciſionis ſæpè citatæ *Clem.* 2. *de priuil.* & ſpecialem declarationem eiuſdem Sacr. Congregationis in dictis Ferrarienſi, & Tullenſi, ibi: *Epiſcopus poteſt de iure in omnibus Eccleſijs ſuæ diæceſis, quantumuis exemptis, & priuilegiatis Miſſas, & diuina officia cum aſſiſtentia ſuorum Canonicorum, etiam in pontificalibus celebrare, ſiue ab aliis, ſine tamen pontificalibus celebrari facere, & in eis habere circulos.* Tum quia loquens generaliter de Regularibus exemptis, non comprehendit Regulares, pro quibus adſunt ſpecialia priuilegia Summorum Pontificum, ne in eorum Eccleſijs Epiſcopi poſſint, illis inuitis, miſſas celebrare, aut pontificalia exercere, vt ſuperiùs dictum eſt. Tum quia inter cætera priuilegia Caſſinenſium, aliis Regularibus communicata, Clemens VII. *conſt.* 143. *in Bullar.* eiuſdem Ordinis indulſit, vt Conſtitutiones Apoſtolicæ, dantes facultatem contra exemptos, non comprehenderent Caſſinenſes. Tum denique quia intelligendæ ſunt de proceſſionibus, & Litanijs maioribus in feſto S. Marci, & minoribus Rogationum, in quibus Miſſa celebratur, & fiunt preces, ſecùs autem in alijs, quæ ad libitum fiunt, etiam citra miſſæ, & diuinorum celebrationem.

Parique declaratione eliditur vis alterius decreti dictæ S. Congregationis in Alexandrina S. Petri de Broglio 7. Februarii 1604. apud Sellium, & Barboſam *d. collect.* 292. *num.* 3. & *ſeq.* in quo dicitur, Epiſcopum poſſe in omnibus Eccleſiis ſuæ diæceſis, quantumuis exemptis, cum aſſiſtentia ſuorum Canonicorum miſſas, & diuina officia celebrare. Primò quia loquens ſimpliciter de Eccleſiis exemptis non complectitur Regulares, ſpecialiter exemptos. Secundò, quia recipit interpretationem à præcedentibus reſolutionibus ipſius Congregationis in dictis Ferrarienſi, & Tullenſi, litteraliter prohibentibus Epiſcopo, ne in Eccleſiis exemptis per alios faciat celebrari. Tertiò non procedit, quando in contrarium conſuetudo ſuffragatur. 13

Neque aliter intelligenda eſt *dec.* 238. *p.* 2. *rec.* in qua *n.* 3. reſolutum fuit, Epiſcopum in quacunque Eccleſia, etiam exempta, ſuæ diæceſis, poſſe pontificaliter celebrare, quia iuxta terminos dictæ *Clementinæ* 2. & Doctores ſuperiùs allegatos, limitatè loquitur de Epiſcopo, habente facultatem per ſe celebrandi in pontificalibus, non autem per alios ſolemniter. 15

Verùm his omnibus non attentis, haud dubitamus, affirmatiuam ſententiam defendere, præeunte nobis in primis Muſconio *de maieſt. milit. Eccleſ. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. in quo recenſet inſignia Epiſcopalia, quæ ſunt mitra, baculus paſtoralis, annulus, ſandalia, chirotecæ, crux pectoralis, tunicella, dalmatica. Ratio autem eſt, quia hoc modo non exercet pontificalia, ſed iis vtitur. In priuilegiis autem Regularium prohibetur Epiſcopis exercitium Pontificalium, quatenus continent iuriſdictionem; quod ſi quoque prohibeatur illorum vſus, prohibetur quatenus eſt informatus exercitio, vel actu aliquo iuriſdictionis, de quo etiam infra. Quippè differt vſus Pontificalium ab exercitio, tradente Gloſs. *in d. Clem. v. celebrare, de priuil.* ibi: *Archiepiſcopi non committant Epiſcopo vſum Pontificalium extra ſuam diæceſim, ſed ſuo iure Epiſcopus celebrans vtitur ille*: quod vt dixi, approbat conſuetudo, ſed ſi iuriſdictione, vel officio vti vellet, puta ordinandi, degradandi, chriſmandi, vel ſimilia faciendi, tunc ſine licentia Epiſcopi id non poterit. Ex quibus patet, quod vſus Pontificalium eſt diuerſus ab exercitio, cum id dicat vſum Pontificalium informatum aliquo actu iuriſdictionis officii, ſeu miniſterij Epiſcopalis. 16

Et ita intelligitur etiam locus Concilii Trid. *cap.* 5. *de reform. ſeſſ.* 6. ibi: *Nulli Epiſcopo liceat pontificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de Ordinarij loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantùm.* In his autem loquitur non de vſu inſignium pontificalium, ſed de exercitio. Ex quibus aſſerunt Doctores, 17

posse Episcopum in aliena diœcesi celebrare cum insignibus pontificalibus, vt Glos. in d. Clem. eo v. celebrare, Zabarel. ibi, vers. Septimo quæro, Imol. num.4. & 10. Vital. num.13. Vanshel circ. Host. in cap. fin. de auct. & vs. pal. Panor. in cap. Ex tuarum, & in d. cap. fin. & in cap. antiquan.10. de priuil. Mil. in repert. §. Episcopus, vers. Episcopus etiam, Aretin. cons.150. num.3. Syluest. v. Archiepiscopus num.6. & ij, qui scripserunt post Concilium, Graff. p.1. dec. lib.3. cap.2. n.10. Couat. lib.3. var. cap.20. num.9. Henriq. lib.3. Sum. cap.6. Laym. lib.1. theol. mor. tract.4. cap.5. n.5. & in quæst. can. cap.17. n.274. Bonac. disp.3. de Sacram. q. vn. pun.2. n.3. Alzed. de præc. Episcop. dign. p.1. cap.13. n.88. Thomas Hurtad. p.1. resol. moral. tom.2. c.6. resol.23. n.239.

17 Deinde in Ecclesijs Regularium Episcopus celebrare potest absque licentia; quia non celebrat, tanquam simplex Sacerdos, sed tanquam Episcopus. Ergo poterit etiam celebrare cum ornamentis pontificalibus; nam habet facultatem celebrandi, vti Episcopus. Ornamenta enim connexa sunt cum persona, cui insunt, tanquam suo principali iuxta l. Ex diuerso, ff. de rei vindic. Et ideò concessio celebrationis, vt pontificalis, se extendit etiam ad ornamenta, vt accessorium, l. Aurelius, §. legatum, & l. fin. §. fin. ff. de lib. leg. & l. lecta, ff. si cert. pet. vbi Doctores communiter, & l. Lucius, ff. qui pot. in pign. hab. & optimè notant Anchar. cons.291. num.1. & Merlin. dec.35. num.5. quod præcipuè dicendum est de mitra, quæ non est signum iurisdictionis, sed tantùm dignitatis, ac spectat ad decorem, atque ornatum, vt obseruat Duranr. lib.2. de ritib. Eccles. cap.9. num.11. pateque ex eo, quod Episcopi illa vtantur coram Summo Pontifice, in cuius præsentia deponuntur signa iurisdictionis, vndè etiam Cardinales deferunt rochetum coopertum, quod detectum gestant, sede vacante; quod desumitur ex c. Vt Apostolica de priuil. in 6. ibi: Et ex maioritate, ac decore maioris ornatum maioritas apparet dignitatis. Subsequiturque dispositio de qualitate mitræ, itaut dignioribus decernatur magis ornata, vt appareat discrimen dignitatis.

18 Præterea id planum, ac manifestum fit ex Concilio Viennensi sub Clemente V. relato in d. Clem.2. de priuil. in quo conceditur Archiepiscopis, & Episcopis, vt etiam in locis exemptis possint benedicere populo, diuina officia priuatim, vel publicè audire, & in pontificalibus celebrare, seu celebrari facere, sine tamen pontificalibus, quouis priuilegio non obstante, ita tamen, quod prætextu concessionis huiusmodi in locis ipsis exemptis nullam aliam iurisdictionem exerceant, nec personis exemptis, vel priuilegiatis molestiam inferant, vel grauamen; nullumque exemptionis, vel priuilegij eorumdem aliud præiudicium generetur, nec ipsis Archiepiscopo, vel Episcopo ius aliquod, quomodolibet acquiratur. Per quem textum Doctores passim hoc idem firmant, nominatim Vital. ibidem num.15. dicens esse signum maioris præeminentiæ, quod Episcopus faciat coram se alterum Episcopum celebrare, quàm id facere per seipsum, cum istud sit humilitatis, & orationis, illud maioritatis, & prædominationis, ibique pariter Imol. num.8. inquiens, quod etiam per alium potest Archiepiscopus celebrari facere cum pontificalibus, quatenus id iniungat ipsimet Episcopo diœcesano, cui hoc competit suo iure, nec potest alijs Episcopis hoc demandare, Fusch. de visit. lib.2. cap.8. num.5. Franch. dec.711. num.10. p.4. Cochier. de iurisd. Ordin. in exempt. p.2. quæst.45. n.69. Grat. dec. March.113. ibique Add. à num.7. & latiùs idem Gratian. discep.467. num.32. & 33. Tambur. de iur. Abb. tom.1. disp.15. q.15. num.2. cum seqq. Nouar. in lucer. regul. v. Episcopus n.47. Lezzan. in sum. eod. v. n.22. Peyrin. ad Const.26. Leonis X. §.24. num.45. & dixit Rot. dec.238. num.3. p.2. rec. quamuis more Scepticorum de veritate huius conclusionis dubitet Cesped. de exempt. Regular. cap.7. dub.154. in fine.

19 Quod igitur primò loco dictum est de exemptione Regularium ex iure communi in cap. Luminoso 18. quæst. 2. ex D. Gregorio frustra deducitur. Tum quia eiusmodi exemptio reuocata remanet per Concilium Viennense in d. Clementina 2. de priuil. tum etiam quia illa D. Gregorii epistola suspectissima est falsitatis; non enim reperitur inter illius epistolas ex regesto editas, nisi parua eius pars, & valdè diuersa. Augentque suspicionem, quæ decernit in ea parte, quæ inter S. Gregorii epistolas non est, cum sit generalis exemptio Monachorum à iurisdictione Episcoporum, cuius rei contrarium posteriores etiam Canones præsopponunt; item & anteriores. Monasteria enim Monachorum, ipsosque monachos fuisse subiectos Episcopo, intra cuius diœcesis confines monasteria erant constructa, fuit de antiquissimo iure communi, & quidem à temporibus Apostolorum, vt colligitur ex S. Dionysio Areop. de Eccles. Hier. cap.6. & habetur expressum in Concilio generali Chalcedonensi act.4. cap.5. & act.15. cap.4. celebrato sub Leone I. anno 451. Accedit, quod subscriptiones, quas habet, Episcoporum desumptæ sunt ex decretis Gregorii II. qui diù post vixit. Edita quidem olim fuit inter Concilia to.3. sed nullo auctore, & tanquam de Monachis nigris loquentem Conciliorum Collectores eam interpretati sunt, vt Baronius tom.8. fol.143. lit. D. & Gallonius. Mitto, quæ Cherubinus ad eam ait in Bullario, nempè D. Gregorium confirmasse Regulam S. Benedicti in Concilio Romano, & ideò eam Constitutionem euulgari; quo enim auctore hæc asseueret, non liquet, nisi fortè ex Codice Sublacensi, de quo Baron. d. to.8. fol.91. lit. E. & fol.144. d. lit. D.

20 Minùs obstant priuilegia Eugenii IV. pro Cassinensibus. Tum quia intelliguntur de exercitio Pontificalium, non autem de vsu. Tum etiam quia fuerunt reuocata à decreto Sac. Congregationis super Episcopis, & Regularibus, quod cum ad propositæ rei fidem faciendam in primis spectet, integrum subiiciam, id autem sic habet: Decet Episcopos pro eo, quo in Ecclesia Dei excellunt dignitatis gradu, in quocunque suarum diœcesum loco, quoties eos sibi pontificalia exercere, aut in pontificalibus adesse, & assistere contingit, eam, quàm par est, reuerentiam, & honorem decoro cultu, & ornatu exhiberi; Quare non sine graui animi dolore auditum est, nonnullos Regulares, vano quarumdam immunitatum, & priuilegiorum prætextu Episcopis in earum Ecclesijs, pontificalibus interessentibus, non modò renuisse in eis supra locum Episcopalis solij baldachinum erigere, verum id etiam iussu ipsorummet Episcoporum curantes, prohibere, & arcere ausos fuisse. Atque ideo S. Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, facto verbo cum S. D. N. Clemente Papa Octauo, ac de Sanctitatis suæ speciali, & expresso mandato, hoc præsenti decreto perpetuis futuris temporibus valituro, declarat, statuit, decernit, & mandat, vt de cætero Episcopi, vbi tam ex consuetudine, & priuilegio, quàm ex Sacrorum Canonum Constitutionibus, & Pontificalis Romani præscripto, aut alio iure pontificalia exercere, aut pontificalibus paramentis cum mitra, vel etiam sola cappa induti in quibusuis Regularium tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, & Monachorum etiam Cassinensium, Clericorum, presbyterorum, & cuiusuis alterius Ordinis, Religionis, Militiæ, Societatis, aut Congregationis Ecclesijs interesse possunt ipsi Regulares, quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant in loco ad solium Episcopi constituendum opportuno, & congruo, baldachinum attollere. Eis autem facere negligentibus, aut nolentibus, liceat eisdem Episcopis illud asportari, & in quacunque eorumdem Regularium, aut alia quantumuis exempta Ecclesia supra Episcopale solium, seu pontificale faldistorium erigi facere, atque sub eo sedere, & stare, quemadmodum in proprijs, & Cathedralibus eorum Ecclesijs stare, & sedere solent, eo tamen dumtaxat tempore, quo pontificales huiusmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipse, cui in pontificalibus aderunt, peragetur. Siqui vero Regularium huic declarationi, statuto, decreto, & mandato, inobedientes, & contumaces fuerint, sciant se ab eisdem Episcopis ad id per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, huius decreti virtute, cogi, & compelli posse, alijsque pœnis tam spiritualibus, quàm temporalibus arbitrio Summi Romani Pontificis subiacere, & obnoxios fore. Non obstantibus quibuscumque &c. Romæ 10. Iunij 1603. Extatque apud Peyr. in priuil. Minim. tom.1. Const.26. Leonis X. §.24. num.45. cuiusque meminere

Pasqua-

Pasqualig. *ad Lauret. p. 1. n. 381. & seq.* ac Delben. *de immun. cap. 14. dub. 4. num. 6.*

21 Ex quo decreto defensam decisionem extendere licet, vt vires suas exerat tam in vsu, quàm in exercitio Pontificalium. Et aduerto, quod eadem S. Congregatio sæpiùs rescripsit, quod Episcopus, ac etiam Canonici, & Clerus possunt cantare Missam in Ecclesiis Regularium, etiam ipsis inuitis, præcipuè si fuerit solemnitas de pontificalibus, vel celebratio fit occasione processionis generalis. Tunc enim non ad Regulares, sed ad Canonicum digniorem spectat celebrare, vt declaratum per Sac. Rituum Congregationem in Firmana sub anno 1603. occasione Missæ Rogationum, testantur Nouarius, & Lezzana in suis *Summis v. Processio*, & Barbos. *in sum. Apost. dec. v. Episcopus quoad Regulares collect. 297. num. 2.* & Gauant. *in man. Episc. v. Processio num. 24. & 25.* Et in hoc casu, sicut etiam in alijs, quando Episcopus potest pontificalia vel exercere, vel illis vti, potest etiam Regulares renuentes censuris, alijsque pœnis punire.

22 Possunt itaque Episcopi in Ecclesijs Regularium diuina officia priuatim, & publicè audire, & ea quoque in pontificalibus celebrare, solemniter populo benedicere per illa verba, *sit nomen Domini benedictum, &c.* ac baldachino vti, ibique facere coram se celebrari, sed sine pontificalibus.

CONSVLTATIO XLVI.

Vtrùm delatio stolæ, ac functiones parochiales, quæ in Ecclesia parochiali fiunt, absente illius Parocho, spectent ad eius Viceparochum, an verò ad Parochum alterius Parochiæ, qui ibi præsens existit?

1 SPectare ad Viceparochum existimo. Etenim extra dubium est, quod Parochus possit, immò debeat, si casus postulet, assumere sibi Coadiutorem in cura animarum ex dispositione *cap. Tempus 16. quæst. 1.* & Sacri Concilij Trid. *cap. 4. sess. 21. de reform.* & ibi S. Congregatio, Lotter. *de re benef. lib. 3. quæst. 27. num. 165.* Piasec. *in prax. tit. de visit. Paroch. num. 20.* sicuti, & in omni casu absentiæ debet cum approbatione Episcopi relinquere Vicarium, qui Ecclesiæ ipsius inseruiat, Trid. *cap. 1. sess. 23. de reform. cap. Exturpandæ §. qui verò, de preb.* S. Congregatio Concilij passim, Fusch. *de visit. lib. 2. cap. 4. num. 6.* Azor. *p. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 7.* & regulariter nulli prohibitum est, quando non potest per se, deseruire per substitutum.

2 Vndè sic deputatus in Viceparochum, & ad functiones curæ, atque Ecclesiæ, sicut est subrogatus, & substitutus dicto Parocho, ita vti subrogatus de iure succedit in locum eius, cui subrogatur in commodis æquè ac in incommodis, *l. vn. C. de colleg. lib. 11. l. 1. C. de offic. Vic.* ac vtitur eodem iure, & priuilegio ex allegatis per Gabr. *tit. de reg. iur. concl. 2. n. 1.* Caputaq. *dec. 227. in fin. p. 3.* Rot. *dec. 252. num. 7. p. 5. rec.* & in terminis Gratian. *discept. 298. post alios num. 4.*

3 Neque in his terminis materiæ Ecclesiasticæ, & obseruationis Sacrorum Rituum necesse est ad effectum gaudendi ijsdem prærogatiuis, vt in subrogato concurrant cæteræ qualitates subrogatis; quia in his terminis non attenditur maioritas, vel minoritas personæ, sed functio, exercitium actus, & indumentum sacrum ad effectum habendi præcedentiam, quæ regulariter debetur subrogato in ijs, in quibus subrogantem repræsentat, Felin. *in cap. Cum olim n. 1. de offic. deleg.* Gratian. *d. discept. 298. num. 4.* Hinc est, quod minùs nobiles præferuntur nobilioribus, ac dignioribus ratione actus competentis ex officio, & in illius exercitio, *d. l. 1. C. de offic. Vic.* Felin. *in rubr. de maior. & obed. num. 1.* Gratian. *loco alleg. n. 1. & 2.* Seraph. *dec. 964. nu. 2.* Add. ad Gregor. XV. *dec. 124. num. 2.* Rot. in Taurinensi delationis baldachini 4. Iulij 1646. coram Cardin. Corrado.

Adeò vt simplex Capellanus curatus amouibilis ratione officij præcedere debeat alijs Sacerdotibus ætate, ac promotione antiquioribus ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum in Nucerina 16. Aprilis 1644. Immò is Capellanus, faciens officium cum superpelliceo, & stola præcedat etiam ipsi Rectori Ecclesiæ, cui inseruit ex simili declaratione, & non obstante contraria consuetudine, vt in Nucerina Paganorum 11. Iulij 1637. his verbis: *S. Rituum Congregatio censuit, Sacerdotem Capellanum, seu Portionarium in Parochiali, facientem officium cum cotta, & stola, debere habere primum, & digniorem locum in choro, etiam supra proprium Rectorem, non obstante contraria consuetudine.* Hoc ipsum censuit in Maceraten. 10. Iunij 1656. *Capellanus Curatus S. Blasij Montis Milonis Maceraten. diœcesis declarari postulauit, ipsi in funeralibus ratione stolæ præcedentiam deberi, etiam supra alios quoscunque Sacerdotes Curatos, prout in similibus aliàs S. Congregatio declarauit; quodque Em. Patres eiusdem Congregationis in loco prædicto seruari iusserunt.* Et in Interamnen. 22. Nouembris 1636. *S. Rituum Congregatio, prout aliàs sæpè, ita in casu proposito respondit, Parochum, & Vicecuratum amouibilem Cathedralis in processionibus incedere debere cum capitulo supra Priores plebanos, & Curatos perpetuos beneficiatos.* 4

Eademque ratione ipse Episcopus assistens cum cappa vesperis solemnibus thurificatur post celebrantem, iuxta dispositionem Cæremonialis *lib. 2. cap. 2.* Et officium faciens in choro, vel functionem siue processionis, siue alteriùs rei, præcedit cæteris omnibus, quantumuis dignioribus. Tantæque est considerationis indumentum Sacrum, vt est stola, quod ratione illius, Parochus in funeribus præcedentiam habeat, etiam supra Collegiatam interuenientem ex declaratione eiusdem S. Congregationis in Spoletana 21. Aprilis 1635. & in Lauden 23. Maii 1639. 5

Prædicta autem eò magis locum habent in Ecclesia propria, etiamsi Parochus alter sit dignior, Abb. *in cap. 1. num. 18. de dol. & contum.* Gonzal. *ad reg. Cancel. glos. 6. num. 100. & seq.* Gratian. *d. discept. 298. num. 90.* & declarauit sæpiùs eadem S. Congregatio, vt in Ausculana 23. Maii 1641. hunc in modum: *Instante Plebano Ecclesiæ Accumulis, Asculanæ diœcesis declarari, præcedentiam in propria sua Ecclesia deberi sibi supra omnes alios presbyteros ad eam concurrentes occasione functionum Ecclesiasticarum. S. Rituum Congregatio censuit, præcedentiam in casu proposito competere Oratori in propria Ecclesia, etiam supra quoscunque alios Sacerdotes antiquiores in ordine.* Et ita seruari mandauit die 23. Maii 1641. Ac in Verulana. *Ad instantiam Abbatis parochialis Ecclesiæ S. Petri Terræ Banco Verulanæ diœcesis contra Archipresbyterum S. Angeli eiusdem loci, S. Rituum Congregatio respondit, functiones omnes in Ecclesia propria spectare ad Parochum priuatiuè quoad omnes alios, & ita in casu proposito cantandi Missas solemnes, vesperas, aliaue munia per ipsum in propria Ecclesia exercendo, non obstante ordinatione Episcopi in contrarium edita, S. Rituum Congregatio respondit, ad Plebanum spectare omnia munia in sua Ecclesia propria, & ita seruari debere, prout omninò seruari mandauit, quibuscunque non obstantibus die 24. Nouembris 1635.* 6

Neque ipsi Parocho præsenti in aliena parochiali dari debet præcedentia super dictum Vicecuratum in processionibus, quæ fiunt extra Ecclesiam; quia hinc resultat violentia Sacris ritibus, quod scilicèt functio præsidendi processionibus fiat ab eo, qui missam annexam functioni non celebrat, quod non est admittendum contra declarationes S. Congregationis, mandantis, vt functiones fiant ab eo, qui missam celebrat, vt in Neritonensi prima Martii 1614. & in Recanatensi 8. Februarii 1642. & specialiter habere processionem in Aquilana 5. Iunii 1634. tenoris sequentis: *Pro parte Capituli Ecclesiæ S. Mariæ de Paganica, Aquilanæ diœcesis petitum fuit declarari, an in exequijs mortuorum celebrans in fine Missæ, deposita casula, sumere debeat pluuiale, & prosequi omnes alias cæremonias incensando, & aspergendo circumcirca tumulum, dictasque exequias solitis orationibus terminare, etiamsi ibidem tunc assistant alij presbyteri in maiori dignitate constituti.* Item, *an idem ritus seruandus sit in processionibus,* 7

nibus, & in expositione Sanctissimi Sacramenti orationis quadraginta horarum, vt is, qui celebrat, vel ordinat vesperas in dictis solemnitatibus, gestare debeat Sanctissimum Sacramentum in processione immediatè ad Missam, vel vesperas sequentibus, vel assumi debeat dignior de Clericis adstantibus ad dictas functiones prosequendas finitis vesperis, vel missa. S. Rituum Congregatio *prout aliàs sæpe, ita in casu proposito respondit, prædictas omnes functiones spectare, ac pertinere ad eum, qui vesperas decantauit, vel Missam celebrauit.* Et idcircò processiones censentur functiones illius Ecclesiæ, à qua incipiunt, cum mandentur per rubricas Missalis, Rituale, & Cæremoniale, vti pars officij, quibus interesse debent Canonici sob pœna amissionis distributionum, ac si non interessent diuinis officijs.

8 Neque admitti potest, quod stola in processionibos detur Parocho extra Ecclesiam propriam, postquam processio in aliena Ecclesia cœpta esset cum principio functiunis ab illius Vicecurato; quia id esset dimidiare functionem, quod nou licèt, & cum perficienda sit ab eo, qui illam iocepit, vt de processione Sanctissimi Sacramenti respondit S. Congr. Rituum in Lucana 21. Aprilis 1635. per hæc verba: *Capitulum Cathedralis Lucanæ exposuit in delatione Sanctissimi Sacramenti, quæ fit per digniorem de Capitulo, absente, vel impedito Episcopo in die solemnitatis Corporis Christi, transiens per limites Parochiæ S. Fridriani, Priorem ipsius Parochiæ prætendere, sibi consignari debere Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deferendum ab ipso Priore per limites suæ Parochiæ, quod cum sit contra solitum loci, & ritum vniuersalis Ecclesiæ, supplicauit responderi, quid seruandum? Et S. Rituum Congregatio respondit, delationem Sanctissimi Sacramenti in casu proposito spectare ad digniorem Cathedralis per totam viam, etiamsi contingat processionem transire per limites alterius Parochiæ. Et ita omninò seruari mandauit.*

9 Quod autem pro inconuenienti notetur, vt simplex Sacerdos, qualis est hoiusmodi Vicecuratus, in processionibus præferatur Parocho prædicto, prærogatiuam Parochi suis radijs, & non alienis fulgente, nullatenus est habendum in consideratione. Siquidem esto, qood talis Capellanus Vicecuratus io cæteris sit minùs dignus, attamen in his terminis, & in casu processionum, in quibus vti celebrans facit functionem cum habitu sacro, idest stola, quæ deseruit loco pluuialis *ex rubr. Missal. de qualit. param. c. 19.* ibique Gauaot. *p. 1. tit. 19. sub num. 4.* Ritual. *tit. de exeq. §. Exequiarum ordo*, Gratian. *d. cap. 298. num. 54. & 57.* quique in Ecclesia, in qua suum Parochum substituentem repræsentat, missam annexam cantauit, & cuius Ecclesiæ est functio, præferri debet, ex supra firmatis. Et præcipuè quia stola eum Sacerdotem constituit cum paramento Ecclesiastico, quod ei confert præcedentiam supra omnes alios, etiam ipso digniores, vt latè firmat Gratian. *d. cap. 298. num. 54. 66. 67. & 84.* adeò vt potiùs incoouueniens esset, & contra dictas regulas dare stolam præfato Parocho, & consequenter præcedentiam io functione Ecclesiæ non suæ sine missæ annexæ celebratione, & cootra voluntatem proprij Parochi, ad quem, si adesset, functio tota spectaret, illumque cogere ad subrogandum loco sui alieoum Parochum, quem subrogare non tenetur. Vndè, quatenos etiam est simplex Parochus, præcedentiam in processionibus habere non debet in Ecclesia aliena; quia processiones generales Litaniarum, & Sanctissimi Corporis Christi numerantur inter functiones parochiales, ex quo iobentur fieri extra ciuitates in parochijs locorum per rubricas Missalis suis locis ad textum in *clem. 1. §. non itaque de reliq. & ven. Sanct.* Rot. *dec. 536. num. 1. & 2. p. 2. rec.* Et præcipuè pertioent ad maiorem Ecclesiam loci, tanquam de illius iuribus iuxta declarationes Sac. Rituum Congregationis, præsertim in Florentina 27. Iunij 1620. quæ est huiusmodi: *In causa vertente inter Præpositum parochialis Ecclesiæ S. Thomæ Certaldi Florentinæ diœcesis ex vna, & Fratres Augustinianos parochialis Ecclesiæ Sanctorum Michaelis, & Iacobi eiusdem Castri ex altera partibus, de & super præcedentia, & celebratione processionis in die Festiuitatis Sanctissimi Corporis Christi, & aliorum, Illustrissimo D. Cardinali Vrsino referente, decreuit dictam Ecclesiam D. Thomæ Præposituram nuncupatam, esse principalem, & superiorem in dicto Castro, & ad dictum Præpositum, siue eius Vicepræpositum spectare, & pertinere ius præcedendi in omnibus, & quibuscunque actibus, & propterea fratres dictæ Ecclesiæ SS. Michaelis, & Iacobi debuisse, & debere in omnibus recognoscere in maiorem, & superiorem dictum Præpositum, siue eius Vicepræpositum, eisque futuris temporibus debere realiter, & cum effectu exhibere, & præstare omnia, & singula obsequia recognitiones, accessiones, & præeminentias quascumque. Insuper ad dictum Præpositum, siue eius Vicepræpositum spectare, & pertinere ius celebrandi processionem in prima die festiuitatis Sanctissimi Corporis Christi, & ob id dictum Præpositum manutenendum esse in possessione celebrandi eam. Et ita seruari mandauit.* Idem censuit in Syracusana sub die 6. Septembris 1636. & io Camerinensi 23. Aprilis 1633. Et censentur non solùm functiones illius Ecclesiæ, à qua incipiunt, & io quam terminare debent iuxta dispositionem Ritualis, *tit. de process. litan. maior.* Gauant. *in man. Episc. v. Processiones num. 16.* & iuxta declarationes S. Congregatioois Rituom, speciatim in Valicen. 15. Ianuarij 1633. quo respectu audiuntur quotidiè contentiones inter Ecclesias, prætendentes huiosmodi processiones ad se, non ad aliam spectare; sed præcisè sunt pars integralis officij eiusdem diei, io quo indicuntur. Vodè ex obligatione Litaniæ dicendæ sunt ab omnibus obligatis ad diuinum officium, etiam extra Chorum ex præcepto rubricarum Breuiarij *cap. 37.* & post Litanias, & preces adiunctas psalmis pœnitentialibus, & admooet Barthol. Corsett. *in prax. Cæremon. pro parochial. p. 2. rubr. miss. cap. 9. num. 6.* Et ex hoc per coosequens censendæ sunt functiones eiusdem Ecclesiæ. Idque etiamsi dictus alienus Parochus solo nomine Dignitatis Archipresbyter nuncupetur. Cùm enim careat Collegio, & iurisdictione, non est verè, & propriè dignitas, atque adeò oullam prærogatiuam meretur, *cap. Super specula, ne Cler. vel Monach. cap. vn. eod. tit. in 6.* ibique Doctores, & tradunt Feder. de Sen. *cons. 86. num. 2.* Hostien. *in cap. de multa num. 11. de præb.* Anchar. in *Clem. Si dignit. num. 1. eod. tit.* Rot. in Hispalen. præeminentiarum 3. Decembris 1610. coram Pegna.

Nihil denique releuat in proposito, quod functiones 10
in Ecclesia, quæ non possunt fieri per vnam dignitatem, fieri debeant per aliam proximè accedentem, & noo per sobstitutum; quia id procedit, vbi dignitates sunt eiusdem Ecclesiæ, vt io Cathedrali, in quibus terminis loqoitur Cæremoniale *lib. 1. cap. 26. de suppl. vicib.* Io hoc autem casu vna Ecclesia nil commune habet cum alia.

Quod si prædictus alienus Parochus prætendat, se 11
esse io possessione peragendi huiusmodi fuoctiooes, atque adeò petat seruari solitum, & consuetudinem, secundùm quam similes controuersiæ præeminentiarum decidi solent, *cap. Cum olim, de consuet.* Seraph. *dec. 716. in fin.* Id debet ab eo doceri per attestationes, concludentes tempus necessarium ad præscriptioo em consuetudinis, quæ in his terminis, in quibus ius resistit ex iam deductis, requiritur quadragenaria, *cap. vlt. in fin.* vbi Gloss. & Doctores *de consuet.* Vndè si habenda sit ratio possessionis, ea priùs facienda est per legitimas probationes, interim verò seruanda est dispositio iuris, quæ proculdubiò est pro dicto Vicecurato.

CON-

CONSVLTATIO XLVII.

An Episcopus in processionibus possit post se deferre sellam gestatoriam ?

1 Affirmatiuè, quia est de ritibus, & illius vsum arbitrarium Episcopo in quocunque loco magis apto, & per Concilia, Canonicasque Sanctiones designato ad ministrandum, præsertim quando est eadem, qua vtitur in Ecclesia, & quam Cæremoniale, Concilium, & Canones dicunt, esse de dignitate, & de pontificali, *c. Episcopus in Ecclesia*, 95. d. ex Concilio Carthag. 4. & vsus illius in stationibus reputatur, ac si esset in Ecclesia ipsa, quia processio ab exitu vsque ad reditum vnicus dicitur actus, non minùs ac si in ipsa Ecclesia perficeretur, ideòque omnia loca, per quæ processio transit, tanquam Ecclesia, considerantur. Hinc respondit Rota inter contendentes de præcedentia, locum semper eumdem ab vnoquoque tenendum in itinere, & stationibus, quem in ipsa Ecclesia habet, vt *in decis.* Cæsaraugustana præeminentiarum.

2 Sequitur ergo, quod vsus eiusdem Sellæ, quoad locum debet esse idem, qui est in Ecclesia, in loco scilicèt magis apto ad ministrandum, cum Episcopus sedens aspicere possit rectâ linea mediam altaris partem iuxta librum Cæremonialem 1. *cap.* 13. Vndè Concilium Trid. *cap.* 6. *sess.* 25. *de ref.* relinquit arbitrio Episcoporum locum in processionibus, & sanè medius debetur Episcopo ministranti, exemplo Saluatoris.

3 Atque ita declarauit Sacr. Rituum Congregatio in Granatensi tenoris sequentis: *Exposuit Archiepiscopus Granaten. à Regio Magistratu ei nouissimè controuerti captam delationem Sellæ in processionibus Corporis Christi, quæ hactenus sine vlla contradictione media inter ipsum Archiepiscopum, & Magistratum ab immemorabili tempore in huiusmodi, aliisque solemnibus processionibus deferri consueuit. Et S. Congregatio iussit seruari decretum emanatum anno* 1608. *die* 10. *Maij, etiam in processione Sanctissimi Corporis Christi die* 15. *Septembris* 1657.

CONSVLTATIO XLVIII.

An seculares manutenendi sint in iure sedendi in suis sedilibus, siue sedibus positis in Ecclesijs ? Vbi alia.

1 Affirmatiuè. Nam, licèt laici sint incapaces spiritualium, nullumque habeant ius possidendi sedilia in Ecclesia, immò Ordinarius possit illa de facto remouere, vt ex cumulatis per Giouagnon. *lib.* 2. *conf.* 8. *n.* 1. *& seqq.* Id tamen procedit solùm in principio oppositionis ipsorum, non autem, quando in Ecclesia permanserunt spatio alicuius temporis, Episcopo tolerante; tunc enim Episcopus citra iniuriam illa nequit amouere, vt ex cumulatis per Gratian. *discept.* 210. *n.* 32. sed illorum Domini manutenendi sunt, Giouagn. *ibid. n.* 11. *& seqq.* Ex spatio quippè temporis præsumitur concurrisse tacita licentia Episcopi, dummodo ipse tolerauit, Rot. *dec.* 222. *p.* 2. *diu.* sufficitque titulus decennalis ad præscribendum contra Episcopum præsentem, scientem, ac tolerantem.

2 Hinc quamuis S. Congregatio super Episcopis censuerit, quod sedes esse non debeant in Ecclesia extra tempus concionum, vt in Ianuensi 17. Aprilis 1583. maximè si sint occasio scandali, vt in Acheruntina 24. Septembris 1585. nisi fuerint lapideæ, vel etiam ligneæ parietibus adhærentes, vt in Sarzanensi 21. Nouembris 1600. & 28. Februarij 1601. Attamen in illis remouendis, vel alterandis declarauit, quod non debeant permitti nouitates, vt in d. Acheruntina 4. Iunij 1602. in Ferentina 8. Decembris 1645. Præsertim in Sede Episcopali, vel Principum laicorum, vt in Ianuensi 27. Iauuarij 1597. Et quod possint à dominis ornari, vt in Andriensi 25. Octobris 1602. & eis etiam inscriptio, vel aliud signum apponi, 14. Ianuarij 1603. quodque Superiores Regularium non possint illas remouere à loco solito, nisi cum circumspectione, maximè si spectent ad Magistratum, vt in Assisiensi 22. Martij 1603. Illæque remouendæ, quæ adeò altari vicinæ sunt, vt celebrantem impediant, vt in nullius Castriduranti 10. Nouembris 1623.

3 Instante tamen Episcopo Maceratensi, S. Rituum Congregatio declarauit, Gubernatori Maceratensi, Præsidi Prouinciæ, non habenti facultatem Legati de latere, non competere Sedem sub baldachino, sed sine baldachino, & sine folio supra scamnum Magistratus, ac proindè Episcopum, eo præsente, in nullo loco diœcesis debere à benedictionibus populi abstinere.

4 Nullam præterea deberi præcedentiam Gubernatori ac Præsidi prædicto supra Episcopum, etiam extra diœcesim degentem.

5 Episcopum non debere obuiam ire Gubernatori prædicto, aduenienti ad Cathedralem, neque ab illa discedentem associate.

6 Gubernatorem ac Præsidem prædictum teneri accedere ad Episcopum, vt ab eo accipiat candelam, & palmam benedictam, etiam cum osculo manus eiusdem Episcopi.

7 Canonicos teneri præstare Gubernatori Ciuitatis, ac Præsidi Prouinciæ consueta obsequia, & quatenus de consueto sine non liqueat, satis videri, vt per duos Canonicos excipiatur, & ad portam Ecclesiæ associetur.

8 Magistratum teneri præstare Episcopo, & Cathedrali Ecclesiæ consueta obsequia tum præsente, tum absente Gubernatore, & quatenus renuat præstare, cōpelli posse.

9 Ad supplendum Magistratui absenti in lotione manuum Episcopo, posse subrogari alios nobiles viros, quibus tamen locus in scamno Magistratus minimè assignetur. Et ita seruari mandauit die prima Aprilis 1662.

CONSVLTATIO XLIX.

An Regulares, qui ex immemorabili sunt obligati ad officiandum in Ecclesijs Cleri secularis, præcedere debeant ipsi Clero ? Vbi de actibus facultatiuis non multis.

1 Minimè; quia de iure Clerus secularis præfertur Regulari, tam in proprijs, quàm in eorumdem Regularium Ecclesijs, *c. Legi, c. Alia* 16. *q.* 1. tradit Io. Andr. *in cap. Delictum de regul. iur. in* 6. Glos. *in cap. Qualiter de accus.* Quia dignior est quoad authoritatem Cœtus Clericorum secularium, quàm merè monachorum, Valenz. *cons.* 84. *n.* 12. *tom.* 1. ac censuit sæpiùs S. Rituum Congregatio, & nos alibi fusè.

2 Idque, non obstante prætensa consuetudine præcedendi. Nam præterquamquod talis possessio, seu consuetudo probari debet cum suis requisitis, de quibus Rot. *dec.* 159. *n.* 54. coram Em. Ottobono, & actibus quidem insimul concessis, & denegatis arbitrio Cleri secularis, nullatenus induci potest ius aliquod ad effectum manutentionis, vel consuetudinis, cum sint interrupti ac diformes ratione familiaritatis, & amicitiæ, Mantic. *dec.* 244. *n.* 10. *& dec.* 267. *n.* 2. Posth. *de manut. obser.* 54. *n.* 5. *cum seqq.* & post eum Rot. *dec.* 46. *n.* 50. *& dec.* 229. *n.* 9. *&* 11.

3 Quæ enim dependent ex mera voluntate non possunt præscribi, etiam per longissimum tempus, vt notant Glos. *in l.* 1. *v. Communi diuidundo, C. de an. except.* Bart. *ibid.* Bald. *in l. Cum notissimo, C. de præscript. trig. an.* aliique, & ideò nec acquiri aliquod ius ad ipsa exigenda, quamuis tempore valdè diuturno continuentur. Nam explicant solùm quid sit in potestate operantis, qui ea ad libitum exercens, posuit tantùm in esse, quod placet, ita tamen, vt possit non ponere, & ideò actos huiusmodi non habent vim pariendi ius aliquod in fauorem alterius, nec inducunt veram consuetudinem, quia hæc, vt obliget, debet esse legitimè præscripta, *cap. fin. de consuet.*

4 Hinc communiter docent, quod quæ sunt meræ facultatis non possunt præscribi iuxta textum *in l. Viam publicam, ff. de via publ.* vbi Doctores, & *cap. possessiones* 16. *quæst.* 1. ac Canonistæ *in c. Significante, de appel.* Et quod ex gratia, & liberalitate per modum facultatis est alicui concessum, etiam si esset elapsum tempus immemorabile, potest negari, Gregor. *dec.* 162. *num.* 16. Surd. *cons.* 127. *num.* 82. *cum seqq.* Rip. *in cap. Cum Ecclesia Sutrina*, vbi cæte-

cæteri, *de cauſ. poſſeſſ.* Ex quibus actibus nunquam inducitur præiudicium, nec acquiritur ius in poſſeſſorio, neque in petitorio, Seraph. *dec.* 1089. *n.* 1. Grat. *diſcept.* 113. *n.* 61.

5 Et quidem cum ea facultatiua ſiot, quæ pendent à noſtra libera voluntate, *l. ſi conſtante*, §. *ſi maritus*, *ff. ſol. matr.* & *l. In re mandata*, *C. mandati*, Archid. *in cap. Cum aliquibus*, *de reſcript. in* 6. Menoch. *conſ.* 143. *num.* a. Et proindè circa ipſa libertas conceſſa ſit à iure, ita, vt nulla nobis detur actio, aut exceptio contra aliquem, nec alteri contra nos, ſequitur, quod non pariant aliquod ius deducibile in iudicium, Menoch. *conſ.* 201. *num.* 6. & *conſ.* 748. *n.* 29. etiamſi per longiſſimum tempus exerceantur; quia non habent cauſam præcedentem, ex qua oriatur obligatio, & tempus non eſt modus inducendi obligationem, *l. obligationum*, §. *placet ff. de act. & oblig.* Et ideò nullo vnquam tempore præſcribi poſſunt, *l. Et habet*, §. *hoſpites*, *ff. de precario*, & *l. ſi mulieri*, *ff. quib. mod. vſufr. amit.* Præſertim quando nullus præcedit titulus, ex quo colorari poſſit hæc præcedentia, & ſic neceſſariò dimanat ex actu facultatiuo ad tradita per Add. ad *dec.* 162. coram Gregorio XV.

6 Et quamuis aliqui limitent hanc doctrinam, vt non obtineat, quando aliquid factum eſt tanto tempore, cuius initij non extet memoria, vt Io. Andr. *in cap. Peruenit*, *de cenſib.* Felin. *in cap. Cum M. Ferrarienſis*, *de conſtit.* Angel. *in l. ſi certis annis*, *C. de pact.* Bartol. *in l. Cum de in rem verſo*, *ff. de vſur.* Balb. *de præſcript. quæſt.* 1. *num.* 5. debet tamen hæc limitatio ita accipi, quando poteſt præſumi aliquis titulus, in quo fundari potuerit præſcriptio, ſecùs autem, quando ex natura ſua actus eſt talis, vt declaret, proceſſiſſe ex mera facultate. Si enim tempus non habet vim ex ſe ad inducendum obligationem, etiamſi ſit adeò longum, vt non extet memoria initij, non habebit vim inducendi, & proinde ſemper relinquet actum in eſſe facultatiuo; quod habetur ex doctrina Bald. *in l. licèt num.* 5. *C. de iur. delib.* Angel. *conſ.* 55. *num.* 3. Aretin. §. *Actionum num.* 54. *Inſtit. de act.* Corn. *conſ.* 305. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 201. *num.* 62. vbi alii, Cæpol. *de ſeruit. vrban. præd. rubr. de ſeruit. aquæduc. col.* 23.

7 Accedente iuris reſiſtentia, ne Regulares præcedant Clericis ſecularibus in proprijs eorum Eccleſijs, quo caſu, docto de titulo, nullum poteſt acquiri ius ex dictis actibus, Mareſcott. *var. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 6. Seraph. *dec.* 802. *n.* 2. Rot. *dec.* 205. *n.* 23. apud Poſth. *de manut.*

CONSVLTATIO L.

An quando Græci accedunt ad confitenda peccata apud Miſſionarium, teneatur Miſſionarius ab eis exigere confeſſionem generalem, quia, ſi non habent veram formam abſolutionis, pænitentium confeſſiones ſunt inualidæ, ideòque reiterandæ?

1 Forma autem abſolutionis Græcorum hæc eſt. *D. N. Ieſus Chriſtus, & Deus, qui hoc mandatum ligandi, atque ſoluendi peccata hominum dominis, & ſacris ſuis diſcipulis, & Apoſtolis tradidit, ipſe de excelſo prætereat omnia peccata, & omnes iniquitates tuas. Ego verò indignus eius ſeruus ab ipſis idem faciendi occaſiones, & cauſas nactus abſoluo te ab omni excommunicatione in quantum poſſum, & valeo, & tu indiges. Inſuper ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis quacunque coram Deo, & mea indignitate confeſſus es in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.*

2 *Vtrùm Miſſionarij teneantur interrogare Græcos ad pænitentiæ Sacramentum accedentes de eorum fide, v. g. de Summo Pontifice, de proceſſione Spiritus Sancti, de Glorificatione Sanctorum, de conſecratione in azimo, & purgatorio, in quibus vulgò errant Græci.* Interrogandi videntur, ne in dictis erroribus remaneant. Si autem interrogantur, periculum eſset, ne auerſionem in Eccleſiam Romanam concipiant, confeſſionemque apud illius Sacerdotē effugiant, exiſtimantes, illos de ipſorum fide dubitare, ritumque aliquo modo reprobare. Præterea quod accedendo implicitè videntur recognoſcere Summum Pontificem, & eius fidei veritatem.

3 *Vtrùm Miſſionarij in caſu neceſſitatis, aut mortis periculo, vbi non eſt copia Confeſſoris latini, licitè valeant apud Græcos ſchiſmaticos confiteri? Et vtrum Græcus, Eccleſiæ Romanæ reconciliatus, poſſit apud eoſdem Græcos confiteri ad euitandam grauem perſecutionem, aut damnum à ſchiſmaticis ſuſcitandum?*

4 *Vtrùm Græcus, ad ritum latinum conuerſus, poſſit iterum ad ritum græcum redire?*

5 *Vtrùm Sacerdos Miſſionarius in quadrageſima vacans muneri miſſionis, & inter Maronitas degens eo tempore ad miſſionem maximè congruo, poſſit celebrare Miſſam iuxta eorum conſuetudinem tertia hora poſt meridiem? Quia ſi antea celebraretur, vel pauciſſimi, aut potiùs nulli aderunt confeſſuri, & verbum Dei audituri, vel certè ſubitò, dicta Miſſa, ieiunium ſoluent contra eorum ritum, illos obligantem ad ieiunium protrahendum vſque ad horam tertiam pomeridianam. Quod ſi non liceat an talis diſpenſatio concedenda ſit?*

AD 1. Non teneri exigere Confeſſionem generalem, quia forma huiuſmodi abſolutionis permiſſa eſt in generali Concilio Florentino, & tolerantur Græci, ſi abſoluunt pœnitentes forma conſueta ab Eccleſia Orientali, vt ſæpè declarauit S. Congregatio S. Officij, præſertim 19. Decembris 1613. Eòque magis, quia præſens forma non ſolùm continet verba per modum precationis, ſed etiam per modum iudicij. 1

Ad 2. Negatiuè, niſi probabiliter crederent, pœnitentes ex malitia, vel negligentia aliquid neceſſarium ad integritatem Confeſſionis omittere; in hoc enim caſu tenentur eos interrogare circa id, quod prætermittere exiſtimatur, quia eo modo abſoluentes applicarent formam abſolutionis inſufficienti materiæ, nimirùm confeſſioni non integræ formaliter, quod eſt ſacrilegium. 2

Ad 3. Pro parte affirmatiua facit extrauagans *Ad Euitanda Martini V.* quod ſine vllo diſcrimine excommunicatas non denunciatos docet non eſſe vitandos, ac ſi excommunicati non eſſent. Et in caſu, quo pœnitens ſit conſtitutus in neceſſitate, admittit Caietan. *in* 3. *p. q.* 104. *num.* 6. & Suar. *ibid.* 3

Pro contraria verò parte facit, quod licèt iſti ſchiſmatici, in quantum non excommunicati nominatim, non ſint vitandi, in quantum tamen ſchiſmatici ſunt ſeparati à communicatione à iure Canonico, & priuati iuriſdictione, vt conſtat ex *c.* 1. & 2. *de ſchiſm.* Secundò, quia apertè Clemēs Papa VIII. in ſua Bulla de communicatione Latinorum cum Græcis ſub anno 1595. die 31. Auguſti hanc docet ſententiam: *Ordinati*, inquit, *ab Epiſcopis ſchiſmaticis, aliàs ritè ordinatis, ſeruata debita forma recipiunt quidem ordinem, ſed non executionem, & inſuper prohibentur in prædictis Ordinibus miniſtrare ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ.* Et confirmatur, quia in eadem Bulla de Sacramento pœnitentiæ dicitur in caſu neceſſitatis preſbyteros græcos Catholicos poſſe latinos abſoluere. Vbi per particulam illam, *Catholici*, ſchiſmatici videntur excludi, etiam in caſu neceſſitatis, quia eo ipſo quod ſchiſmatici ſunt, carent iuriſdictione. Et hanc partem tuetur Bellarm. *lib.* 2. *de Roman. Pontif. cap.* 30. 4

Quare cenſeo reſpondendum, in vtroque caſu non licere. Quatenus verò ſequi velimus opinionem Caietani, Suarez & aliorum, requiruntur ſequentes conditiones. Prima, ne vlla inde oriatur Catholicorum offenſio. Secunda, vt in Sacramento adminiſtrando, & recipiendo legitima Eccleſiæ forma ſeruetur, & miniſter verè ſit Sacerdos. Tertia, ne vlla ſit communicatio ritus, cæremoniæ, & ſchiſmaticæ prauitatis. Quarta, ne vllum immineat pœnitenti periculum erroris in fide. 5

Ad 4.

6 Ad 4. Negatiuè, & si quis Græcus id fecerit, graui pœna puniri debet, vt declarauit S. Congregatio S. Officij sub anno 1642. fol. 132.

7 Ad 5. Hoc idem dubium fuit propositum à Capuccinis septem vel octo ab hinc annis, & credo fuisse respoosum affirmatiuè, vel ad maiorem cautelam fuit concessa facultas celebrandi missam in illis Regionibus diebus tantùm ieiuniorum quagragesimæ vsque ad horam nonam, hoc est tertiam post meridiem. Quæ facultas fundatur in ritu antiquo, in authoritate Doctorum, in congruentia Christi, qui hora nona in Cruce expirauit, & in deuota obseruatione quarumdam nationum orientalium, vt alibi dicemus.

CONSVLTATIO LI.

CElebrato matrimonio inter duos Magnates hæreticos, etiam iuxta decretum S. Concilij Tridentini, quamuis in illa diœcesi non publicatum, postquam vixerint simul pluribus annis, & filios susceperint, vir catholicam religionem amplexus est; quare vxor id ægre ferens, & ortis inter ipsos coniuges varijs dissensionibus, credens Episcopus illas sedari, dictos coniuges separauit, fuitque inter eos conuentum, quod vxor posset viuere seorsim à viro, donec ipsa significaret ei suom animum mutatum, & procliuum ad illum amandum.

1 *Quæritur primò, an ista concordia, siue pactio sit valida?*

2 *Secundò, an dicta vxor sit compellenda, licèt hæretica Caluinista, ad cohabitandum cum suo Viro catholico, & ad præstandum ei debita obsequia matrimonij, cùm ipse vir sit præpotens Dominus, educet suam familiam catholicè, & moraliter nullum immmet periculum subuersionis ab vxore pertinacissima hæretica, & domina multarum ditionum?*

3 *Tertiò, quibus medijs iuridicis, siue prudentialibus possit, ac debeat ad id compelli?*

1 AD 1. concordiam, siue pactionem huiusmodi esse irritam. Primò quia stipulatio in arbitrium promittentis collata non valet, vt *in l. stipulatio 17. de verb. oblig.* Quia est cootra naturam contractus, qui est vltro, citroque obligatio. Quia autem in stipulationis contractu dicit, dabo si voluero, si arbitratus fuero, si putauero, id rectè agitur, ne necessitate dandi adstringatur. Huic similis dispositio est *in l. in vendentis C. de contr. empt.* vbi dicitur in vendentis, vel ementis voluotatem collata venditione, venditionem esse nullam, quia noo adstringit necessitate contraheotes. Hinc etiam Pomponius *in l. sub hac de oblig. & act.* ait: *Pro non dicto est enim quod dare, nisi velis, cogi non possit.* Et quamuis ea sit possibilis conditio, quia tempore sequenti velle poterit vxor sic promittens, adhuc tameo nulla est stipulatio, quia à principio non subsistit, & quod ab initio nullum est, tractu temporis non conualescit.

2 Secundò quia est pactio contraria naturæ matrimonij. Quia pactio ista in hoc casu habet pro obiecto id, quod est initio duarum obligationum omninò inter se pugnantium. Nam eo ipso quod voluit matrimonium, voluit obligari ad seruandam fidem, prolem, & Sacramentum. Ac eo ipso quod vult sub hac pactione diuertere, vult teneri ad omninò opposita. Implicat autem has duas obligationes simul nasci. Nam qui vult se obligare ad vnum, eo ipso vult non obligari ad aliud, quod oppositum est, cum ad opposita simul velle se obligare noo possit. Cum ergo exprimat pactionem, ad quam reuera vult obligationem consurgere, quæ opposita est obligationi legitimæ matrimonij, planum est, eo ipso nolle obligationem, quæ oascitur ex matrimonio, quæ est opposita illi obligationi, quam vult induci ex hac expressa pactione. Et io hoc sensu habet locum *cap. fin. de condit. apposit.* Quam rem explicant Sanch. *de matr. lib. 5. disp. 9.* Pontius *eod. tr. lib. 3. c. 9. num. 8.* & alij.

Ad 2. Affirmatiuè. Quia separatio inducta est in pœnam hæresis, & in fauorem Catholici, & ideò est voluntaria Catholico, si ille velit diuertere. Cumque in hoc casu oullum subsit periculum peruersionis ipsius viri, neque prolis iam susceptæ, ac suscipiendæ, non potest dirimi huiusmodi matrimonium *ex cap. Quanto de diuort.* Præsertim existente coosuetudine, quæ fit, vt apud Gallos ad Germanos catholici matrimonia cum hæreticis contrahant, & eum eisdem cohabitent. Quare posse catholicum cogere vxorem hæreticam, vt secum cohabitet, probat Sanchez pluribus ac solidis rationibus à paritate coniugis innocentis respectu adulteræ *lib. 10. disp. 13. num. 26. & disp. 10. num. 3.* Et quatenus opus sit poterit cum ipso dispensari, vt cum huiusmodi hæretica cohabitet ad euitandam infamiam facti ob bonum publicum Religionis Catholicæ, ac eorum subditorum. 3

Ad 3. Seruata iuris censura, poterit compelli ad huiusmodi obsequia censuris Ecclesiasticis. Nam hæretici subsunt iurisdictioni Ecclesiæ, licèt non sint in Ecclesia, vt per Ricciul. *de stat. person. lib. 5. cap. 12.* Perseuerante verò contumacia, poterit ad id compelli, etiam priuatione feudorum, & exemptione plebis christianæ ab obedientia, & subiectione ipsius vxoris hæreticæ, vt per Delben. *de offic. S. Inquis. p. 1. dub. 154. corol. 4.* ex auctoritate S. Scripturæ, Sanctorum Patrum, ac Doctorum. 4

Prudenter tamen agendo, debet hæc hæretica induci exhortationibus, ac persuasionibus sui Episcopi, ac etiam Nuncii Apostolici, si forsan adsit in illis partibus, aliorumque piorum Principum ad cohabitandum cum suo viro, instruendo illam, matrimonium inter catholicum, & hæreticam esse iodissolubile jure diuino, prohiberi coniuges, legitimo matrimonio coniugatos, separari, præsertim in odium fidei catholicæ, subesse periculum incontinentiæ viri, & forsan ipsius mulieris, teneri ad debitum coniugale, & similia. Quæ si noo prodeerint, & filij ex matrimonio geniti catholicèque educati extiterint, qui succedere debent feudis maternis, omneque periculum excluditur, ne perueniant ad hæreticos, consulendus est vir catholicus, vt ad euitanda maiora mala, viuat separatus à sua vxore hæretica sioe tameo periculo incontinentiæ. 5

CONSVLTATIO LII.

An excommunicatus in S. Tribunali S. Officij vigore Constitutionis B. Pij V. Si de protegendis, & insordescens in dicta excommunicatione per annum, possit audiri per procuratorem excusantem eius contumaciam, & insordescentiam ex quo sit à S. Pœnitentiaria absolutus in foro conscientia?

Et an admisso, & verificato dicto Breui cum absolutione subsequuta eius vigore, suffragetur prædicto contumaci, ne contra eum procedatur ad vlteriora, tanquam contra insordescentem?

AD 1. Negatiuè respondent Doctores, quos sequitur Carena *de offic. S. Inquisit. p. 3. tit. 11. §. 13. n. 50.* Idque ne pro defensione quidem innocentiæ, nisi reus se in carcerem constituat ex Farinacio *q. 185. n. 99.* Nam Inquisitores exquirere debent veritatem ex ore rei, & aliter iudicia redderentur irrita. Solùmque id admittitur ad allegandum causam absentiæ, nempè infirmitatis, vel alias exceptiones dilatorias opponi solitas, ante tamen litis contestationem ex Claro, Farinacio, Sousa, Palao, Carena *loc. cit.* & Bordono *de S. Trib. cap. 34. n. 33.* 1

Ad 2. Respondetur ex vigore iuris non suffragari. Nam absolutus in foro couscieotiæ, etiam post peractam pœoitentiam, potest pro eotum delicto accusari, & pu- 2

& puniri in foro exteriori per textum *in cap. admonere*, vbi Glos. & DD. 33. q. 2. traditque Glos. *in cap. de his in fin. de accus.* ibique Host. Butr, Abb. & Felin. *num. 6.* & iterum Glos. *in cap. Gaudemus, v. poterit de diuort.* Pegn. *ad Exmer. com. 25. vers. rursus* cum alijs, quos refert ac sequitur Ricciul. *de iur. person. lib. 4. cap. 68. num. 12.* & Caren. *p. 2. tit. 8. §. 6. n. 26.* Confirmaturque ex praxi S. Pœnitentiariæ, quæ solùm absolutiones huiusmodi concedit pro foro conscientiæ tantùm, & non aliter, vt ex formulis, quas adducit P. Leonius *in prax. pœnitent. p. 3. fol.* mihi 530. ac alibi, & ex Bullis Iubilæorum, in quibus semper apponitur clausula, quod absolutio à censuris in foro conscientiæ non suffragatur pro foro externo, vt ex Suarez firmat Carena, modò citatus, patetque ex facultatibus concessis à Summis Pontificibus eidem S. Pęnitentiariæ, præsertim ab Vrbano VIII. *in Constit. sua incip. Regimini* data 27. Septembris 1634. quod scilicet illa non potest absoluere hæreticos, delatos S. Officio. Si verò non sint adhuc delati, sed complices habent, vel conscios suæ hæresis, non potest illos absoluere, nisi prius apud S. Officium abiurauerint occultè, sed pro foro externo, & ibidem complices, seu conscios nominauerint, & tum eos absoluere pro foro conscientiæ tantùm. Hæreticos autem omninò occultos potest absoluere absque alia abiuratione penes S. Officium.

Secundùm verò æquitatem, quando absolutus in
3 foro conscientiæ egit humiliter pœnitentiam, si deinde accusetur in foro exteriori, erit cum eo mitius agendum, cùm ex absolutione petita, & pœnitentia peracta satis appareat crimen ipsi displicuisse, Ricciul. *loc. alleg. n. 16.* ita quidem, vt absolutio prædicta in foro conscientiæ operetur, quod Iudices non debeant sic absolutum declarare insordescentem, neque in effectus insordescentiæ incidisse, possitque admitti sic absolutus in iudicio, & extra iudicium ac si non esset excommunicatus, vt per Caren, *d. tit. 8. §. 6. num. 29.* ex Suarez & Valero ab eo relatis. Quia taliter absolutus non potest dici omninò inobediens mandatis Ecclesiæ, & contemptor censurarum, atque adeò debet mitius puniri in foro externo ex æquitate, secùs autem ex rigore iuris.

CONSVLTATIO LIII.

Cùm facultates concessæ quibusdam Episcopis in partibus sint, quæ sequuntur.

1 *Conferendi ordines extra tempora, & non seruatis interstitijs vsque ad presbyteratum inclusiuè, si Sacerdotum necessitas ibi fuerit.*

2 *Dispensandi in quibuscumque irregularitatibus, exceptis illis, quæ vel ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proueniunt.*

3 *Dispensandi super defectu ætatis vnius anni ob operariorum penuriam, vt promoueri possint ad Sacerdotium, si aliàs idonei fuerint.*

4 *Dispensandi, & commutandi vota simplicia, etiam castitatis ex rationabili causa in alia pia opera, non tamen Religionis.*

5 *Dispensandi in quacunque simonia, & in reali dimissis beneficijs, & super fructibus malè perceptis, iniuncta pœnitentia salutari, vel eleemosyna arbitrio dispensantis.*

6 *Dispensandi in 3. & 4. consanguinitatis & affinitatis simplici, & mixto tantùm, & in 2. & 3. & 4. mixtis, non tamen in 2. solo quoad futura matrimonia, quo verò ad præterita etiam in 2. solo, dummodo nullo modo attingat primum gradum cum his, qui ab hæresi, vel infidelitate conuertuntur ad fidem, vt supra, & in prædictis casibus prolem susceptam declarandi legitimam.*

7 *Dispensandi super impedimento publicæ honestatis iustitiæ ex sponsalibus proueniente.*

8 *Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen coniuge machinante, & restituendi ius petendi debitum amissum.*

9 *Dispensandi in impedimento cognationis spiritualis, præterquam inter leuantem, & leuatum.*

10 *Hæ vero dispensationes matrimoniales, videlicet 6. 7. 8. & 9. non concedantur, nisi cum clausula, dummodo mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat, & in dispensatione tenor huiusmodi facultatum inseratur cum expressione temporis, ad quam fuerint concessæ.*

11 *Dispensandi cum gentilibus & infidelibus plures vxores habentibus, vt post conuersionem, & baptismum, quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit conuerti.*

12 *Consecrandi olea cum Sacerdotibus, quos potuerit habere, dummodo ad minus sint quinque, non tamen extra diem Cœnæ Domini.*

13 *Delegandi simplicibus Sacerdotibus potestatem benedicendi paramenta, & alia vtensilia ad sacrificium missæ necessaria vbi non interuenit Sacra vnctio, & reconciliandi Ecclesias pollutas aqua ab Episcopo benedicta, & in casu necessitatis etiam aqua non benedicta ab Episcopo.*

14 *Largiendi ter in anno indulgentiam plenariam contritis, & confessis, & Sacra communione refectis.*

15 *Absoluendi ab hæresi, & apostasia à fide & quoscunque, etiam Ecclesiasticos, tam seculares, quam regulares, non tamen eos, qui ex locis fuerint, vbi Sanctum Officium exercetur, nisi in locis missionum, in quibus impunè grassantur hæreses, deliquerint, nec illos, qui iudicialiter abiurauerint, nisi isti nati sint vbi impunè grassantur hæreses, & post iudicialem abiurationem illuc reuersi in hæresim fuerint relapsi, & hos in foro conscientiæ tantum.*

16 *Absoluendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis.*

17 *Concedendi indulgentiam plenariam primo conuersis ab hæresi, atque etiam infidelibus quibuscumque in articulo mortis saltem contritis, si confiteri non poterunt.*

18 *Concedendi indulgentiam plenariam in oratione 40. horarum ter in anno indicenda diebus eidem Episcopo beneuisis contritis, & confessis, & sacra communione refectis, si tamen ex concursu populi, & expositione Sanctissimi Sacramenti nulla probabilis suspicio sit Sacrilegij ab hæreticis & infidelibus, aut magistratu offensum iri.*

19 *Lucrandi sibi easdem indulgentias.*

20 *Singulis secundis ferijs non impeditis officio nouem lectionum, vel, eis impeditis, die immediatè sequenti, Missam de requiem in quocumque altari, etiam portatili, liberandi animam in eius intentionem à purgatorij pœnis per modum suffragij.*

21 *Tenendi, & legendi, non tamen alijs concedendi libros hæreticorum, vel infidelium de eorum religione tractantium ad effectum eos impugnandi, & alios quomodolibet prohibitos, præter opera Caroli Molinæi, Nicolai Macchiauelli, & libros de Astrologia tractantes, ita tamen, vt libri ex illis prouincijs non efferantur.*

22 *Præficiendi parochijs regulares, eisque suos deputandi Vicarios in defectu secularium, de consensu tamen suorum Superiorum.*

23 *Celebrandi bis in die, si necessitas vrgeat ita tamen, vt in prima missa non sumpserit ablutionem per vnam horam ante auroram, & aliam post meridiem sine ministro sub dio, & sub terra, in loco tamen decenti, etiamsi altare sit fractum, vel sine reliquijs Sanctorum, & præsentibus hæreticis, schismaticis, infidelibus, & excommunicatis, ac aliter celebrari non possit.*

24 *Deferendi Sanctissimum Sacramentum occultè, & ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi pro eisdem infirmis in loco tamen decenti, si hæreticis, aut infidelibus sit periculum Sacrilegij.*

25 *Induendi vestibus secularibus, si aliter vel transire ad loca eius curæ commissa, vel in eis permanere, non poterit.*

26 *Recitandi Rosarium, vel alias preces, si breuiarium suum deferre non poterit, vel diuinum officium ob*

ali-

aliquod legitimum impedimentum recitare non valeat.

27 *Dispensandi quando expedire videbitur super vsu carnium, ouorum, & lacticiniorum tempore ieiuniorum, & præsertim quadragesima.*

Ideò quæritur.

Primo. Vtrum in omnibus istis facultatibus, & gratijs dispensandi in irregularitatibus, simonia, votis, absoluendi à reseruatis, & quæ sunt huiusmodi, in quibus nec determinantur personæ, nec earumque status, sed loquuntur indefinitè, & vniuersaliter sicuti sunt plures earum à prima vsque ad 17. inclusiuè, possint, aut debeant seruando in reliquis earum tenorem, & restrictionem extendi ad omnes personas, etiam non subditas prædictis Episcopis, nempè peregrini, exteri, aduenæ, religiosi, & moniales, etiam Societatis Iesu ita, vt omnes etiam suis Prælatis ignorantibus, aut contra eorum voluntatem possint à prædictis Episcopis absolui à quibuscumque censuris, & peccatis, prout in n.16. continetur, etiamsi ad speciale regimen suarum Religionum sint reseruata, & eadem ratione dispensari in irregularitatibus, simonijs, & ad eum modum, quo possent in anno Iubilæi absolui, vel à pœnitentiarijs Summis Pontificis, vel à quocumque Confessario approbato ab Ordinario virtute Iubilæi, dumtamen prædicti Episcopi in proprijs diœcesibus existunt, & prædicti Religiosi, peregrini, & aduenæ similiter reperiuntur in eisdem diœcesibus maximè si non per fraudem, & ad prædictas absolutiones, & dispensationes solùm ad eas appulerint, seu peruenerint?

2 *Vtrum ad prædictas gratias consequendas necesse sit, vt prædicti omnes habeant, vel assumant Bullam Cruciatæ respectu suspensionis factæ à generali Commissario Cruciatæ in Regnis Hispaniæ, in quibus fruuntur Cruciatæ priuilegio?*

3 *Vtrum prædictæ* facultates, & gratiæ sic absolutæ, & in quibus non ponitur clausula restrictiua in foro conscientiæ tantùm, vt ponitur in fine 15. in his, qui iudicialiter abiurauerunt ab hæresi, intelligendæ veniant pro vtroque foro absolutè, & sine restrictione, dum tamen seruentur reliquæ restrictiones in eisdem gratijs, & facultatibus appositis?

4 *Vtrum in* Insulis, in quibus, etsi per Commissarios exerceatur S. Inquisitionis officium, quia tamen non exercetur per Inquisitorum Tribunal, quod residet in ciuitate v. g. & Insulæ Canariæ respectu huius alterius diœcesis, possit Episcopus absoluere in vtroque foro, aut saltem in solo interiori, hæreticos, schismaticos, & apostatas, prout *in d. n.* 15. conceditur.

5 *Vtrum in facultate data* ad absoluendum ab omnibus casibus, Sedi Apostolicæ reseruatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, possint prædicti Episcopi practicè vti opinione illa grauissimorum Doctorum, asserentium, posse Confessarios in Iubilæis vniuersalibus, quando prædicta clausula ponitur absque restrictione, & limitatione hæresis, etiam virtute huius facultatis *num.* 16. quæ pari modo sine restrictione loquitur absoluere ab hæresi, etiam publica pro foro interiori, prout in prædictis Iubilæis? Et quid si prædicti absoluendi à prædictis reseruatis, contentis *in d. n.* 16. aliàs denunciati fuissent excommunicati iudicialiter, & in cedulonibus appositi, quod in percussoribus Clericorum enormi, aut enormissima percussione non difficile euenire poterit, vtrum tunc abolendi sint cedulones, ipsique criminosi pro foro externo habendi ab excommunicatione absoluti?

6 *Vtrum in casibus periculosis*, & occultis, in quibus inter eos, qui contracturi sunt matrimonium, adest impedimentum affinitatis ortæ ex copula illicita fornicaria, aut incestuosa, & difficillimum est, prædicta matrimonia impediri absque scandali nota, & infamia eorum, qui turpiter sic copulam habuerunt, & ad petendam dispensationem, etiam ditissimi essent, non possunt Romam adire ob nimiam distantiam, Turcarum, & itineris pericula per terras, & maria, instante tempore, & tunc quàm citius contrahere debeant, quia sic pactum est inter patres, tutores, aut consanguineos. Immò aliquando factæ denunciationes matrimoniales in Ecclesia, si in prædictis casibus infamiæ, & damnorum sic occultis, possint prædicti Episcopi ante factum matrimonium vti opinione Thomæ Sanchez, & aliorum Doctorum asserentium, posse Episcopos probabiliter in prædictis casibus, quando timentur considerabilia damna, si non contrahatur matrimonium, dispensare pro solo foro interno, etiam ante factum matrimonium. Et in aliquo Episcopatu pluries necessaria fuit huiusmodi gratia, & facultas, vt ex relatione diuersorum Missionariorum sum edoctus licet aliqui nunquam in prædicto impedimento ante factum matrimonium dispensauerint?

7 *Vtrum ad dispensandum in interstitiis* temporum ad Sacros Ordines, in quibus non ita coguntur nonnulli Episcopi; nam facilè expertus sum, eos in illis dispensare, satis sit in aliquo Episcopatu diuisio Insularum, pericula maris, ampliores sumptus, quos faciunt ordinandi, asperitas itineris in terra, vel alia honesta causa, ne præcisè seruanda sint à Concilio Tridentino tradita de vtilitate, vel necessitate Ecclesiæ, ne cum his Insulanis possint Episcopi dispensare, maximè cum ad hoc multoties interponantur preces, & aliquando importunæ Magnatum?

8 *Vtrum facultas data ad impertiendam* Indulgentiam plenariam *n.* 14. *&* 18. intelligi debeat vniuersaliter, vt tam in loco, aut Ciuitate, vbi resideant Episcopi, quàm in reliquis alijs locis suarum diœcesum, possint eisdem, vel differentibus diebus, dummodò in quolibet loco non excedatur à vice terna prædictam indulgentiam plenariam supplicare?

9 Vtrum quinquennium datum currere debeat à principio anni 1687. in quo incipit currere onus visitandi limina Apostolorum, licèt anteactæ sint datæ à die 4. Octobris 1687. vsque ad finem anni venturi 1689. inclusiuè?

Die 13. Augusti 1670. relata instantia Missionariorum, remissa à S. Congregatione de propaganda fide pro declaratione, an tempus præscriptum in facultatibus incipiat currere à die expeditionis, vel aduentus eorum in Missionibus, S. Congregatio dixit, quod facultates currunt à die, quo perueniunt ad locum Missionum.

10 Vtrum facultas data *num.* 23. celebrandi per vnam horam ante auroram, intelligenda sit in augmentum alterius horæ iam concessæ à S. Sede Apostolica anno 1679. simul ad aliam horam, quæ iure, & priuilegio datur itineris causa, & alia honesta recreatione omnibus Episcopis?

11 Vtrum in facultate concessa *num.* 20. ad liberandam animam è Purgatorio cum missa de requiem singulis secundis ferijs, officio nouem lectionum non impeditis, aliàs die immediatè sequenti, possit Episcopus, quando sequens dies etiam sit impeditus officio nouem lectionum, vel dicere missam de requiem, vel cum missa festi currentis prædictam indulgentiam applicare?

AD 1. Respondeo affirmatiuè, dummodo non in 1
fraudem iuxta Constitutionem Clementis X. anno I. eius Pontificatus §. *Et habentes facultatem absoluendi.*

Ad 2. Negatiuè. Alioquin facultates huiusmodi 2
essent frustra concessæ, & ideò censentur concessæ cumulatiuè.

Ad 3. Pro foro conscientiæ tantùm, vt declarauit 3
Vrbanus VIII. pro facultatibus Bullæ Cruciatæ in sua Constitutione *In specula* 19. Iunij 1630. §. 3. & est 105. *tom.* 4. *Bularis*, ibi: *Concessionem S. Cruciatæ, quæ respectu facultatis huiusmodi, etiam laicis, & Clericis secularibus cuiuscumque status, gradus, qualitatis & conditionis &c. quoad casus reseruatos, etiam in Bulla cœnæ Domini, hæresi excepta, contentos, non nisi in foro conscientiæ, non autem in foro externo suffragantur.* Ratio autem est, quia talis facultas conceditur in ordine ad ministrandum Sacramentum pœnitentiæ, atque adeò ordinatur ad amplificandum facultatem, & iurisdictionem ministri talis Sacramenti, & proinde est concessa solùm pro foro pœnitentiali, & non pro foro externo.

Ad

Ad 4. negatiuè, Quia talis potestas exercetur per Inquisitores, vel per eius Commissarios ad hunc effectum deputatos.

5 Ad 5. etiam negatiuè. Tum ex praxi. Tum ex declaratinne B. Pij anno 1572. Gregorij XIII. anno 1576. Tum ex dicta Constitutinne Vrbani VIII. pro explicatione similium facultatum Bullæ Cruciatæ verbis superiùs adductis. Tum quia crimen hæresis est specialiter delegatum Inquisitoribus ita, vt pen ipso institutum sit speciale Tribunal, in quo sit examinandum, & impendenda absolutio. Quare cum concessio talis facultatis sit vniuersalis delegatio in ordine ad absolutionem à reseruatis Apostolicæ Sedi, hæc vniuersalis delegatio non derogat speciali delegationi de crimine hæresis, iam factæ ipsum reducenti ad speciale Tribunal, immò hæc specialis delegatio derogat illi vniuersali, qnia generi per speciem derogatur, *l. in toto iure ff. de reg. iur. cap. 1. & cap. pastoralis de rescript.* Quod præsertim verum est, quia delegatio criminis hæresis est facta priuatiuè quoad cæteros. Et ideò censuris Ecclesiasticis irretiti, & denunciati cogi possunt, vt se gerant pro talibus, etiamsi in foro interno fuerint absoluti, vt ex *d. Constit. Clem. X. §. quinimo.*

6 Ad 6. affirmat Sanchez, Vasquez, & Salas, quos sequitur Pontius *de matr. lib. 8. cap. 13. n. 6.* tam ante, quàm post contractum matrimonium. Negant verò Garz. *de benef. p. 11. c. 5. n. 357.* & alij, qnia vt possit Episcopus in hoc casu dispensare, debet esse bona fide contractum matrimonium, si enim mala fide contractum est, non poterit Episcopus dispensare. Quia cum ea dispensatio detur ab Episcopo ex præsumpta licentia & consensu Summi Pontificis, non potest in eo casu præsumi, ne faueatur audaciæ, & iniquitati. Quod constat ex Trid. *sess. 24. de ref. matr. cap. 5.* cum velit carere spe dispensationis.

7 Ad 7. Seruanda decreta S. Concilij Trid. *sess. 23. c. 11. & 14. d. ref.* nimirùm in anno ab Ordinibus minoribus ad Subdiaconatum, & à Diaconatu ad Presbyteratum non potest Episcopus dispensare, nisi Ecclesiæ vtilitas, & necessitas id exposcat. In anno autem à Subdiaconatu ad Diaconatum potest ex qualibet rationabili causa ex verbis Concilij, ibi: *nisi aliud Episcopo videatur, vt ex cap. 13.*

8 Ad 8. affirmatiuè, quia hæc iurisdictio est voluntaria, atque adeò potest exerceri in quocumque loco, ac tempore ex Suarez *in 3. p. D. Thom. disp. 55. sect. 3. n. 17.*

9 Ad 9. Currere à die acceptationis facultatum, atque adeò à principio anni 1688. in quo visitanit limina Apostolorum.

10 Ad 10. Hora ante Aurorам concessa ex priuilegio potest tantùm anteponi toti illi tempori matutino, in quo licet celebrare secluso priuilegio. Quia Pontifex concedens priuilegium, & taxans tempus intendit concedere totum illud tempus, quod concedit tanquam aliàs non concessum, siue ex consuetudine, siue secundùm Doctorum opinionem, siue ex quocumque alio capite. Et proinde pro aurora est accipiendum totum tempus ante ortum Solis, in quo iuxta communem existimationem licet celebrare. Quod importat duas horas circiter ante ortum Solis, & his adiungendam horam priuilegij, vt per Doctores apud Pasqualig. *de sacrif. miss. q. 426. n. 6. & 7.* Neque extat priuilegium aut ius aliquod concedens Episcopis posse celebrare vna hora ante Auroram. Si tamen daretur vrgens causa, vt conficiendi viaticum, vel alius casus particularis, poterit dispensari, vt vna hora ante Auroram possit celebrare, vel facere coram se celebrare.

11 Ad 11. Debet celebrare missam festi currentis cum eadem Indulgentia, vt ex Constitutione Clementis IX. quam alibi adduxi.

CONSVLTATIO LIV.

1 *Vt seruari debeat sigillum Confessionis Sacramentalis quid requiratur?*

2 *Et an crimen reuelationis confessionis spectet ad S. Officium? Quomodo probetur? Et quæ pœna de iure communi?*

1 AD 1. respondeo ex parte pœnitentis requiritur, qnod confessio fiat ex intentione Sacramentali, animo scilicet se accusandi in hoc foro, & subijciendi se clauibus Ecclesiæ, vt per Caiet. 2. 2. *q. 70. ar. 1. & tom. 1. opusc. tr. 21.* Sot. *in 4. dist. 18. q. 4. ar. 5. & in relect. de secret. membr. 2. q. 7.* Nauar. *in man. cap. 18. n. 55.* Simanch. *tit. 42. n. 15.* Quare si confessio non fiat hoc animo, & intentinne, reuerà non est confessio, nec peccata subijciuntur clauibus, ac proinde non est res sacra, neque ex illa oritur sacrum secretum, Suarez *de pœnit. disp. 33. sect. 2. n. 6.*

2 Non obstat, quod pœnitens exterius præsumatur voluisse confiteri, ideòque protulit verba illa: *Confiteor Deo & tibi Pater.* Nam ex modo confitendi, & ex alijs circumstantijs apertè colligitur, illum non accessisse ad Confessarium animo confitendi, sed decipiendi confessarium, vt sit particeps sui delicti. Vndè etiamsi ipse pœnitens protestaretur, se loqui sub sigillo, nihil referret, si verè constaret, non accessisse ad finem obtinendi absolutionem, sed animo inducendi Confessarium ad aliquod peccatum, ad fractionem enim sigilli Sacramentalis est necessaria intentio se accusandi coram Iudice, à Christo constituto, vt ab illo vel absoluatur, vel curetur, seu iuuetur eo modo, quo ipse iudicauerit expedire, Perez *de pœnit. disp. 54. sect. 3. num. 14. & 7.*

3 Ad 2. affirmat Alphonsus de Leone *de offic. Confessar. recollect. 22. n. 12. cas. 3.* & Molfes. *tr. 7. cap. 23. n. 68. & seqq.*

4 At contra tenent Rodriq. *p. 1. sum. Cap. 63. n. 10.* Molfes. *p. 1. sum. tr. 7. c. 23. n. 68.* Bonac. *disp. 5. de pœnit. q. 6. sect. 5. pun. 1. n. 6.* Dian. *p. 4. tr. 8. resol. 95.* & Carena *de offic. Inquis. p. 1. tit. 17. §. 23. n. 91.* qui testatur de praxi.

5 Egn autem has contrarias sententias ita concilio.

6 Si est sermo de simplici delicto reuelationis confessionis, non videtur pertinere ad Tribunal S. Inquisitionis, sed ad Iudicem Ordinarium Ecclesiasticum *ex cap. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remis. in fine*, vbi cum Pontifex præmisisset prohibitionem reuelandi confessionem, decernit pœnam contra reuelantes, nempè depositionem, & detrusionem in monasterium ad perpetuam pœnitentiam, & nullam mentionem facit de Inquisitoribus, aut de hæresi, aut hæresis suspicione, quod satis indicat, hanc causam ad Ordinarium Iudicem spectare. Quia reuelatio confessionis secundùm se nec continet hæresim, nec illius suspicionem, quia reuelans delinquit solùm circa præceptum, quod non concernit fidem. Facultas autem Inquisitorum de iure est tantùm ad inquirendum contra hæresim, vt alibi diximus, est habetur *in cap. Accusatus, §. sanè de hæret. in 6.* Reuelatio autem confessionis ex natura sua non continet hæresim, neque inducit suspicionem hæresis, atque adeò non pertinet ad Tribunal Inquisitionis.

7 Quod si quandoque de aliquo crimine, ex quo hæresis suspicio non oritur, eius Tribunal cognoscit, id specialiter fuit ei concessum per decreta Summorum Pontificum, prout ex peculiaribus Pij IV. Gregorij XIII. & Vrbani VIII. rescriptis, de quibus Sousa *in aphorism. Inquis. lib. 1. cap. 59. n. 10.* Lusitaniæ Inquisitores de sodomia cognoscunt. Et ita ex Molfesio, ac Diana tradit Carena *de Inquis. tit. 17. n. 91. & seqq.*

8 Si verò confessionis reuelatio sit ita qualificata, vt inde oriatur suspicio hæresis, tunc quidem pote-

poterunt Inquisitores contra reuelantes procedere, saltem ad inquirendum, quid sentiant de fide, ac de pœnitentiæ Sacramento, vt notat etiam ex Molfesio, Carena loco allegato. Nam tunc subintrat iurisdictio Inquisitorum, tanquam ea, quæ concessa est pro conseruatione fidei Catholicæ.

9 Reuelatio autem confessionis tunc esset qualificata in ordine ad hunc effectum, quando non ex malitia reuelantis censeretur prouenire, sed ex eiusdem prauo sensu circa res fidei, vt si reuelans frequenter incidisset in huiusmodi crimen; quia tunc ostenderet se contemnere obligationem sigilli, atque adeò de illa malè sentiret. Aut si ita reuelaret confessionem, vt simul verbis, aut facto declararet, sigillum confessionis esse paruipendendum, & non curandum. Quia hoc pacto videretur non credere strictam obligationem ipsius, aut aliquo alio modo declararet, se non æstimare huiusmodi sigillum. Aut si sit improbæ vitæ, & aliàs de hæresi suspectus, prout in casu simili Congregationem S. Officij Cremonæ die 9. Nouembris 1587. censuisse, ait idem Carena. Iuxta distinctionem à me traditam extant hanc in re declarationes S. Congregationis S. Officij, quæ reuera non sunt, sed videntur contrariæ.

10 Porrò crimen reuelationis probatur eodem modo, quo probatur crimen sollicitationis in confessione, per testes scilicet singulares, de qua re nos etiam alibi; docentque plures Doctores, quos refert Molfesius *in sum. tr.7.cap.23.n.64.& seq.* Quod si accusator, siue denunciator sit pœnitens, in dubio ei fides præstatur, & Confessario incumbit onus probandi, si aliunde sciuisse factum illud, vel habuisse licentiam ab ipso pœnitente reuelandi, & ita sentire subdit D. Thomam *in 4.dist.25. q.3.ar.2.* Ostiensem, Syluestrum, & Megalam, quos ait etiam docere, quod quando accusans, vel denuncians esset persona extranea, in dubio crederetur Confessario. At mihi innixo auctoritati Rodriquez, Molfesij, Menochij, & aliorum placet contraria sententia, scilicet quod, cæteris paribus, in dubio debet credi potius Confessario, quàm pœnitenti accusanti, seu denuncianti, quia Iudici in foro exteriori creditur in ijs, quæ spectant ad eius officium, & aliter sciri nequeunt; nam ijs præsumitur pro ipso, *cap. Significauit de appell.* cum alijs congestis à Mascardo *de prob. concl.951.n.30.* Ergo eò magis hoc procedit in hoc casu. Quia Confessarius est Iudex in foro interiori, & ex arctitudine sigilli præsumitur illud inuiolabiliter seruasse, & solùm de licentia pœnitentis reuelasse. Prætereà probatio per testes est arbitraria Iudici, vt docent communiter Doctores, & clarè habetur *in l.3.ff.de testib.* & latissimè tradit Menoch. *de arb. Iud. lib.2.cas.90.* Ideòque Iudex debet magis fidem præstare Confessario, quàm pœnitenti, cum eius testimonium præferatur alijs testibus, vt post alios probant idem Mascardus *concl.306.* Anna *cons.50.n.11.* Borgnin. *dec.6.n.338. p.1.* & ita in præsenti casu pluries ab eximijs viris resolutum fuisse, testatur Molfesius, ne sit in facultate cuiuslibet mulierculæ triobolaris quoslibet Confessarios probatissimæ vitæ hac infamia afficere.

11 Si quis igitur obiecerit Confessario, quod reuelauerit confessionem, credendum est ipsi Confessario, præsertim probo, si dixerit se habuisse à pœnitente licentiam reuelandi, vt propterea non teneatur id probare, quia hæc licentia secretò, & sine testibus concedi solet; Quapropter in defectum aliarum probationum sufficit iuramentum Sacerdotis, Menoch. *præsumpt.58.n.15.lib.1.* Viuios *com.opin.v.Confessario*, Hyppol. *in pr. 8. diligenter n. 99.* Lap. *alleg.94.* post initium, Cotta *in memor. v. iuramentum*, Diaz *in pr.c.112.n.4.* ibique Salcedus, alijque. In secretis enim, quando sumus in dubio, stari debet iuramento rei, *cap. si verò de sent. excom.* vbi Glos. *& can. lectum 2. q.2.* notatque Lap *alleg.47.n.6.* ac Felin. *in cap. Significasti 1.n.4.fallent.3. de homic.* Præcipuè si adminicularetur ex eo, quod dum reuelauit, dixit, se id facere de licentia pœnitentis.

12 Idem propter easdem rationes dicendum videtur, si Confessarius fateatur reuelasse tale dictum, sed neget, illud habuisse in confessione, quamuis præsumendum esse contra confessarium, nisi doceatur aliunde sciuisse, teneant Od. Abb. & Cardin. *in cap. omnis de pœnit. & remis.* Angel. *v.confessio n.21.* Lap. *alleg.94.* Felin. *in cap.1.de except.col.1.* Barbat. *cons.70. vol.2.* Rip. *in tr. de pest.lib.3.n.106.* Diaz. *loc.cit.ad fin.* Nauar. *in c.Sacerdos n.163. de pœn.d.6.* vbi ad id in casu simili allegat dictum singulare Innocentij *in cap. Quia verisimile de præsumpt.* Qui tamen addunt non esse puniendum pœna ordinaria, quia apertè non conuincitur de delicto, Royas *sing.3.n.44.* & Mascardus *concl.1192.n.5.*

At si Confessarius dicat, & excipiat, quod aliunde sciuerit, tunc tenetur id probare, quia sumus in materia, quæ est capax probationis, cùm possit id adducere, vndè sciuerit, Abb. *in d.cap. Omnis in fin.* Innoc. *in cap. Super his de accus.* Io. Andr. *ibid.* & Salcedus ad Diaz *d. cap. 112.* adeò quod, si non probauerit, cùm constet de reuelatione, præsumptio erit contra ipsum, ac proinde punietur, saltem pœna extraordinaria. Quia cùm crimen non sit plenè probatum, non habet locum pœna ordinaria. 13

An autem confessor prohibetur reuelare, non tantùm peccatorem, sed etiam peccatum in Sacramento pœnitentiæ sibi detectum, affirmat Abb. *in d.cap. Omnis n.8.* putans, Sacerdotem incidere in pœnam ibi statutam. Probat primò ex eo textu ibi: *Qui peccatum*. Secundò à speciali in verbis præcedentibus; nam textus permittit Sacerdoti reuelationem in vno casu dumtaxat, idest cum indiget prudentiori consilio, & tunc debet etiam cautè reuelare. Tertiò ratione; nam Sacerdos ita scit peccatum, sicut peccatorem, tanquam Dei minister. 14

Oppositum censent Paludanus *in 4. d.21.* & communiter Theologi, vt testatur Nauar. *in d.cap. Sacerdos n.75.* modò tanta cautela id faceret, vt nullatenus in notitiam peccatoris deueniri posset. Primò per *cap. Officij de pœnit. & remis.* vbi Cardinalis Legatus significauit Papæ peccatum suppositi partus, in pœnitentia sibi confessum, nec Papa hoc factum damnauit. Sed hunc textum minimè vrgere puto cum Nauarro *loc. cit. n.78.* quia causa reuelandi fuit, vt peteretur consilium super casu dubio, quod specialiter permittitur *in d.cap. Omnis.* Secundò, quia causa finalis, cur prohibita sit reuelatio peccati in pœnitentia confessi, est, ne prodatur peccator, & sic fideles à confessione Sacramentali deterreantur, *vt in d. cap. Omnis.* Per reuelationem autem peccati tantum, peccator ipse non proditur, dummodò cautè id fiat, vt fecit Cardinalis ille Legatus *in d. cap. officij*, & patet *in cap. Si Sacerdos de offic. ordin.* & *in cap. Significasti*, ibi: *nomen adulteri celans, de adult.* Atque adeò cessat prohibitio, *arg. cap. Et si Christus de iureiur. cap. cum cessante de appel. & l. adigere, §. quamuis ff. de iure patr.* 15

Vt autem hæ sententiæ concilientur, distinguendum est. Peccata ipsa sine expressione personæ non cadunt sub sigillum Confessionis Sacramentalis. Quia hoc sigillum, sicut & confessio, est de necessitate Sacramenti, ac de iure diuino, vt docet D. Thom. *in 4.d.21. q.3. ar. 1.q.1.in corp. & in resp. ad 2.* Syluest. *in sum. v. Confessio 3. n.2.* & passim Theologi, & Canonistæ, ac proinde Ecclesia super hoc sigillo dispensare non potest. Nam, vt ibi docet D. Thomas, præceptum de sigillo confessionis seruando sequitur ipsum Sacramentum. Et ideò sicut præceptum de confessione Sacramentali facienda est de iure diuino, & non potest aliqua dispensatione, vel iussione humana ab illa absolui, ita nullus ad reuelationem confessionis potest ab homine cogi. Quod innuit textus *in cap. Si Sacerdos de offic. ord.* dum decernit, Ordinandum posse indeterminatè tantùm; & non nominatim arguere, vel punire eum, quem in confessione nouit esse criminis reum, quia non scit, vt Iudex, vel homo, sed vt Deus. Et quia Sacerdos in actu confessionis est Vicarius Dei specialis, Papa verò generalis. Specialis autem, quoad illam speciem, maior est generali, *cap. studuisti de offic. deleg.* Glos. *in d. cap. dilectus*, ibi: *Et in hoc maior erat ipsis Rectoribus, quia Dei legatione fungitur*. Atque adeò non potest Papa super sigillo confessionis dispensare. 16

Itaque si peccata ipsa caderent sub sigillo confessionis, non potuisset Innocentius Tertius, & Concilium generale statuere, sicut statuit *in d.cap. Omnis*, vt liceret Sacerdo- 17

ßori, ſi prudentiori conſilio indiguerit, reuelare peccatum ſibi confeſſum. Quia præter pœnitentem, nullus mortalium diſpenſare poteſt, vt liceat frangere ſigillum confeſſioois Sacramentalis, nedum pro prudentiori conſilio exquirendo, ſed nec pro alia cauſa, quantumuis graui, immò oe ſiquidem ageretur de ſalute totius mundi, vt loquitur Sot. *de tegen. ſecret. q. 7. membr. 2. concl. 4.* Aut igitur Papa cum Concilio *in d. cap. Omnis* permiſit reuelationem peccati contra neceſſitatem Sacramenti, & diuinam iuriſdictionem, quod impium, & erroneum eſt aſſerere per textum *in can. Sunt quidam* 25. q. 1. Aut reuelatio peccati ſine expreſſione peccatoris ad ſigillum confeſſionis non pertinet.

28 Et ſanè ſi Concilium ſtatuiſſet, vt pro prudentiori conſilio liceret Confeſſori reuelare peccatorem, nemo auderet affirmare, boc ſtatutum eſſe validum, quia per hoc violaretur ſigillom Confeſſionis, qood eſt de iure diuino, contra quod Eccleſia non diſpenſat, vt *in d. can. ſunt quidam.* Ergo eodem modo oon potuiſſet Concilium ſtatuere, vt liceret pro prudentiori conſilio peccatum reuelare, ſi peccatum ipſum non ſecus, ac peccator caderet ſub hoc ſigillum. Vode conuincitur, noo violare ſigillum confeſſionis, qui peccatum reuelat ita cautè, vt inde in notitiam peccatoris deueniri non poſſit, & in hoc caſu ſaluari poſſe Theologorum ſententiam, ioquit Fagnan. *in cap. officy de pœnit. & remiſ.*

19 Reuelatio verò peccati ſine expreſſione perſonæ cadit ſub prohibitionem poſitiuam Eccleſiæ, de qua in *d. cap. Omnis.* Tum quia, id probat textus *in d. cap. Omnis.* Tum propter periculum manifeſtationis pœoitentis. Vbi enim vertitur ſalutis periculum, Eccleſia generaliter aliquid ſtatuit, vel prohibet ad cautelam eorum, quæ poſſunt conſurgere, vt *in can. dixit Dominus* 32. q. 1. in *cap. licet de elect. in cap. ad aures de temp. ordin.* & *in cap. Romana* §. *in Vniuerſitatem de ſent. excom. in 6.* Nemo enim negauerit, ex reuelatione peccati moltoties deueniri in cognitionem eius, qui confeſſus eſt, facilèque eſſe aliena præcipuè ſubtiliter indagantibus, coniuogendo tempus, locum, ſpeciem peccati, qualitatem perſonarum, & alia id genos, peruenire in notitiam, aut ſaltem in ſuſpicionem pœnitentis. Atque adeò prouidè ſanxit Concilium *in d. cap. Omnis*, vt ne peccatum quidem ipſum liceat reuelari.

20 Quinimmò ſi accuratè expendatur textus *in d. cap. Omnis*, apparebit, prohibitam eſſe reuelationem peccàti, etiamſi exinde non ſequatur maoifeſtatio confitentis. Nam ibi permittitur reuelatio peccati io caſu ſpeciali dumtaxat, cùm videlicet Sacerdos indiget prudentiori conſilio, & tunc ita demum, ſi cautè boc fiat, & ſine vlla expreſſione perſonæ, vt patet ex illius verbis *verſ. Sed ſi.* Ergo per locum à ſpeciali extra illum caſum probibita eſt reuelatio peccati, etiamſi fiat cum cautela Nauarri, & ſine vlla expreſſione perſonæ. Alioqnin ſi io omnibus caſibus liceret indiſtinctè reuelare peccatum cautè, & perſona penitentis non expreſſa, ineptè Concilium permiſiſſet, vt liceret reuelare peccatum cautè & ſine expreſſione perſonæ in vno caſu dumtaxat, ideſt cum Sacerdos eget prudentiori conſilio. In illo igitur caſu, in alijs cenſetur prohibitum, *cap. ex tuarum*, ibique Gloſ. *fin. de auth. & vſ. pal.* Gloſ. *vlt. in fin.* & Doctores *in cap. nonne de præſumpt.*

21 Per has conſiderationes putat idem Fagnanus loco allegato, ſaluari poſſe opininnem Abbatis, non autem ex eo, quod Sacerdos ſcit peccatum, ſicut peccatorem, taoquam Dei miniſter. Quia hæc ratio congruit tantummodò violationi ſigilli Sacramentalis iure diuino prohibitæ; at reuelatio peccati ſine expreſſinne perſonæ, non iure diuino, ſed Eccleſiaſtico tantùm ioterdicta eſt.

22 Cæterum quoad pœnam depoſitionis ab Ordine Sacerdotali, & perpetuæ detruſionis in monaſterium, quæ in prædicta *cap. Omnis* imponitur Sacerdoti, qui peccatū in pęnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, nimius eſſet rigor, vt in eam indiſtinctè incideret quilibet Sacerdos, qui diceret, ſe peccatum aliquod audiuiſſe in confeſſione, licèt nullo modo proderet peccatorem. Immò Nauarrus in *d. cap. Sacerdos n. 80. de pœnit. d. 6.* opinatur, hoc noonunquam fieri poſſe cum fructu, puta ſi aliquis io ſui excuſationem, vel aliorum accuſationem contenderet talia, vel talia peccata, vel tales circumſtantias ab aliquibus non ſolere in confeſſione aperiri. Tunc enim Sacerdos, qui aſſereret, immò id ſolitum eſſe, ſibique illa frequenter in pœnitentia aperta fuiſſe, cum fructu loqueretur ſecundum Nauarrum. Et quamuis hæc theorica Fagnano loco citato *num. 39.* non probetur, quia Sacerdos pro errore proximi confutando, alijs medijs vti debet, quàm reuelatione circumſtantiæ ſibi detectæ in Sacramento pœnitentiæ, ſicut Clemens VIII. in decreto edito ſoper caſuum reſeruatione dixit, diligentiſſimè cauendum eſſe à Superioribus Regularibus, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtaotur; tamen Sacerdos qui Nauarri doctrinam ſeruaret, vtique plectendus non eſſet grauiſſima illa pœna depoſitionis, & detruſionis ad modum pœnitentis ſimoniaci, & hæretici, vt in *cap. Quoniam de ſimon. cap. penult. de haret.* & notat in prædicto *cap. Omnis* Io. Andr. Cùm præſertim Concilium ibi vtatur verbo illo *præſumpſerit*, quod iocludit eos tantùm, qood dolo, ac temeritate, oon autem eos, qoi per ſimplicitatem, & aliqua probabili ratione ducti in legem committunt, vt tenet Cardinal. *in Clem. 1. q. 39. de priuil.* ad quod plura de more cumulat Tiraquel. *de pœn. cap. 43.*

Quare exiſtimo cum Fagnano, ex boc relioquendom 23
eſſe arbitrio Iudicis, qui, facti circumſtantijs maturè perpenſis, dijudicet, an buiuſmodi pœna ſit exequenda, vel potius temperanda, ſecundum ea, quæ generaliter adnotauit Henr. Boich *in cap. in Archiepiſcopatu col. 2. de rapt.* & fuſius Marian. Socin. *in cap. licet à num. 22. de pœn.* Præcipua autem ratio habenda eſſet cauſæ reuelationis; præſertim qnia Concilium in prædicta decretali *Omnis*, quamuis exprimat tantummodò caſum, cum Sacerdos prudentiori conſilio indiguerit, per hoc tamen non videtur excindere alios caſus ſimiles. Nam exceptio in vno caſu non firmat regulam in contrarium in alijs caſibus, qni ſunt ſimiles exceptis, etiamſi alibi non reperiantur ſpecificè excepti per textum *in cap. Cum dilecta*, vbi hoc notat Abb. *num. 6. de confirm. vtil. vel inutil.* Gloſ. *in l. fin. v. voluerit C. de reuoc. donat.* Alex. *conſ. 130. num. 6. lib. 4.* Vbi ampliat, hoc procedere, etiamſi exceptioni adiecta ſit dictio taxatiua.

Vndè ſi pœnitens confiteretur caſum, Epiſcopo reſer- 24
oatum, & Sacerdos non haberet facultatem abſoluendi ab illo caſu, neque Epiſcopus vellet eam generaliter impertiri, ſed io caſibus particularibus dumtaxat, vtique non eſſet violator probibitionis Concilij Sacerdos, qui in illo ſpeciali caſu peteret ab Epiſcopo hanc ſibi facultatem fieri. Maximè, quia io præcitato decreto Clementis VIII. inter cętera cautum eſt, vt Confeſſarijs Regularibus in ſingulis domibus per Superiores deputatis reſeruatorum abſolutio committatur, quando caſus occurrerit, in quo eam debere committi, ipſe in primis Confeſſarios iudicauerit. Quod certè ad praxim deduci non poteſt ſine manifeſtatiooe illius caſus, in pęnitentia detecti.

Quod ſi vrgeas, petendam eſſe licentiam reuelandi il- 25
lum caſum à pœnitente, replicat Fagnanus *num. 44.* idipſum fieri poſſe cùm Sacerdos indiget prudentiori conſilio, & tamen eo caſu Concilium non arctauit Confeſſorem ad petendam boiuſmodi liceotiam, oeque ex *d. cap. officii* apparet, Cardinalem Legatum ſignificaſſe Papæ de licentia mulieris pœnitentis caſum ſuppoſiti partus, in confeſſione ſibi detectum.

Ex *d. can. Sacerdos de pœnit. d. 6.* & ex *d. cap.* 26
Omnis de pœnit. & remiſ. aliqui Doctores colligunt, reuelantem ſecretum confeſſionis incurrere ipſo facto ioſamiam, & conſequenter irregularitatem ex *d. can. Sacerdos*, & ſaltem, poſita notorietate iuris, aut facti, quia omne crimeo enorme de poſitione dignum notorium infamat ſecundùm magis communem, & reddit irregularem. Dicitur autem crimen enorme de iure canonico, pro quo venit imponenda pœna detruſionis io monaſterium, Abb. *in cap. sua de pœnit.* Clar. *in pr. crim.* §. 1. vt in hoc caſu contingit. Et quod reuelans confeſſionem ſit irregularis ipſo facto, tenet Speculator, quem ſequitur Maiol. *lib. 5. cap. 19. num. 6.* qui addit, irregu-

gulatem quoque fieri fecularem, qui audita peccata alicuius confitentis facramentaliter reuelat, fed quod ipfo facto ante notorietatem criminis non fit irregularis, tenendum eft. Nam *can. Sacerdos* oominat eos ignominiofos ratione illius publicæ, & folemois pęniteotię, quę reddit infamem, qnaodo imponitur ex graui delicto; fed non antequam imponatur fpecialiter ab homine. Si autem fequuta fuerit fententia condematoria, non dubitatur, talem effe irregularem, etiam fpeciali titulo ob infamiam iuris ex hoc crimine publico. Quidquid io contrarium dicat Bordonus *refol.9. n.* 30. Et de ignominia pofita *in d. can. Sacerdos* non haberi tationem, quia ille textus eft correctus à textu *in d.cap. Omnis vtriufque*, & non teperiri alibi in iure hanc irregolaritatem. Nam *cap. Omnis* non abftulir ingnominiam, fed addidit detrufionem in Monafterium. Deindè id faltem locom habet poft fententiam declaratoriam, vt fupta dictum eft. Aduertendum tamen, quod illa pęna peregrinationis, *in d. can. Sacerdos* inflicta, fuit commutata per *d. cap. Omnis*, in pęnam detrufionis in Monafterium. Et hodie pęna detrufioois in Monafterium eft commotata ex confuetudine io pęnam triremium Farinac. *q.* 119. *n.* 55. De pęnis autem ferendis contra tales delinquentes vide Menoch. *de arbitr. caf.* 414. & Bernard. Diaz *cap.* 112. ibique Salcedum.

27 Ad quem autem Iudicem hæc cognitio fpectet, fi Confeffarius frangens figillum Confeffionis Sacramentalis fit Regularis, certum eft, quod Epifcopus poteft illum fufpendere à confeffiooibus audiendis. Sed an alijs pęnis à iure inflictis poffit contra illum procedere, vel illum punire debeat fuus Superior Regularis, Cefpedes *de exempt. Regular.* vbi poteftatem ferè omnem Epifcopi in Regulares infringere conatur, tamen in *cap.* 16. *dub.* 264. fauet Epifcopis, ioquiens poft Conftitutionem Gregorij XV. *Infcrutabili*, poteftatem Epifcopi non effe in hoc coarctatam, fed quacunque pęna poffe in dictos Regulares procedere. Deounciationes autem contra Regulares, reuelantes confeffionem, remittuntur eorum Superioribus, qui fi quid graue compererint, tenentur certiorem reddere S. Officium. Non tamen impediuntur Regulares recurrere ad S. Officium.

CONSVLTATIO LV.

1 *An perfona Catholica iuncta matrimonio in faciem Ecclefiæ, præfentibus Sacerdote, & teftibus, poffint poftea renouare verba Sacramenti, & dare dexteras coram miniftro, & teftibus in templo hæreticorum, ad hoc tantùm, vt effugiant leges pęnales, graues quidem?*

2 *Vtrum ad eafdem leges pęnales effugiendas Catholici parentes poffint permittere, vt liberi baptizentur à miniftro hæretico, cum in multis locis feuerè puniantur carcere, & mulcta, qui aliter faciunt, vt in matrimonio?*

3 *An liceat vti chrifmate, ac oleo Sancto infirmorum veteri ad triennium, & vltra, cum non fuppetat copia habendi olea recentia, vt fæpè contingit?*

4 *An liceat vti candelis ex adipe animalium in facrificio, cum fępè non fuppetat copia habendi cereas?*

5 *An fufficiat teftimonium Medici hæretici ad hoc, vt concedatur licentia Catholico comedendi carnes diebus prohibitis? & cum multis non fit facile vel illud ipfum teftimonium, vtrum Sacerdos in verbo pęnitentis poffit talem concedere licentiam?*

6 *An Catholici poffint permittere, aut etiam imperare feruis, tam hæreticis, quàm Catholicis, vt laborent diebus feftis, præfertim cum plures habeant feruos hæreticos, quàm Catholicos, nec illi abfque iftis laborare velint, fed abutantur die fefto impotationibus, & fcurrilitatibus, cùm non habeant plerumque pias occupationes?*

7 *An teneantur Catholici obferuare dies feftos S. Iofephi, S. Sylueftri, & S. Annæ, & an laici teneantur ijs diebus abftinere ab opere ferūili?*

8 *An liceat conferre cęremonias baptifmi filijs Catholicorum baptizatis ab hæreticis miniftris?*

9 *An liceat patrono Catholico præfentare miniftrum hæreticum ad beneficium Ecclefiafticum, ne amittat ius patronatus?*

10 *An liceat conferre eafdem cęremonias hæreticis ad fidem conuerfis, enixè petentibus, cùm experientia conftet, quod eadem collatæ cuidam hæretico conuerfo ad fidem, fed pofteà mente capto, & furiofo, fanum illum, & mentis compotem reddiderint?*

11 *An liceat conferre eafdem cęremonias liberis, quorum pater hæreticus eft, at mater Catholica enixè rogans, vt fuppleantur cęremoniæ, & fperans fore, vt vnus, aut alter eorum, & faltem filię educentur in fide Catholica?*

12 *An liceat baptizare fpurios hæreticorum liberos, quibus baptifmum conferre fæpè recufant miniftri hæretici, donec parentes foluant mulctam pecuniariam, & publicam agant pęnitentiam?*

13 *An liceat iungere matrimonio aliquos hæreticos fub promiffione euadendi Catholicos.*

AD 1. Noo poffe, fed peccare, fecùs autem fi minifter affiftit, taoquam magiftratus politicus. 1

Ad 2. Negatiuè, nifi in cafu abfolutæ neceffitatis, quia in diuinis, & io facris hæretici iure diuino funt vitandi, primò quia ex huiufmodi cum hæreticis fermonis, & rerom communicatione oritur offenfio, aut fcandalum. Secundò, quia plerumque Catholicis imminet periculum fpiritualis exitij, & interitus, videlicet perfidiæ, & catholicæ religionis contemptus. Tertiò, quia ex hoc fufpicio nafcitur, quod verbo, figno, vel facto hęreticorum ritus, mores, aut dogmata profitemur, vt aduertit Thom. à Iefu *de conuerfione omn. gent. proc. lib.* 8. §. 4. *par.* 2. 2

Ad 3. licere ex difpenfatione Apoftolica concedenda; nam quod fit nouum, & recens non eft de neceffitate Sacrameoti, fed præcepti, quod habetur *ex cap.* 36. Coocilij Cartag. 4. *cap.* 3. Concilij Vafenfis *cap.* 12. Concilij Toletan. 1. *cap. omni tempore de confecr. d.* 4. *can. Si quis de alio de confecr. ead. d. & ex cap. Quoniam de fentent. excommunication. in* 6. dommodo tamen chrifma fubftantialiter incorruptum maneat, & fragrantiam, feu odorem balfami retineat. Nam, fi hunc omninò amififfet, aut omninò nulla, aut certè valdè dubia materia effet, quia iam videretur omninò corrupta, faltem quantum ad mixtionem ex oleo, & balfamo. Ita Suar. *in* 3. *p. D. Thom. q.* 72. *ar.* 4. *fect.* 1. §. *hic verò*. 3

Ad 4. Negat Suarez *in* 3. *p. D. Thom. q.* 83. *ar.* 4. *fect.* 6. §. *tertio*, vbi, etfi quando candela cerea haberi non poffet, noo damnat peccati mortalis eum, qoi fine fcandalo, & contemptu, fed ex deuotione cum fola lucerna ex oleo miffam diceret, inferiorem tamen materiam nullo modo adhibendam effe cenfet, vt ex feuo, vel fimili, dicens effe valdè indecentem, & ab Ecclefiæ vfu prorfus alienam. Alij verò apud Pafqualig. *de facrif. miff. quæft.* 726. *num.* 4. tradunt, poffe adhiberi lumen etiam ex adipe; quare 4

respondendum censeo, quod, deficientibus candelis cereis, possunt adhiberi lumina ex oleo, deficiente oleo, possunt adhiberi candelæ ex adipe, saltem ex dispensatione Apostolica. Nam, licèt ritus adhibendi lumen ex cera in sacrificio missę, sit antiquissimus ex eodem Pasqualigo *ibid.n.1.* de iure tamen nulla adest obligatio adhibendi lumen ex cera, sed solùm in *cap.fin. de celebr. missar.* damnatur ille presbyter, qui sine igne sacrificabat. Quare licet vti luminibus ex oleo, vti fit coram SS. Eucharistiæ Sacramento; vel ob precisam necessitatem ex adipe, saltem ex dispensatione Apostolica, cùm id tantùm sit contra consuetudinem Ecclesiæ, in qua ob grauem necessitatem potest dispensari.

5 Ad 5. sufficere verbum pęnitentis arbitrio Parochorum, siue Confessariorum, dummodò fiat absque scandalo, maximè verò si causa sit euidens, quia tunc de se soluit obligationem sine alia dispensatione, vt per Pasqualig. *de ieiun.q.*387.389.& *q.*399. *& seq.*

6 Ad 6. Posse, tradunt auctores, quos sequitur Naldus in *Sum.v.festum num.7.* Primò, quia cum intendatur ad euitandum peccatum, non videtur imputandum ad peccatum; nam quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes. Secundò, quia hoc videtur fieri ex morali necessitate vitandi otium, siue peccatum, & ex benigna permissione matris Ecclesiæ. Tertiò, quia idem opus potest esse seruile, & non seruile, variatis circumstantijs, vndè non est censendum seruile, quando ordinatur ad vitandum peccatum, cum ordinetur ad salutem animæ.

Verùm hanc doctrinam tunc solùm habere locum, alij existimant, quando opus seruile est medium necessarium ad vitandum peccatum, itaut non adsint alia media, quia tunc desinit esse prohibitum. Cùm enim medium sequatur naturam finis, cùm finis nempè vitare peccatum, sit necessarius, medium quoque, nempè opus seruile euadet necessarium, atque adeò non prohibitum. Rarò tamen potest esse medium necessarium ad vitandum peccatum, quia adsunt plura alia media non prohibita ad vitandum otium, quia semper adsunt honestę recreationes non prohibitę in die festo, quibus otium vitari potest. Et ideò refellunt allatam sententiam Castropalaus *part. 2. tract. de fest. obseru. disp. vn. punct.* 10. *n.* 3. & Sanch. *lib.* 5. *cons. mor. cap.*2. *dub.* 18.*n.*12.

7 Quia media, quæ sunt ex se mala, & prohibita, non euadunt bona, & licita ex eo, quod ordinentur ad finem bonum. Vndè, quia furari est ex se malum, ex eo quod ordinetur ad eleemosynam faciendam, aut ad fugiendum aliquod malum, vt esset homicidium, non fit licitum. Quare cum exercere opus seruile in die festo sit de se malum, non euadet licitum ex eo, quod ordinetur ad fugiendam occasionem proximam peccati. Et ideò in hoc casu negatiuè respondendum censeo.

8 Ad 7. quoad vtramque partem affirmatiuè ex Constitutione Vrbani VIII. pro obseruatione festorum, licèt festum S. Syluestri, & S. Annę, Suarez *tr.1.de relig.c.9.n.*20. *&* 23. censuerit, non esse sub pręcepto iuris. Vndè neutrum extra Romam obseruari testatur.

9 Ad 8. 10. & 11. Affirmatiuè, idque sub pęna peccati mortalis. Quia huiusmodi cęremonię pertinent ad publicam professionem fidei. Atque hęc obligatio oritur non solùm ex natura rei, quatenus quod omitteretur, esset aliquid graue, concernens professionem fidei, sed etiam ex consuetudine, quę declarat hanc obligationem.

10 Ad 9. Non licere. Nam hęresis inducit inhabilitatem ad exequenda Ecclesiastica beneficia, vt exprimitur *in cap.Statutum 1.de heret. in* 6. ibique Doctores, & cautum reperitur ex Constitutionibus Innocentij IV. Nicolai III. apud Pegnam, *& in l.1.cum auth.seq. & l.Curiales C.de heret.* Idque, etiamsi sint de iure patronatus, vel alterius cuiuslibet qualitatis, vt per Lambert. *de iure patronat.lib.2.p.1.q.9.ar.6.text.in cap. ad abolendam §.præsenti.* Qua ratione collatio est nulla ipso iure *extr. de her.* Lambert. *loc. cit.* Pegna *p.3. direct.com.*162. *vers. adij hac collatio*, ac ita vt reseruentur ordinationi, & dispensationi Sedis Apostolicę per Constitutionem B. Pij V. quæ incipit, *Cum ex Apostolatus officio* apud eundem Pegnam. Et Episcopus illud conferens scienter heretico, aut hereticorum fautoribus, puniatur, *cap. vt commissi in fin. de heret. in 6.* ibique Doctores, Lambertinus, & Pegna *locis allegatis.*

Ad 12. Affirmatiuè, quia peragitur res licita.

Ad 13. Videndum prius est, an huiusmodi promissio fiat voce, vel scripto, & quatenus scripto, exhibeatur exemplar. Est enim prohibitum Parochis Catholicis assistere celebrationi matrimoniorum hęreticorum, nisi pręuia abiuratione, vel fidei professione. Si tamen contrahatur sub prędicta conditione, vel cum certa, vel satis probabili spe reducendi ad fidem Catholicam hęreticos, poterit concedi facultas assistendi prudenti arbitrio Parochorum. 11 12

CONSVLTATIO LVI.

1 *An sit concedenda facultas dispensandi super impedimentis matrimoniorum in secundo, & ab altero in tertio affinitatis gradu coram Turcarum Iudice contractorum, quæ Episcopi illarum partium nullatenus soluere possunt?*

2 *Et an Episcopus prohiberi possit sub pęna excommunicationis, quod nemo baptizare possit adultum, cuius non percipit idioma, & quod hæc prohibitio sit generalis, quodue non possint baptizari ij, quorum idioma non intelligitur, nisi in articulo mortis?*

AD 1. respondeo; quoad matrimonia huiusmodi censeo, esse denuò contrahenda coram proprio Parocho, si in illis locis fuerit publicatum S. Concilium Tridentinū, vel coram ministro catholico, & quatenus timeantur scandala, vel discessio à fide catholica, posse, si Sanctissimus annuerit, dispensari cum sic matrimonio coniunctis, siue scienter, siue ignoranter in pręfatis impedimentis arbitrio Episcopi, declarando legitimam eorum prolem susceptam, & suscipiendam; dummodò tamen ipsi coniuges, & eorum filij sint verè catholici, ac in posterum instruantur circa huiusmodi impedimenta iuxta Sacros Canones, & S. Concilium Tridentinum. 1

Ad 2. Si nulla prorsus eis dari potest instructio siue catechismus ante susceptionem baptismi, & adsit firma spes, aut certitudo, quod permansuri sint in proposito illum suscipiendi, donec instruantur, poterit hoc permitti arbitrio Episcoporum, secus autem si timeatur, eos permansuros, vel morituros in Ethnicismo, & haberi possit aliqualis instructio saltem per interpretes, ac educentur inter christianos, & nullum adsit periculum apostatandi, quo in casu possunt baptizari pręuia maiori instructione, quę fieri poterit, vt ex Concilio Niceno 1.c.2. quod prohibet cathecumenos baptizari, nondum satis instructos, aut probatos, nisi grauis vrgeat necessitas. Quare postquam Philippus euangelizauit Eunucho, & ambo venerint ad quamdam aquam, dixit Eunuchus: *Ecce aqua, quis prohibet me baptizari?* Dixit autem Philippus: *Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo filium Dei esse Iesum Christum, & Philippus baptizauit eum.* Censuit ergo Philippus, satis esse, vt adultus baptizetur, quod credat filium Dei, esse Iesum Christum. 2

Quod si cui repentinus morbus incidat, qui spe vitę exclusus, christianū se fieri velle, significet, is verò & rudis sit, & temporū impediatur angustijs, ne christianę doctrinę rudimenta satis accipere possit, meritò queritur, quidnam satis esse existimandū sit, vt salutari lauacro perfundi possit? D. Augustinus *de fid. & oper. c.9.* etiā in tanti tēporis coarctatione, de omnibus symboli articulis interrogari vult hominem, & sic baptizari. Quod sanè in eo Cathecumeno, qui aliquādiù res nostras audiuit, nō est difficile, vt rogatus & ore, & corde respōdeat. At si rudis sit omninò, & ad imbuendū mora sit breuis, quid sit agendum, adhuc queritur, ne aut homini salutis aditus pręcludatur, aut batismus detur indigno. De qua re censeo, vt quā possit breuissimè pręcipua tantū doceatur, quorū primū est, vt credat in vnū Deū Patrē, & Filium, & Spiritū Sanctum. Secundū, hūc esse omniū Creatorē, & eūdē gloriā bonis ęternā prestantem in Cęlis, & malis supplicia sēpiterna. Tertium, 3

tium, à peccatis neminem liberari, nisi per Iesum Christum, Dei filium, homioem factum, passum, & mortuum propter nos, bunc esse Dominum, & Redemptorem nostrum, & spem vnicam, qui regnat gloriosus in Cœlis. Quartum, huius Iesu Christi hominem fieri seruum per baptismum, in quo omnia peccata remittuntur, & vita donatur æterna. Hęc si, vt potest, & credat, & confiteatur, rogandus est, an verè prętéritę vitę criminum pœniteat, præcipuè idololatrię, & an in posterum velit rectè viuere secundùm Dei, & christiani populi leges, atque pręcepta. *Si se*, & prętérita dolere responderit, & futura adimplere cupere ex animo, non est differendus, sed Christo ex aqua, & Spiritus Sancto regenerandus.

4 Illud autem sioe vlla dubitatione confirmo in talibus, si volútas sit bona, & diuinitùs pręparata, qua verè velint esse christiani, nunquam intellectui lumen deesse, quo quantum oportet, necessaria saluti suę percipiant, Deo plerumque illustrante mirificè tenebras mentis humanæ. Et narratur io historia Indorum, quod pridem euenit, vt Missionarij in Vrum inciderent extremè ægrotantem, corporis tanta deformitate, vt vix hominis simulacrum retineret, mentis verò, vtpote Vrus, taota hebetudine, vt truncus magis existimaretur. Hic petijt instanter, vt fieret christianus, breui de fidei pręcipuis mysterijs edoctus, tanta alacritate cuncta percepit, vt esset admirationi. Itaque baptizatus cum magno animi gaudio Christum alloquebatur: *Domine, siquidem me Chrystianum esse voluisti, transfer in Cælum*. Atque in his vocibus Deo gratam afflauit animam, cumque esset abiectissimæ, etiam inter suos conditionis, nesciebant, quo impellente, præcipuo quodam honore tumulatus est, ipsis, ac alijs diuinæ bonitatis gratiam celebrantibus. Itaque neque Deus homini deest, neque homo Deo, quamuis breui temporis interuallo, si quem Deus efficaciter ad salutem vocat.

5 Etquidem licèt adultos baptizandos esse prius instruendos in fide, quàm ad baptismum admittantur, habeatur *ex can. Ante baptismum, & seq. de consecr. d. 4.* immò ex verbis Christi instituentis baptismum *Matth. vlt. Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Quare videtur hæc instructio præmittenda de iure diuino, & ex vi institutionis; siquidem eam præcepit Christus præmittendam in ipsa institutione Sacramenti, & est necessaria ex natura rei, quia cum in baptismo fiat professio fidei, debet baptizandus, quando est capax, scire, quid profiteatur; vrgente tamen periculo mortis, vtpote naufragij, & alijs huiusmodi, Tolet. *lib. 2. Sum. cap. 21. n. 5. in fin.* Zambran. *in decis. cap. 1. de baptism. dub. 14.* Io. Saucius *in select. de Sacram.* Diana *p. 5. tr. 3. resol. 20.* aiunt, esse vtcunque exponendam fidem, & si petens baptismum assentiatur, esse baptizandum. Quod certè obseruandum est, si adsit tempus explicandi, quocunque modo explicatio fieri potest.

6 Verùm si adsit periculum, quod superueniat mors, dum interim fides explicatur, non erit necesse præmittere instructionem; sed eo ipso, quod petit baptismum, poterit baptizari. Quia dum petit, præsumitur scire, quid petat, & proinde aut instructum esse in fide, aut saltem velle suscipere baptismum, sicut Christus instituit, & Ecclesia ministrat, atque adeò velle profiteri illam fidem, ac religionem, ad quam baptizando admittit Ecclesia. Quod sufficit, vt docet D. Thom. *3. p. q. 68. ar. 8. ad 3.* Quia implicitè cognoscitur fides, quam profiteri debet, & adueniente baptismo, in quem consentit, profitetur explicitè fidem Trinitatis, cum in forma baptismi fiat explicitè inuocatio ipsius. Vndè præcedit baptismum aliqualis instructio, quæ consistit in cognitione confusa fidei, quam proponit Ecclesia.

7 An autem possit baptizans præmittere instructionem, quando adest tempus præmittendi illam, ne se exponat periculo mortis, vtpote quia pestis grassatur, vel bellum, & si diù io illo moretur, imminet periculum infectionis, videtur affirmatiuè respondendum. Tum quia licèt ex natura Sacramenti sit necessaria instructio fidei, non est tamen necessaria explicita, sed sufficit, si baptizandus velit recipere baptismum eo pacto, quo à Christo institutus est, & ministratur ab Ecclesia, vt diximus. Tum quia, licèt adsit obligatio ministrandi baptismum constitutis in periculo mortis, quando alicui incumbit ex officio cura salutis ipsorum, quales sunt Parochi, etiam cum periculo mortis, vt alibi docuimus, non tamen adest obligatio pręmittendi instructionem cum tanto discrimine, cum hęc non sit medium necessarium ad salutem. Immò, cùm agatur de conferendo baptismo adulto, qui proindè noo est subditus Ecclesię, consequenter non spectat ad iurisdictionem Ecclesiæ, neque Parochi habent specialem obligationem ad baptizandum, sed tantùm communem, quam habent cęteri ratione charitatis; Vndè cum charitas neque io tali casu cum periculo vitæ obliget ad baptizandum, cum talis adultus non sit in extrema necessitate, siquidem saluari potest per contritionem, & baptismum in voto, multò minùs obligabit ad pręmittendam instructionem fidei cum periculo vitæ.

Denique, ne ob instructionis defectum, qui sacro baptismate initiantur, immaculatam Christi legem profanis, ac gentilitijs institutis ex ignorantia fędent, ac idololatriam cum orthodoxa fide confundant, vt sæpè in Goa, Cinaque Insulis euenire enunciatum est, caueant ij, qui ijsdem instruendis incumbunt, ne in posterum vllus ad baptisma admittatur, qui veterem hominem, ac gentilitios mores prorsus exutus, Christum plenè non induerit, & io fide sit sufficienter instructus. Ita ex S. Congr. de prop. fid. Alex. VII. in Bulla *Sacro Sancti Apostolatus officij*, & Clemens IX. in Bulla *In excelsa*. 8

CONSVLTATIO LVII.

1 *An in locis, in quibus viget adhuc abusus ducendi vxores absque interuentu Parochi, & testium, sint sacramenta administranda illis sic coniugatis?*

2 *An liceat illis celebrare verè matrimonium, vel potius dicendum sit legitimum matrimonium eorum, qui dimissa, vel expulsa, vel spontè abeunte prima, ac etiam secunda vxore, tertiam accipiunt cum intentione contrahendi, asserentes, se non intendere cum prima, & secunda perpetuò cohabitare, cùm contraxerint, sed tantùm eas experiri, vtrum suæ domui essent proficuæ, seu aptæ administrationi, vel seruituti, nec ne?*

3 *An tutò possint Sacramenta administrari parentibus, filiam Turcis, vel schismaticis ob aliquem finem in sponsam promittentibus, absque eo, quod amplius valeant retractare promissionem, nisi cum vitæ, bonorumque periculo?*

4 *Sint ne administranda Sacramenta mulieribus Catholicis commorantibus apud Turcas, cùm protestentur velle inter eos degere absque iniuria Creatoris, & Catholicam legem profiteri, atque obseruare?*

5 *An baptizari debeant paruuli ex matre catholica, patre verò infideli, quando missionarios, parentibus sese opponentibus, grauis metus concutiat?*

6 *An admittendi sint Turcæ, vel Schismatici ad suscipiendos in baptismate Catholicorum filios, supposito, quod aliunde nequeant parentes sedare dissensiones, & odia, vel an saltem Catholicus cum Turca possit admitti, vt inde ex parte saluetur ritus Ecclesiæ, & simul intentioni parentum satisfiat?*

7 *Sũnt de Schismaticis viris, qui secundùm eorum ritum contrahentes cum catholica, vel Schismatica matrimonium, ea laborant ignorantia,*

vt nesciant maritalem consensum perpetuò cohabitandi esse de essentia Sacramenti matrimonij. Hinc mulieres è domibus maritorum expelluntur, vel ipsæmet fugam arripiunt, & ad Catholicos accedunt. In tali casu possunt ne licitè, ac legitimè cum Catholico nubere?

8 *An quando verè nulla subest via euadendi, nisi iniuriam iniuria, homicidium homicidio vindicetur, Catholici in tali statu, & dispositione perseuerantes, titulo, vt aiunt, defensionis necessariæ, sint susceptionis Sacramentorum capaces?*

1 AD 1. Si non est publicatum in illis partibus decretum S. Concilij Tridentini, sunt administranda Sacramenta clandestinè contrahentibus, quia matrimonium est validum, secùs autem si est publicatum; nam matrimonium esset irritum, & viuerent in continuo concubinatu. Ita Doctores communiter, & censuit sæpiùs S. Congregatio Concilij, *& Congregatio S. Officij*. In casu verò, quod non esset publicatum, curandum illis est, vt seruent antiquas leges Ecclesiasticas, quoad fieri posset, scilicet testes adhibendo, quibus probari coniugia possint, instrumenta etiam de eo publica conficiendo, quandoquidem nec Parochi copia est, nec denunciationibus, ac benedictionibus Ecclesiasticis locus, facto etiam examine sufficienti, an illis obstet aliquod canonicum impedimentum.

2 Ad 2. Non licere, cùm primum matrimonium fuerit legitimè contractum. Quia est contractum iuxta receptã in illis locis consuetudinem, dummodò tamen, vt dictum est, non fuerit publicatum Concilij Tridentini decretum. Commune enim est in contractibus ineundis spectari locũ, in quo celebrantur, consuetudines vt per Sanch. *l. 3. de matr. d.* 18. *n.* 28. quidquid sit de intentione contrahentiũ, de qua non iudicat Ecclesia. Alioquin nullum esset apud illam gentem firmum matrimonium, cum semper possit opponi defectus intentionis perpetuò cohabitandi cum muliere, tanquam cum vxore, sed tanquam cum famula, atque adeò viuendi in perpetuo concubinatu.

3 Ad 3. non posse administrari, donec perseuerent in tali promissione, maximè si finis, ob quem id permittunt, sit alienus à certa spe conuertendi Turcam, vel schismaticũ ad fidem catholicam, sed potius cum periculo peruersionis sponsæ. Et potissimùm quoad promissionem, quæ fit Turcis, cùm non possit esse inter Christianos, & Turcas validum, ac legitimum matrimonium ob disparitatem cultus, atque adeò promitterent viuere suas filias in concubinatu, ideòque talis promissio non solùm est illicita, & non obligat, sed etiam est sacrilega, si scienter id faciant; Si verò ignorent, id esse peccatum, possunt admitti ad Sacramenta, dummodò eos pęniteat, & agant, quod debent.

4 Ad 4. esse administranda, dummodò catholicè viuant, & nullum actum idololatriæ, aut fidei christianæ contrarium committant.

5 Ad 5. Possunt baptizari, etiam contra voluntatem parentum. Quia cum parens fidelis teneatur illos baptizare, atque Ecclesia habeat ius eum cogendi, si renuat, tunc eo ipso Ecclesiæ curę, & prouidentię relinquitur. Ita Thom. à Iesu *lib. 4. de procur. sal. omn. gent. pag.* 210. §. *Sed quid si vterque*. An autem id expediat, relinquendum arbitrio Missionariorum, qui in casu, quo illos baptizent, debent subtrahere paruulos sic baptizatos à cura eorum parentum, ne ab alio infideli seducantur, & diligentem curam suscipere illos instituendi in fide catholica.

6 Ad 6. Hortari debent Missionarij Catholicos, vt abstineant adhibere Turcas, vel schismaticos pro compatribus. Quod si sine periculo, aut magna perturbatione abstinere nequeant, quidam dicunt, id tolerari posse, vt Laym. *lib. 5. tr. 2. c. 9.* Diana *p. 9. tr. 7. resol.* 31. At ego id non approbo; quia est contra finem institutionis patrinorum in baptismo. Permitterem tamen ad sedandas turbas Catholicum cum Turca, vt, quoad fieri possit, prædictus finis seruetur. Et quamuis circumferatur quædam declaratio S. Congregationis S. Officij in hunc tenorem: *Catholicis in partibus Turcarum adhibentes Turcas, & schismaticos pro compatribus moneantur abstinere, sed si sine periculo, aut scandalo cessare nequeunt, eis poterit permitti.* Ea tamen inutilis est. Integra autem ita legitur: *An permittendum sit, quod Catholici adhibeant Turcas, & schismaticos pro compatribus in sponsalijs? Ad quod respondendum, vt moneantur abstinere. Verùm si sine periculo cessare nequeant, posse eis permitti 17. Octobris* 1615. Non igitur in baptismo, nisi fortè vna cum Catholico.

Ad 7. Non posse, quia matrimonium, contractum inter schismaticos, & Catholicos, est verum matrimonium, etsi illicitum, atque adeò ipso constante non possunt mulieres catholicę cum viris catholicis nubere, cum matrimonium sit indissolubile. Quare Missionarij docere debent illas gentes, matrimonium ob nullam causam posse dissolui ex doctrina Christi *cap.* 10. *Marc. c.* 16. *Luc. cap.* 5 *Matth.* B. Pauli 1. *Corinth.* 7. ex auctoritate, & obseruatione totius Ecclesiæ iuxta *cap. gaudemus de diuort.* ex SS. Concilijs, præsertim Tridentino *sess.* 24. *c.* 7. ex Patribus, & ex rationibus, quas alibi adduxi. 7

Ad 8. Si se contineant intra limites necessariæ defensionis absque odio cum moderamine inculpatę tutelę, itaut non transeat ad vindictam, sed seruent modum debitum, & plus non faciant, quam sit necessarium ad repellendam iniuriam iuxta ea, quæ tradunt communiter Doctores, sunt capaces susceptione Sacramentorum. Quia, cùm non excedatur terminus defensionis, non habet locum peccatum mortale, atque adeò sunt susceptione Sacramentorum capaces. 8

CONSVLTATIO LVIII.

1 *An quilibet apostata à fide, qui se iudicat dispositum martyrio, debeat induci ad protestandum publicè fidem christianam, nihilque curandum de corporalibus persecutionibus proprijs, vel aliorum, vel saltem permittendum sit, vt exequatur suam inspirationem quicunque ad id faciendum exponatur, aut quisque dissuadendus ab huiusmodi actione ob generales causas quarundam Regionum, saltem quando, ac vbi timetur periculum grauis persecutionis christianorum?*

2 *Quomodò se gerere debeat minister Ecclesiasticus cum ijs, qui se non sentiunt sufficientes ad suscipiendum martyrium, & cupientes confiteri fidem christianam sine martyrio, viuunt quoad fieri potest, iuxta fidem internam, sperant corporalem libertatem, & interim desiderant, & postulant reconciliationem secretam, & participationem Sacramentorum?*

3 *Quomodò etiam se gerere debeat idem minister cum ijs, qui nullam fugiendi spem habent, neque animi fortitudinem profitendi fidem externam cum probabili periculo crudelis necis, immò cum humana certitudine illius, neque possunt absque eodem periculo omittere partem aliquam rituum apostaticorum, sed queruntur de Ecclesia Christi, quoad velit eos condemnare in vita, cum credant, quidquid ipsa credit, & faciunt, quidquid ipsa præcipit absq; eo quod se exponãt mortis tyrannidi?*

4 *An pro causa simili supradictis, siue absque causa peculiari, sed solùm pro fidei ardore, ac zelo, tum maximè videant illam collapsam, & tot animas non solùm sine luce euangelica, sed etiam sine spe illius, liceat cuicumque Catholico Ecclesiastico, vel seculari publicè illam prædicare, ac defendere, atque adeò exponere se martyrio?*

AD 1. Respondeo, Apostatas à fide, redeuntes non teneri ad abiurandum publice coram infidelibus, sed sufficere, vt abiurent in balneo (hoc nomine appellant carcerem, siuè locum, in quo retinentur) coram fidelibus, abstinendo 1

ab

ab actibus infidelitatis, ac deponendo habitum infidelium, quatenus sit protestatiuus falsæ Religionis, si verò sit æquiuocus, possunt illum deferre. Quod si ex illa delatione ratione personæ aliqua oritetur suspicio, tenentur aufugere, cùm primùm poterint.

a Ad 2. & 3. Istis est permittendum viuere christianè, & catholicè in occulto, modò nullum actum idololatriæ, aut fidei Christianæ contrarium committant. Sacramenta verò pęnitentiæ, & Eucharistię non sunt ijs administranda. Ea quidem ratione, quia qui fidem negat metu mortis, sed eam nen erroribus non credit, licèt verè hæreticus non sit, cum non habeat, neque habuerit errorem in intellectu, tamen iudicio Ecclesiæ, quæ per exteriora de interioribus iudicat, hęreticus est habendus. Hæretici autem non sunt admittendi ad Ecclesię Sacramenta.

3 Ad 4. Affirmatiuè. Ita Rodriquez *tom. 1. in 2. edit. cap. 197.* his verbis: *Que estando muchos christianos captiuos, y entre ellos ay uno mas noble, y sabio, obligacion tiene este de confessar publicamente la fee, aunque sea con manifiesto pelsgro de la Vida, si aduierte, que de su confession esta colgada la fee de los demas, y callando el, pelgraran en ella.* Idem docet Aragona 2.2.q.3.*ar.2.dub.2.post* 2.*concl.*& alij, quos sequitur Leander *p.1.in decal.tr.2.disp.3.q.62.*

CONSVLTATIO LIX.

An Sacerdotes Catholici supplere possint baptismicæremonias, quoties hæretici, post suam ad fidem catholicam conuersionem, illas suppleri postulant?

1 RЕspondeo iterum, ac tertiò non solùm posse, sed etiam debere. Quia, vt aliàs dixi, eiusmodi cęremoniæ pertinent ad publicam fidei professionem. Vndè illas tantùm supplendas esse post collatum ab hæreticis baptismum, sæpius declarauit S. Congregatio S. Officij, & tradunt communiter Doctores, desumiturque ex *can. hanc regulam, & can. Spiritus Sanctus*, §. *ecce* 1. *q.* 1. & *ex cap. cum venissent init. de sacr. vnct. & cap. presbyter. de sacram. non iteran.* Idque sub peccato mortali, vt per Palaum *p.4.op.mor. tr.19. disp. vn.punct.* 12. *num.* 21. Quod certum existimo. Quia in allegatis textibus id præcipitur, quod indicat obligationem grauem. Cùm enim cęremoniæ istæ non sint necessariæ ad valorem Sacramenti, non essent repetendæ, quando aut ex necessitate, aut ex negligentia essent omissæ, nisi essent aliquod graue. Vndè cum Ecclesia præcipiat repetendas, tanquam aliquid graue, erit mortale illas non supplere. Præsertim si timor suspicionis, alteriusue scandali cessaret, ne scilicet baptismum ab hęreticis ministratum videatur Ecclesia Romana, vt minùs validum iudicare. Quare nullam puto esse legitimam causam, ob quam prædictę cæremonię omittendę essent.

CONSVLTATIO LX.

An Metropolitanus possit recipere appellationem, àc procedere ad confirmationem, vel annullationem primæ sententiæ pro, vel contra hæreticam in causa, qao Episcopus nulla declarauerit sponsalia, & condemnauerit partem ad se componendum pœna pecuniaria eroganda mulieri defloratæ, & pro Eleemusyna propter scandalum?

1 RЕspondeo negatiuè. Quia hæreticis est id interdictum; sunt enim priuati, atque exclusi omni legitimo actu, vt ex Constitutione Leonis X. quæ incipit *Exurge Domine v. nec non quoad omnes*, relata a Pegna post Directorium, & post Albericum, Glossam, Butrium, & plures alios tradit Farinac. *de hæret.q.189. nu.* 46. Ita quidem, vt non agere, sed conueniri possint per textum *in l. Credentes* §. *nullus*, *C. de hæret.* in hęc verba: *nullus prætereà ei super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur:* vbi Butrigarius inquit: *Et attende, quod agere non possunt, sed conueniri,* & de iure canonico est textus *in cap. Excommunicamus* 1. §. *Credentes*, vbi totidem verbis id repetit, & confirmat, notantque Host. Io. Andr. alijque, ac decernitur in varijs Constitutionibus apud Pegnam, quas recenset idem Farinac. *loc. cit. n.*48. & in specie, quod priuentur beneficio appellationis, est textus *in cap. vt inquisitionis de hæretic. in* 6. Siquidem hęretici priuantur omnibus, & quibuscunqne priuilegijs, siue illa competant intuitu Religionis, vt *in l. 1. C. de hæret.* siue intuitu Reipublicę, vt *in auth. item priuilegium C. eod.* siue contemplatione personę, vt *in l. Curiales C. eod.* Vbi ratio assignatur, ne videamur hominibus execrandis contumelioso ambitu immunitatis beneficium præstitisse, & ad idem facit textus *in l. fin. C. eod.*

CONSVLTATIO LXI.

RЕgulariter electiones Ecclesiasticę fieri debent à maiori, & saniori parte Capituli ad hoc, vt electio dicatur Canonica ad formam *cap. 1. de his, quæ fiunt à mai. par. Cap.* Hinc quæritur primo.

1 *Quæ dicatur sanior pars Capituli?*
2 *An sanior pars minor præferatur maiori non saniori parti, vel requiratur copulatiuè, quod pars sanior sit etiam maior ad hoc, vt electio dicatur Canonica?*
3 *Quomodo procedat in praxi, quod requiratur copulatiuè maior, & sanior pars, si maior pars numeri tantùm præferatur minori?*
4 *An regula maioris, & sanioris partis procedat tam in scrutinio aperto, quàm secreto, si non appareat, qui fuerint eligentes, dum secretò votum protulerunt?*
5 *An regula sanioris partis procedat etiam in electionibus, in quibus de iure, vel ex constitutione requiruntur duæ ex tribus partibus electorum ad Canonicam electionem?*

HAnc materiam Hostiensis *in sum. tit. de elect.* §. *qualiter* 1
caudam magnam appellat, vt puto propter difficiles difficultatum nodos.

Ad 1. igitur quod attinet, illa dicitur pars sanior, quæ 2
respectu consilij, & materiæ subiectæ, zelo, ac merito innititur, vt per Host. *in sum. eod. tit. eodem* §. *& Sanior*, ac Fagnan. *in cap. Cum in cunctis de his, quæ fiunt à maior. par. Cap. n.* 2. vbi etiam Abb. *n.* 3.

Ad 2. Affirmatiuè quando pars minor rationabiliter 3
mouetur, maior verò irrationabiliter. Tunc enim præualet minor, & intelligitur maior respectu consilij sanioris, vt in *can. Sanè d. 9.* Host. *in Sum. eod. tit. de his, quæ fiunt* §. *veruntamen*. Et quoad effectum ordinatio maioris partis impeditur, quia reuocabitur, postquam de veritate obiectæ exceptionis irrationabilis legitimè constiterit. Non enim sufficit apponere, nisi obiectum probetur coram Superiore, vt patet ex eod. *cap. 1. de his, quæ fiunt* verbis illis, *obiectum fuerit, & ostensum*, & tradunt *ibi* Innoc. *n.* 3. & 4. Butr. *n.* 2. & 3. Anchar. *n.* 3. Imol. *n.* 1. & Abb. *n.* 5. ac Host. *loc. alleg.*

Ad 3. Id euenit, quia ea pars, quæ sanior est, siue sit ma- 4
ior numero, siue minor, semper dicitur maior; nam maior pars dicitur, quæ maiori ratione, & pietate nititur *d. can. Sanè* cum aliis concorditer per Glos. Non enim, vt inquit Host. *d. tit. de elect.* quæ maior pars est, semper sanior est, sed quę sanior est, semper maior reputatur, & secundùm Abb. *in 1. notab. n.* 3. non sufficit, vt maior pars vniuersitatis decernat, nisi etiam illa sit sanior. In dubio tum maior pars censetur etiam sanior, quia pręsumitur pro pluralitate, *cap. nullus 61. d.* nisi contrarium probetur, vt supra. Regula enim est, vt maiori parti stetur in omni dispositione Vniuersitatis, vt post alios tradunt Host. *n.* 4. & Io. Andr. *n.* 11. *ad d. cap. 1. de his, quæ fiunt*.

Ad 4. Affirmatiuè, vt desumitur *ex can. in nomine Do-* 5
mini §. *eligatur d. 23. ex cap. publicato 58. de elect.* & *ex cap. Quia propter 42. in princ. & fin. eod. tit.* Quibus in locis fit electio, etiam per scrutinium, & tamen requiritur pars maior, & sanior.

6 Ad 5. etiam affirmatiuè, quia etiam in hoc casu locum habent rationes, quæ militant contra irrationabilitatem iudicij maioris partis, cùm pars sanior semper, ac in omni casu præualere debeat per textum *in cap. dudum de elect. can. illud 23. d. cap. Interposita, cap. constitutus, & cap. vt debitus extra de appellat.*

CONSVLTATIO LXII.

An sit validum matrimonium contractum inter Catholicos coram Parocho græco schismatico, & more schismaticorum, præsentibus dumtaxat musicis canentibus in honorem matrimonij more græcorum schismaticorum, non autem testibus particularibus adhibitis ad formam Concilij, deficientibus ibidem Parochis catholicis, eo quia hæretici omnes Ecclesias, Parochis Catholicis expulsis, deuastarint?

1 REspondeo Affirmatiuè, si in illis partibus non est publicatum S. Concilij Tridentini decretum *cap. 1. Sess. 24. de ref. matr.* Si verò est publicatum, respondeo etiam affirmatiuè, dummodò tamen illi musici, qui præsentes fuerunt, aduerterint; Nam præsentiæ ad valorem matrimonij ex Tridentino requisitæ sufficit sola intellectus aduertentia, qua ritè testimonium contracti matrimonij perhiberi possit, sitque sufficiens ad testificandum, vt ex communi tradit Sanchez *de matr. lib. 3. disp. 39. n. 11.* Neque requiritur in matrimonio, testes esse rogatos ex eodem Sanchez *disp. 41. n. 7.* eiusdem libri.

2 Non obstat quod sit celebratum coram Parocho schismatico. Nam donec non fuerit priuatus officio, siue titulo, validè assistit, etiamsi sit excommunicatus, non toleratus, vt per Sanchez *eod. lib. 3. disp. 21. a n. 1.* & Pontium *de matr. lib. 5. cap. 17. §. vn. n. 6.* & desumitur ex declaratione S. Congregationis S. Officij tenoris sequentis. *Ruthem matrimonia contrahentes in Russia coram Prædicantibus schismaticis, & deinde pænitentia ducti agnoscentes id esse contra formam Concilij Trident. ibi publicati, post longam conuersationem faciunt diuortia, propterea Archiepiscopus Leopoliensis consulit, quid facere debeat. Sanctissimus ordinauit sciri, an huiusmodi Prædicantes sint Parochi 18. Decembris 1614.*

CONSVLTATIO LXIII.

An puellæ, in Monasterio Monialium prorsus exempto, degentes educationis causa, & mulieres seculares famulæ Monialium, nullam emittentes regularem professionem, si contingat eas mortem obire in Monasterio, sepeliri possint, ac debeant in Ecclesia exteriori Monialium, an potius in Parochiali, in cuius parochia domicilium retinent? Et quod si in nulla parochia retineant domicilium?

1 QVod attinet ad puellas degentes in monasterio educationis causa probabiliter opinionem affirmatiuam sustineri posse, inquit Pellizzar. *de Monial. cap. 10. sect. 3. subsect. 1. n. 233. §. Imo puto,* atque adeo deberi Confessario Monialium quartam funeralem, suaderi putat ex eo, quod illa debetur propter onus, quod sustinetur in administratione Sacramentorum à Confessario Monialium qui licèt non vocetur Parochus, in re tamen est Parochus cùm ex officio curam habeat animarum æquè, ac si esset parochus respectu secularium. Ingenuè tamen fatetur, opinionem negatiuam sustineri posse, quam Sanchez, vt ipse Pelliz. ait, *l. 3. de matr. d. 23. a n. 9.* censet, esse probabilem.

2 Quod verò ad huiusmodi famulas idem Pelliz. *loc. cit. §. quod si hoc, & §. seq.* affirmare etiam videtur, quatenus tradit in casu, quo secularis fœmina ingressa monasterium animo ibi perpetuò degendi moriatur, spectare ad Confessarium Monialium ei ministrare vltima Sacramenta, & quartam funeralem cum alijs iuribus parocho obuenientibus intuitu sepulturæ, cùm monasterio Monialium competat non solùm exemptio personalis, sed etiam localis, & fœmina illa secularis illud sibi eligendo in domicilium, effecta sit de ouibus confessarij præfati monasterij. Idemque ait sentire Bordonum à se consultum, idque ratione acquisiti domicilij.

At, quidquid sit de administratione Sacramentorum, 3
de qua nos alibi, tenendum est, huiusmodi puellas, & famulas sepeliri debere in Ecclesia parochiali, in cuius parochia habitant si moriantur, non electa sepultura, vel si sepulturam elegerint, deberi eidem Ecclesiæ parochiali quartam funeralem. Probatur ex ijs, quæ docent Doctores, quod non amittatur parochia, dum quis discedit animo reuertendi, vt Abb. *in cap. de his, de sepult.* Io. Andr. *in cap. 1, qui eod. tit. in 6.* Spinus *in specul. testam. glos. 15. n. 41.* Molin. *de rit. nupt. lib. 2. diff. 11. n. 88.* Cened. *pract. quæst. 30. n. 45. lib. 1.* Gratian. *discept. for. cap. 76. num. 18.* Piasec. *in prax. Episc. p. 2. c. 4. n. 32.* Marescot. *lib. 2. var. resol. c. 95. n. 3.* Lauor. *var. lucubr. tit. 2. cap. 17. & 38.* Barbos. *de paroch. p. 3. cap. 25. n. 26.* & Rota in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653. coram Zarata, & ex regularibus Henriq. *lib. 11. sum. cap. 3. n. 3.* Rodriq. *q. regul. 36. ar. 3. tom. 3.* Mirand. *tom. 2. manual. pral. q. 48. ar. 9. concl. 2.* Syluest. *v. Canonica portio n. 15.* Hieronym. Rodriq. *in comp. quæst. regul. resol. 18. n. 12.* Hurtad. *de Sacram. disp. 5. de matr. diffic. 6. n. 19.* Sanch. *lib. 3. de matr. disp. 23. n. 14.* Pontius *eod. tit. lib. 5. cap. 13. §. 2.*

Ac desumitur *ex d. cap. is, qui de sepult. in 6.* vbi similis 4
omninò casus deciditur. Qui enim aliquando ad villam ruralem se transfert, nō debet ibi sepeliri, quia non acquirit ibi parochiam, cùm non accedat animo permanendi, sed debet sepeliri in parochia Vrbis, quā retinet quotiescūque discedit animo reuertendi. Nec differre videtur, an quis se transferat ad rus, an vt exerceat professionē scholasticā, an vt alicui famuletur, quia in vtroque casu concurrit habitatio in parochia aliena, retento priori domicilio. Puellæ autem, & famulæ huiusmodi non amittunt suā parochiam, quia non transferuntur à propria parochia, vt illā deserant, ac mutent. Vt proindè etiam seruus, quādo addictus alicui fundo ob disciplinam percipiendā aliò mittitur, non censetur absens à fundo, & hoc fundo instructo legato, venit etiam seruus, quamuis ante mortem testatoris non sit reuersus ad fundū, vt statuitur *in l. Seia §. Pamphila ff. de fund. instr.* quādiù enim retinetur domus, præsumitur animus redeundi, & est signum sufficiens retenti domicilij, atq; adeò etiam parochiæ, vt notat Glos. *in l. 2. v. constituerint l. de incol. lib. 10.* Bero. *cons. 11. n. 9. l. 3.* Menoch. *cons. 3. 25. n. 38.* & Rot. *dec. 473. num. 3. p. 4. rec.* & ideò si contingat, eas mori in monasterio, aut in alia parochia, debent in propria Ecclesia parochiali sepeliri, nisi alibi habeāt sepulturā, vel illā elegerint, quo in casu quarta funeralium eidem Ecclesiæ parochiali persolui debet.

Confirmatur primò quoad puellas educandas *ex l. 1. §.* 5
hæc autem ff. de his, qui deiecer. ibi: *Tantum autem interest inter habitatorem, & hospitem, quantum interest inter domicilium habentem, & peregrinantem.* Propriè ergo habitator dicitur, qui domicilium assequitur, & consequenter puellæ, quę ad tempus educationis causa in monasterio sunt hospites, dicuntur peregrinantes, atque adeò non acquirunt parochiam ratione educationis in monasterio.

Secundò à simili ex statuto Cleri Romani *cap. 3. §. 8.* decernente scolasticos domicilium in domo patris, seu co- 6
gnatorū habentes, & studiorū causa in aliquo seminario, vel collegio extra fines parochiæ ad cōuiuendū cōmorantes, primum domicilium retinere. Quod est iuxta ea, quæ tradit. Host. *in sum. tit. de paroch. §. penult. n. 7.* vbi ait, Scholasticos 30 annis habitantes in loco studij, non posse illius parocho confiteri, & iuxta ea, quæ tradunt Abbas, & alij, quos sequitur Menoch. *cons. 398. vol. 4.* dicentes, Episcopum loci, vbi Scholares causa studij habitant, non esse proprium pastorem quoad Sacramenta voluntaria, nec posse vota Scholasticorum commutare, quia defectu animi perpetuò commorandi non efficiuntur subditi, nisi quoad Sacramenta necessaria, vt confessionis, & communionis. Quare hæc sententia non so-

lùm

lùm est probabilis ex ipso Pelizzario, sed omninò certa.

7 Et quoad famulas est casus declaratus in eodem Statuto Cleri Romani *d. cap. 3. §. 18.* his verbis: *familiares, & famulas Eminentissimorum Cardinalium, seu aliorum Principum, ac Prælatorum, nec non aliorum quorumcumque, qui retinent domicilium in alia parochia, ad illam parochiam pertinere statuimus, in qua retinent domicilium, licèt apud suos dominos infirmentur, & morte occumbant.* Et conuincitur ex *d. l. fere §. Pamphile ff. de fund. instr.* superiùs relata.

8 Non obstat, quod de puellis educandis tradit Pellizzarius. Quia ius sepulturæ acquiritur ministranti sacramenta, quando de iure spectat administratio, non autem quando ex accidenti administrat, vt contingit, quando puellæ educandæ extra propriam parochiam infirmantur, & ibi moriuntur, recipiendo Sacramenta à confessario Monialium. Quia cum tunc non ministrentur ex officio, sed ad supplendum vicem proprij parochi, quatenus in loco exempto nequit illa ministrare, licèt possit personis sibi subditis, ibi commorantibus, vt ipse Pellizarius docet eo loco, non dat administratio ius aliquod ad sepulturam, aut ad quartam funeralem. Neque in hoc casu loquuntur Doctores, quos alibi retuli, sed quando ministrantur ex officio.

9 Minùs obstat, quod in casu illo fœminæ secularis idem Pellizzarius adducit. Quia est casus nostro nedum dissimilis, sed contrarius. In eo enim casu constat de animo degendi perpetuò in monasterio, atque adeò eligendi domicilium, præsertim quia nullibi aliud domicilium, & habitationem retinet. Neque potest habere animum figendi alibi domicilium, aut habitationem, aut reuertendi ad prius domicilium, seu priorem habitationem, cum perpetuitas monasterij hæc omnia excludat, & domicilium, aut parochia non possit retineri absque animo reuertendi. At in casu nostro huiusmodi famulę commorantur in monasterio ad tempus determinatum, durante scilicet famulatu. Pro contrahenda autem parochia, præsertim in ordine ad funeralia, requiritur verum domicilium, vt in specie tradit Pontius *de matr. lib. 5. cap. 13. §. 2.* reijciens opinionem Sanchez, ac proinde retinebunt propriam parochiam iuxta sententiam Abb. *in cap. In nostra n. 51. de sepult.* Triuisani *dec. 23. lib. 1.* & Rotæ *dec. 643. n. 2. in nouis. vol. 1.*

10 Fauetque ratio, quia tales non degunt in monasterio, omninò voluntariè. Nemo enim vellet famulari, sed quantum est de se, habent animum reuertendi ad propriam habitationem, quando primò eis licebit. Quod sufficit, vt non dicantur reliquisse proprium domicilium, & habitationem, vt per Bartol. *in l. 4. §. Prætor n. 24. ff. de damn. infect.* Felin. *in cap. quoniam num. 2. de offic. ordin.* Socin. *sen. conf. 35. post init. lib. 1.* & Menoch. *cons. 329. n. 36.* Præsertim, quia manent in monasterio, non tanquam in propria habitatione, quia non sunt professæ, sed tanquam in aliena. Vndè sunt continuò absentes animo. Quod non videtur sufficere, ne ad inducendam quidem habitationem veram, quia hæc est omninò libera. In monasterio autem huiusmodi famulæ non dicuntur habitare, sed inseruire.

11 Eodem modo respondetur ad ea, quæ tradit Sammelius *de sepult.* qui nullo idoneo fundamento innititur, & Doctores, quos pro se adducit, ita corruptè, ac mendosè refert, vt de hac re nunquam loquutos fuisse videantur, ac proinde nullum ex ijs pro contraria opinione stabilienda commodum argumentum desumi potest.

12 Denique cùm sit casus declaratus in Statuto Cleri Romani, non est amplius in hoc immorandum. Idem quoque tenendum est in casu, quo nullum in aliqua parochia retinerent domicilium, spectare scilicet ius sepulturæ ad parochum illius parochiæ, in qua situm est monasterium. Primò, quia exempti, vt alibi dixi, habent iurisdictionem tantùm quoad personas, non autem quoad loca, vt per *text. in cap. per exemptionem de priuil. in 6.* & notant ibi Gemin. *n. 5.* Anchar. *nu. 3.* Franch. *n. 3.* Gulielm. de monte Laudnno *in Clem. pastoralis num. 24. de re iudic.* & censuit Rota in Aretina, seu Montis Politiani iuris visitandi 9. Martij 1596. coram Rubeo, & in Titaconen. iurisdictionis de Tutela 5. Iunij 1593. coram Millino, & in Constantiensi iurisdictionis 18. Maj 5611. coram Ottembergo. Huiusmodi autem puellæ, & famulæ cùm sint omninò seculares, non sunt subditæ monasterio, ac proinde in eas nullam iurisdictionem monasterium habet. Ex eo enim, quod sunt in monasterio Monialium, non desinunt esse subditæ parochiæ, in qua monasterium situm est ex dicto Pelliz. *loc. cit. §. & hanc.* Quod autem ad locum, ille est in parochia, licèt enim monasteria non sint de parochia, sunt tamen in parochia, quemadmodum sunt in diœcesi, licèt non sint de diœcesi, per *Cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6.* & notant *ibi* Gemin. *n. 3.* Franch. *n. 2.* & *in cap. 2. §. statuto num. 10. de constit. in 6.* Vitalin. *in Clem. frequens num. 127. de exces. Prał. & in Clem. 2. num. 42. de priuil.* Abb. *in cap. Apostolica num. 2. de donat.* Anchar. *in cap. postulasti num. 45. de for. comp.* ac Rot. in Volaterana iurisdictionis 54. Ianuarij 1581. coram Brauo, *quæ est decisio 207. p. 2. diu.* & in Calaguritana iurisdictionis 16. Ianuarij 1604. coram Ottembergo. Et proinde priuilegium exemptionis eximit à subiectione quoad personas subditas monasterio, non autem à situatione, vt obseruant Vitalin. *in Clem. 2. num. 44. de priuil.* Franch. *in d. cap. 2. §. statuto de constitut. in 6.* Vndè talis exemptio non facit territorium distinctum à parochia. Et ideò ius funerandi dictas puellas, & famulas, non solùm quoad personas, sed etiam quod locum, spectat ad parochum, in cuius parochia monasterium est situm. Quia, vt constituatur distinctum territorium, requiritur, quod omnis iurisdictio, quæ Episcopo, vel parocho competit, abdicetur ab ipsis, & transferatur ad superiorem monasterij, vt tradunt Doctores communiter cum Glos. *in Clem. 1. §. Volumus de for. comp.* & Rot. *dec. 207. in fin. p. 2. diu.* & in nullius iurisdictionis 19. Martij 1596. coram Bubalo, & alibi passim. Non est autem abdicata parocho iurisdictio celebrationi matrimoniorum huiusmodi puellarum, & famularum, immò de facto quotiescumque casus euenit, ille interest illorum celebrationi, nec constat, quod ablatum sit ipsi ius illas funerandi, quod illi competit eodem iure, quo ei competit ius celebrandi matrimonia; vtrumque enim est ius parochiale. Atque adeò, sicut ei competit ius celebrandi matrimonia ipsarum, ita etiam ei competit ius illas funerandi.

Restat disquirere, an huiusmodi puellæ, & famulæ se- 13
peliri possint in Ecclesia exteriori Monialium, si in ea elegerint sepulturam. Sed quia materiam hanc fusè tractaui *tom. 4.* integra *consul. 175.* eam adire non pigebit.

CONSVLTATIO LXIV.

An Episcopus, qui abest à Ciuitate sua Cathedrali, & residet in diœcesi, constituere, vel relinquere in illa debeat Vicarium generalem & Tribunal Episcopale?

ET quidem, si attendatur textus *in cap. Cum Episco-* 1
pus de offic. ordin. in 6. affirmandum videtur. Illo enim Pontifex ex eo, quod in lege est certum, deducit, & obseruandum decernit, quod cum Episcopus in tota sua diœcesi habeat iurisdictionem ordinariam, ideò proculdubiò in quolibet loco eiusdem diœcesis, non exempto per se, vel per alium, potest pro tribunali sedere, causas Ecclesiasticas audire, delinquentes capere, & carceri deputare, & quæ ad suum spectant officium, liberè exercere.

Ex quibus verbis sequitur, quod Episcopus in quo- 2
cumque loco suæ diœcesis, non exempto, potest tribunal erigere, & ius dicere, Glos. *in d. cap. Cum Episcopus v. loco*, ibique Archid. *n. 2.* Io. Andr. *nu. 1.* Anchar. *n. 1.* Butr. *n. 2.* Gemin. *n. 2.* & 13. Franch. *n. 1.* & Canoni-

stæ

ftæ communiter, ac ita, quod etiam in proprio cubiculo possit ius dicere, vt aduertunt Gemin. & Franch. *loc. alleg.* Nec est necesse, quod Episcopus pronunciet locum à se electum pro iuridico, cùm sufficiat, quod illum eligat, vt in hoc textu. Debet tamen citatus fieri certus de loco in citatione, aliter in dubio censeretur quis citatus, & teneretur comparere in loco, vbi est solitum iudicari, vt *in l. penult. ff. de iust. & iur.* Et sententia in alio loco lata esset nulla, *vt in l. si vt proponis C. quomodo & quando Iudex*, Gemin. *ibid. num.* 13. & Franch. *n.* 1.

3 Atque adeò non tenetur constituere, vel relinquere in Ciuitate Vicarium generalem, ac Tribunal, cùm non teneatur accedere ad iudicandum subditos in loco eorum delicti, quia imperij maiestas vilesceret, vt per Rot. in Calciaten. iurisdictionis *sub sine.* coram Remboldo 1624. *dec.* 537. *p.* 4. *rec.* Idque, etiamsi dięceses sint amplæ. Debent enim dięcesani adire Episcopum ius dicentem in loco soliti domicilij, etiamsi distet pluribus dietis, Rot. in Viterbien. & Fuscanen. Vicarij coram Caualerio *dec.* 418. *& in d.* Calciaten. iurisdictionis, confirmatа à Sac. Congregatione Concilij 7. Septembris 1630. quam refert Barbos. *in collect. decis. Apost. collect.* 288. *num.* 9.

4 Minimèque obstantibus ijs, quæ apponebantur à Capitulis Calciaten. & Tascanen. dum dicebant, quod iura allata pro Episcopis loquuntur de Episcopis habentibus vnam dięcesim, non autem de illis, qui habent duas dięceses æquè principaliter vnitas, & quod ab initio, antequam essent vnitæ, habebant proprium Vicarium generalem. Nam Rota nulla de ijs habita ratione decisiones emisit, quod Vicarius generalis existens in loco soliti domicilij, ac residentiæ cognoscat causas omnes cuiuscumque generis vtriusque dięcesis, cùm in hoc pro vna, & eadem dięcesi habeatur propter iuris assistentiam, quam Episcopus habet, & intentionem fundatam ius dicendi, nedum ex iure communi *in d. cap. Cum Episcopus*, sed ex S. Concilio Trid. *sess.* 25. *de ref. cap.* 6.

5 Quod, si in duabus dięcesibus vnitis, & amplis sufficit vnus Vicarius generalis, multò magis in vna dięcesi parua, vel non magna, vt per Caualer. *cit. dec. n.* 10. inquiens, quod in Ciuitate sufficit habere Vicarium particularem.

6 Eòque magis, quia sicut, quando Episcopus est sufficiens per se, non tenetur constituere Vicarium, ita nec illum relinquere, quando abest à Ciuitate, illumque habet in loco solito Tribunalis, & residentiæ, vt declarauit S. Congregatio super Episcopis in Aquilana die 14. Augusti 1643. his verbis: *questi Eminentissimi miei Signori hanno risoluto, che ella non sia obligata tener detto Vicario generale nella Città, mentre hà habilità, e può supplire per se stessa.*

7 Et concesso, prout de iure conceditur *in cit. cap. Cum Episcopus*, quod in qualibet parte suæ dięcesis possit Episcopus per se, vel per alium pro tribunali sedere, &c. habere domicilium in loco solito, & consueto ex Tridentino loco allegato, & locum intelligendum esse de loco domicilij, non autem de domo materiali, vt in d. Calciaten. iurisdictionis, sequitur, quod Episcopus in loco, in quo residet, & in domo sui domicilij, ac residentiæ, non autem in ciuitate potest ius dicere, & instituere Vicarium ad sui libitum, cùm sit actus facultatiuus, Caualer. *in cit. decis. n.* 10. in illo scilicet loco residentiæ ac domicilij, vbi habitat cum sua familia & tribunal habet, debet iustitiam ministrare, & causas Capitularium omnium cognoscere. Quia cùm Episcopus, & Vicarius generalis ad generalitatem causarum totius dięcesis faciant vnum tribunal, vnumque Consistorium, non possunt separari à loco soliti tribunalis, & domicilij. Et Vicarius tam præsente, quàm absente Episcopo repræsentat eius personam in ijs, quæ sunt iurisdictionis. Ideòque sicut & permissum Episcopo ius dicere, ita etiam in eius absentia in eodem loco consueto permittitur Vicario generali, qui in omnibus, & per omnia æquipollet Episcopo, vt per S. Concilium Trid. *sess.* 25. *c.* 6. *de ref.* & per eamdem decisionem Caualerij *n.* 13. *& seqq.*

Ac ita, vt non obstatet, si solitum sit, ab Episcopo con- 8
stitui Vicarium ad generalitatem causarum vnius loci, ipsiusque Ciuitatis præsente Episcopo; adhuc enim non esset generalis, nec faceret vnum Consistorium cum Episcopo ita, vt possit appellari ab illo ad Metropolitanum, sed ad ipsum Episcopum, vel ad Vicarium generalem totius dięcesis, etiamsi in literis commissionalibus legeretur dictio *generalis*, vt per Glos. *in Clem.* 2. *de rescript. in* 6. Glos. *in cap. Romana de appel. in* 6. Couar. *pract. q. c.* 4. *n.* 8. Bertach. *de Episcop. p.* 8. *lib.* 4. *tit. de Vicar. Episcop. nu.* 8. Marant. *de ordin. iudic. p.* 4. *d.* 5. *num.* 8. Alex. *cons.* 12. *num.* 2. *vol.* 6. Sbroz. *de off. Vicar. qu.* 20. *per tot. & q.* 22. *&* 29. *lib.* 1. *& qu.* 62. *num.* 7. *lib.* 2. *&* 9. 6. *num.* 15. *lib.* 3. & Caualer in d. Tuscanen. *num.* 6. *& seq.* vbi, licèt Tuscanenses haberent Vicarium generalem absque vlla taxatiua, tamen fuit decisum esse particularem, & quod non faciebat vnum Consistorium. Locus autem eligendus debet habere conditiones proportionatas Iudici, & iudicio. Ideòque debet esse honestus, vt in *l. penult. §. vlt. ff. de iust. & iur.* nempè talis, vt Episcopus, salua maiestate imperij sui, possit iudicium reddere, Glos. *d. v. loco*, Monach. *n.* 1. Archid. *nu.* 1. Io. Andr. *nu.* 1. Anchar. *nu* 5. & Franch. *nu.* 5. Et propterеà necesse est, vt sit locus iudicij reddendi, saluo more maiorum, idest non extra territorium sibi commissum, *cap.* 1. *&* 2. 9. *qu.* 2. Host. *in sum. de feud. §. apud quem.* Debet item esse commodus litigantibus. Nam si Episcopus habeat amplam dięcesim secundùm aliquos, allegatos à Rota, non potest Episcopus cogere subditos ad litigandum in loco remoto, sed vel ipse debet accedere, vel causam delegare, Anchar. *in cap. nonnulli num.* 5. *de rescript. & in cap. Cum te de offic. deleg.* Butr. *in cap. sanè de for. comp.* ibique Io. Andr. Barbat. *in princ.* & Felin. *in cap. vlt. num.* 2. *de Iudic.* Et ideò, si vellet causam cognoscere in loco valdè remoto à partibus, possent partes petere, vt causa committeretur, & cognosceretur in loco propinquo. Quod si hoc negaretur, possent appellare, vt per Quarantam *in sum. Bullar. v. Archiepiscopi auctoritas num.* 20.

Verùm Rota in d. Calciaten. iurisdictionis ait, quod 9
hæc conclusio communiter reprobatur à Doctoribus, vt per Panorm. *in cap. sanè num.* 3. *de for. comp. & in cap. dilectus num.* 4. *de rescript.* Rot. *dec* 297. *num.* 4. *p.* 2. *diu.* Et restringitur, quando locus valdè distat, & causa est modica, Barbat. *in d. cap. nonnulli num.* 6. ibique Felin. *de rescript.* Rot. *d. dec.* 297. *num.* 8. *p.* 2. *diu.* Sed melius dixerunt, id tantùm de æquitate procedere Panorm. *in d. cap. dilectus* 2. *de rescript.* Imol. *d. cap. sane de for. comp.* & Rot. in d. Calciaten. iurisdictionis coram Remboldo. Additque Barbos. *in d. cap. Cum Episcopus de offic. ordin. num.* 6. *& de offic. Episc. alleg.* 80. *num.* 5. quod Vicarius Episcopi, cui tribunal, siue iudicialis locus est constitutus, non potest extra illum ius dicere partibus, nisi sit in comitatu Episcopi, vel nisi ex rationabili causa se ad alium locum decentem transtulerit.

Non potest tamen Episcopus perpetuò, vel ad lon- 10
gum tempus transferre cathedram de sua Ecclesia principali ad aliam suæ dięcesis, vt per Gemin. *in d. cap. Cum Episcopus num.* 13. & per Franch. *n.* 4. Neque facere potest, quod cathedra intitularetur in alio loco, quàm in illo, in quo instituta fuit, *can. placuit* 7. *qu.* 1. Ideòque infert Franchus, quod non valeret compositio cum Canonicis, vt Episcopus non possit iurisdictionem exercere in Ecclesia cathedrali, vel ibi ius dicere, seu se intermittere in ipsa, quando id fieret ad longum tempus, vt per Doctores *in cap. fundamenta de elect. in* 6.

At nihilominùs sit regula; quamuis Episcopus de 11
iure teneatur residere in Cathedrali, ibique tribunal habere, nec possit relicta cathedra residere in dięcesi per textum *in can. placuit* 7. *q.* 1. vt firmant communiter Doctores, præcipuè Gemin. *in d. cap. Cum Episcopus de offic. ord. in* 6. *num.* 13. Gambar. *de offic. legat. lib.* 2. *tit. de var. & ordin. num.* 168. Vgolin. *de offic. Episc. cap.* 4. *§.* 14. *num.* 2. *p.* 1. Ciarlin. *lib.* 1. *contr. for. cap.* 68. *num.* 16. Gratian. *discept. for. cap.* 655. *num.* 27. *& dec. march.* 113. *in addit. num.* 2. Campanil. *in diuers. iur. can. rubr.* 11. *cap.* 23. *num.* 151. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 43. *num.* 193. & Manzuned. *dec.* 353. *p.* 5. *rec. num.* 60. licere

tamen

tamen Episcopo tribunal erigere io quocumque loco suæ dięcesis ad breue tempus, vt per Gambar. loc. alleg. nu. 568. Belleoz. in tr. de charit. subsid. qu. 32. num. 3. Bertachin. de Episcop. lib. 4. p. 5. num. 70. & 71. Rot. in Placentina dec. 297. p. 2. diu. Gratian. d. discept. 655. num. 9. & dec. marchiæ 113. num. 2. in addit. Gonzal. ad d. reg. 8. Cancellar. §. 2. proem. n. 35. & Campanil. loc. cit.

12 Ac tenetur Episcopus residere in Ecclesia Cathedrali temporibus præscriptis in S. Concilio Trid. sess. 23. de ref. cap. 1. cuius dispositio est conformis sacris Canonibus, in quibus præcipitur Episcopis, quod sacerdotali more residere, & assistere debeant in suis Ecclesijs diebus dominicis & solemnibus, vt in ca. Episcopus de consecr. d. 3. vbi optimè Glos. & in can. si quis in clero 7. q. 1.

13 Neque obstat, quod Sacrum Concilium id hortetur, & moneat, oon autem præcipiat Episcopis, quasi quod id relinquat in eorum facultate; verba enim hortatoria non præceptum, sed consilium important, atque adeò non inducunt obligatiooem, c. quod præcipitur 14. qu. 1. & 4. d. §. fin. Dec. in cap. nam concupiscentiam num. 20. de constit. Nam respondetur primò, verba hortantia impropriari, quando subiecta materia est de præcepto, vt in hoc casu, per textum in c. Rogo, atque ibi Glos. 11. qu. 3. & in cap. 1. v. hortamur, vbi Glossa exponit, idest præcipimus, de testam. & Abb. in cap. nam concupiscentiam num. 3. de constit. Vel certè, vt ait ibi Decius n. 21. verba hortatoria tunc non impropriantur, quia non est inconueniens aliquem hortari ad illud, quod facere tenetur; can. peruenit 81. d. & ideò verbum Rogo & verbuio hortamur in locis præallegatis propriè intelliguntur, & ooo inducunt præceptum, sed per alia iura materia præcepti esse dicitur, vt ibi per eum.

14 Deinde respondetur, eiusmodi verba hortatoria in decreto Concilij esse coniuncta cum verbis obligationem importantibus, vt superiùs dictum est. Vndè tantum abest, vt per hanc admonitionem sublata censeatur antiqua obligatio, vt potius ex ea videatur renouata. Nam Concilium hortatur Episcopos, vt residcant in carbedrali in illis diebus, in quibus oues refici, & gaudere Pastoris præsentia debent. Quod perinde est, ac si illos adhortatum fuisset, vt dictis diebus suam implerent obligationem apud Carhedralem Ecclesiam residendi. Præsertim quia hoc ipsum fecerat ibidem paulò ante his verbis: Sacrosancta Synodus eos, idest Episcopos, admonet, & hortatur, vt diuinorum præceptorum memores, &c. pascant & regant. En igitur quemadmodum adhortationem à præcepto & obligatione Concilium non seiunxit. Quod & Pius IV. fecit in sua Constitutione incip. De salute gregis, ibi: Episcopos ab Ecclesijs, & diœcesibus suis absentes præcipiendo monemus.

15 Prætereà verbum hortamur prolatum à Principe, & ab habente auctoritatem præcipiendi, inducit præceptum, & necessitatem, can. præsentium 7. qu. 1. can. dudum 18. q. 2. d. cap. 1. extra de testam. vbi Glos. Clem. 1. de test. vbi Cardin. Imola, & alij. Quod maximè absque dubio procedit, vbi verba exhortationis sunt adiecta rei, aut dispositioni, quæ ex propria natura necessitatem obtemperandi præsefert, vt scitè Couar. in d. cap. 1. de testam. num. 12. ad fin. & redditur maoifestum ex illis verbis in Concilio relatis, ibi: nullo pacto. Quæ clausula idem importat, quod nulla ratione, siue nullatenus, & habet vim præcisæ prohibitionis, l. pupillus, vbi Glos. ff. quæ in fraud. cred. Barbos. claus. 92 in fin. Vnde meritò S. Congregatio Em. S. Concilij Trident. Interpretum ita censuit, ac declarauit his verbis: Posito decreto Concilij Tridentini cap. 1. sess. 6. & cap. 1. sess. 23. an Episcopi temporibus præscriptis in d. cap. 1. sess. 23. vers. eosdem interim admonet in Ecclesia sua residere, teneantur, an verò satis sit, vt in diœcesi resideant.

16 Sacra Congregatio &c. articulo huiusmodi accuratè discusso, censuit, Episcopos temporibus, vt supra præscriptis, teneri in Ecclesia Cathedrali residere, nec satis esse, vt in diœcesi resideant, ita ut aliter sua obligationi non satisfaciant, nisi Episcopalia munia in sua diœcesi eos aliò vocent. Cæterum non incidere in pœnas à Sancta Synodo Episcopis non residentibus inflictas, dummodo in diœcesi resideant.

17 Minùs obstat, quod dum S. Concilium d. cap. 1. sess. 23. de ref. obligat Episcopos ad residendum in Ciuitate, vel in dięcesi, videatur cum dicta alternatiua dare illis facultatem residendi vbi placuerit, & quod proinde derogauerit dispositioni Sacrorum Canonum. Nam legum correctio omninò euitanda est, nec inducenda per sub auditos intellectus, sed semper lex noua est interpretanda eo modo, quo antiquæ leges, vt remaneant intactæ, prout in hoc casu. Quia dum Episcopus de iure, ac vigore antiquorum Canooum debeat residere in Cathedrali, & possit ad tempus residere in dięcesi, dictio illa vel intelligitur proportionabiliter, ac respectiuè, singula singulis referendo, quod nimirùm teneaotur residere in Cathedrali, vel in dięcesi pro illo tempore, quod de iure in eis permittitur, & sic salua remanet dispositio antiquorum Canonum, quibus non solùm Sac. Concilium noluit derogare, quia quando voluit id facit expressè, sed illas in materia residentiæ expressè innouauit, & confirmauit sess. 6. de ref. cap. 1. nempè can. peruenit, & can. placuit 7. qu. 1. vbi Glos. v. in diœcesi dicit, hoc adeò verum esse, vt non liceat Episcopo ad diœcesim diuertere, nisi ex causa visitationis. Idemque patet ex Concilio Aurelianensi c. 33. relato in can. Episcopus de consecr. d. 3. Ex quibus firmatur regula nostra, quod Episcopus tenetur residere in Cathedrali, & non potest diù permanere in dięcesi. Quare per illa verba non est censendum, S. Coocilium funditùs sustulisse antiquam Episcoporum obligationem, vt in simili legitur in cap. Ecclesia vestra 2. ver. neque enim de elect. cum præsertim ibi inhæreat decreto cap. 1. sess. 6. quo innouantur antiqui canones aduersus non residentes promulgati, sed tantùm moderatum fuisse rigorem Sacrorum Caoonum.

18 Quare illa verba per dictionem alternatiuam in sua Ecclesia, vel dięcesi iodicant potiùs ordinem, quàm electionem Glos. in cap. penult. v. vel in parochiali de sepult. quemadmodum in terminis aliorum decretorum Concilij sæpiùs censuit eius S. Congregatio. Et in specie in decreto cap. 16. sess. 24. quo iubetur sede vacante eligi Vicarius, qui in iure Canonico sit Doctor, vel aliàs quantum fieri poterit idoneus, censuit dictionem alternatiuam vel esse ibi ordinis, non electionis iuxta doctrinam Geminiani in cap. licet in fin. de sepult. in 6. Ideòque electionem factam de Sacerdote non doctore, quamuis alioquin idoneo, omissis doctoribus, esse nullam. Et similiter dum in cap. 3. sess. 22. distributiones absentium iubentur applicari fabricæ Ecclesiæ, vel alteri pio loco, S. Congregatio respondit, alternatiuam vel non esse electionis, sed ordinis. Ideòque applicationem primo loco faciendam esse fabricæ Ecclesiæ, si indigeat, sin minùs esse arbitrio Ordinarij illas alteri pio loco applicare. Eodem igitur modo, dum Concilium declarat Episcopos obligari ad personalem in Ecclesia, vel dięcesi residentiam, hæc alternatiua noo est censenda importare electionem ita, vt arbitrium sit Episcopo, hic, vel alibi residere, sed potiùs ordinem ita, vt primo, & principaliter resideodum sit in Cathedrali Ecclesia, idque præsertim tempore Aduentus, Quadragesimæ & alijs solemnitatibus, in quibus maior, & præcipua est residentiæ obligatio, vt est textus in can. si quis in Clero 7. qu. 1. deinde verò, idest alijs temporibus, satisfieri possit eiusmodi obligationi, etiam residendo in dięcesi.

19 Quæ interpretatio videtur primò amplectenda, quia per eam minùs receditur à dispositione veterum Conciliorum, & Canonum ad cap. Cum expediat de elect. in 6. & l. si quando C. de inoffic. testam. Deinde quia hoc modo cessat absurdum illud, quod aliàs sequeretur, si Episcopi possent præcepto residentiæ satisfacere absque eo, quod vnquam Ecclesiam Cathedralem, & sponsam suam inuiserent. Denique quia cùm præcepto diuino mandatum sit omnibus Episcopis, oues suas agnoscere, verbique diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, & bonorum operum omnium exemplo pascere, & in cætera munia pastoralia incumbere, vt habetur in d. cap. 1. Concilij Tridentini, non apparet, quomodò hæc omnia impleri possint ab Episcopo, qui ad villas, & pagos diuertit, nec vnquam residet apud Ec-

cle-

eclesiam suam Cathedralem, vllasque ibi functiones episcopales exercet, nec præsens agnoscit oues, quarum pars maior, vt plurimum, illic commoratur.

19 Et quod hæc fuerit mens S. Concilij *d. sess.25. de ref. cap.1.* colligitur manifestè. Dum enim declarat, Episcopos excusari ab onere residentiæ per tres menses, illos hortatur, ne vtantur licentia, & excusatione præfata temporibus in eo præscriptis, in quibus abesse non debent à sua Cathedrali Ecclesia, nisi munia Episcopalia eos aliò vocent in diœcesi. Quare apertè supponit, quod, cessante absentia ex dicta licentia, & cessantibus munijs episcopalibus in diœcesi peragendis, residere debeant in Cathedrali.

20 Potest itaque Episcopus in qualibet parte diœcesis residere modo iam explicato, dummodò non absit à Cathedrali temporibus à S. Concilio Tridentino præscriptis, nec remoueat Vicarium, & tribunal à Ciuitate, vt declarauit sæpiùs S. Congregatio super Episcopis, præsertim die 28. Ianuarij 1603. die 3. Octobris 1615. die 22. Februarij 1647. & die 17. Decembris 1649. nisi quoad Vicarium, & tribunal obstaret legitima consuetudo, aut necessitas. Quibus in casibus non indignantur Canones iuri positiuo derogare, & *in cap. si quando de rescript.* & Concilio Trident. *cap.5. sess.13. & cap.5. sess.21. de reformat.*

21 Decisiones verò S. Rotæ in Calciaten. & Tuscanen. loquuntur in terminis S. Concilij Tridentini *cap.6. sess. 25. de ref.* scilicet in visitatione Capitulorum exemptorum, de qua re nos alibi copiosè, atque adeò in casu speciali.

CONSVLTATIO LXV.

An Commendatarij possint ab ijs, quibus in decreto cap.8. sess.21. de reform. Concilij Tridentini eorum Ecclesias visitare concessum est?

1 IN hac re aduertendum est. Commendatarios ipsos Ordinarijs subiecisse videtur Concilium in materia residentiæ. Itemque aut de incompatibilitate agitur, aut de cura animarum sacramentali, quam ipsimet Commendatarij exercerent. Extra hos casus Concilium nihil in specie decreuisse, à quo Commendatarij possint visitari, & corrigi. Considerandum autem est cum ea hodie recepta opinione, de qua Fagnanus *in cap. in Ecclesijs num.5. & 22. de capel. monach.* Commendatarios perpetuos pro veris titularibus haberi, & de Abbatibus, & Prioribus loquentia, habere etiam locum in hisce Commendatarijs, consequens videtur, vt quemadmodum Abbates à suis superioribus Regularibus visitari debent, ita & hi Commendatarij possint.

2 Quod si hoc omninò conuenire, aut decere videatur, rursus perpendendum nullo modo, nec expresso iure, nullaque clara concessione apostolica probari, Commendatarios exemptos esse ab Ordinarijs; posse tamen ab Ordinarijs iudicari ratione rei, contractus, aut delicti, sanxit Constitutio Innocentij IV. quam Concilium innouauit, atque etiam ampliauit in causis mercedum, & miserabilium personarum, etiamsi certus Iudex à Sede apostolica in partibus deputatus esset, & generaliter quoque in alijs causis, si certus delegatus non esset.

3 Quod tamen ad materiam visitationis visum est plerisque non posse Commendatarios nomine Commendæ visitari, neque corrigi, nisi à delegatis Sedis Apostolicæ. Sed quia aliqui Ordinarij hanc facultatem sibi competere credunt, & ob id vrgent aliquos Commendatarios, ideò videndum, quibus rationibus Commendatarij ab hac visitatione se tueri possint. Et licèt reseruati sint fructus in fauorem alterius, non est tamen reseruata administratio, neque reseruata domus Abbatialis, & reseruatio fructuum non tollit curam, & administrationem; vnde tenentur promoueri, & curam exercere per Glos. *in cap. si quis concessa de preb. in 6.* Quare cum quæsitum fuisset, an Commendatarij eorum monasteriorum, quæ habent Conuentum à suis superioribus Regularibus, ab Ordinarijs locorum visitari, & corrigi possint, licèt Concilium Tridentinum *sess.24. cap.11.* de Commendatarijs non meminerit in illa Commemoratione personarum, quæ ab Ordinarijs visitari debent, non obstantibus quibuscumque priuilegijs eis concessis, S. Congregatio censuit, si nullius sint, ad Episcopum nullum ius pertinere, sed ad Sedem Apostolicam. Si inter certam diœcesim sint, quoad residentiam subiacere Episcopo ordinario loci per *cap.2. sess.6. Trid.* Quod verò spectat ad visitationem, & correctionem non posse ratione Commendæ visitari, aut corrigi, nisi à Summo Pontifice, aut ab eius Legato, sed visitator est delegatus, ratione autem delicti, rei & contractus ad ius commune se remisit, illudque ampliauit, prout Concilium se remisit, vt in *cap.14. sess.7.* Quod est notandum, cum Concilium se remisit, vt in *cap.14. sess.7.* Quod est notandum, cum Concilium per dictum *cap. 14.* innouauerit *cap.6. de priuileg. in 6.*

4 Porrò aduertendum, de iure communi Regulares subesse Episcopis locorum lege iurisdictionis tantum. Si autem eorum Ecclesiæ habent populum, eo casu eorum monasteria subsunt Episcopis ratione populi etiam quoad legem diœcesanam *cap.1. de stat. monach.* & ibi Glossa & Doctores, *& c.1.18. qu.2. per totam.* Tamen cum hodie maximis exemptionibus, à Sede Apostolica concessis muniti sint, Concilium *cap.8. sess.21. de reform.* permittit, vt visitari possint, hac tamen ratione, & eo casu, quo ipsi statuta sua non obseruarent, & superiores suos subditos in Officio non continerent, & Superiores paternè admoniti intra sex menses Regulares sibi subditos non visitauerint, vel correxerint. Non enim satisfacient cum sola visitatione, *cap. quanto de offic. ordin.* ibique Doctores. Quod verò ad correctionem extra visitationem Concilium præscripsit modum *in cap.13. sess.6. & cap.14. sess.25.* demùm quoad causas ciuiles *cap.14. sess.7.*

CONSVLTATIO LXVI.

An Eunuchi ad Sacros Ordines admitti possint? Vbi de mutilatione, ac dispensatione in ipsa paruula. Et quid quo ad eorum matrimonia?

1 EEunuchi ad Ordines non admittuntur, nisi morbi causa sit, aut violentia aliena factum. Probatur primò *ex can.1. Concilij Niceni*, qui ita habet: *si quis à medicis propter languorem desectus est, aut à barbaris abscissus, hic in Clero permaneat. Si quis autem se ipsum sanus abscidit, hunc & in Clero constitutum abstinere conuenit, & deinceps nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc clarescit, quod de his, qui hanc rem affectant, audentque, semetipsos abscindere dictum sit, sic eos, quos aut barbari, aut Domini castrauerunt, si inueniuntur aliàs dignissimi, tales ad Clerum suscipit regula, & refertur in c. si quis à medicis d.55.*

2 Canon Apostolicus, quem citat Concilium Nicenum, est vigesimus primus, cuius verba præstat audire: *Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, efficiatur Episcopus, & can.22. si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputauit sibi virilia, non fiat Clericus, quia suus homicida est, & Dei conditoris inimicus. Et can.23. si quis, cùm Clericus fuerit, absciderit semetipsum, omninò damnetur, quia suus est homicida. Et can.24. laicus semetipsum abscidens, annis tribus communione priuetur, quia suæ vitæ insidiator exstitit.* Itaque genus hoc irregularitatis etiam longè ante Nicenam Sinodum sumpsit exordia, eamque stabiliunt Apostolorum Canones 21. & 22.

3 Nec differt ab huiusmodi mandato Apostolico, quod Deut. 23. *num.1. Non intrabis Eunuchus*, inquit, *attritis, vel amputatis testiculis in Ecclesiam Domini.* Illa in Ecclesia puto, etiamsi naturæ vitium, aut hominum iniu-

iniuria factum fuerit, nihilominus fuisse in lege præscriptum, ne sacerdotio fungerentur. At in noua de voluntaria abscissione agitur, qualem experiri voluit Origines, qui ab Alexandrino Episcopo Demetrio ea de causa fuit depositus, Euseb. *lib.6.c.7.& 17.*

4 Canonis Niceni causam Leontius dedit, qui, vt scribunt Athan. *in apolog. de fug. sua in fin. Socrates lib.2.c.* 21. Theodoret. *lib.2. cap.24.* accusatus inhonestæ, aut suspectæ cum muliere conuersationis, iussusque ab Antiocheno Præsule Eustathio, vt ab ea consuetudine desisteret, cùm obsequi detrectaret, sibi virilia ad amouendam mali suspicionem resecauit, perinde ac si liceret homini se quomodolibet, nullaque vrgente morbi vi mutilare, & quasi verò ampotata illa parte simul excideretur, quidquid fœda libido potest, vel cogitatu, vel sensu, vel quouis opere exequi. Qua de re fusè disputat Basilius *lib. de ver. & incorrupt. virgin.* Leontium igitur duplici titulo, & iure, tum illicitæ resecationis, tum prohibitæ consuetudinis deposuit Eustathius. At Leontius per nouum scelus se Arianis adiunxit, quorum factione sub Constantio ipsam etiam Sedem Antiochenam inuasit. Refert quoque Euseb. *lib.6. hist. eccles.* Originem, cùm fœminas aliquot theologicis disciplinis & Sacris literis erudiret, velletque aut malum ipsum, aut mali suspicionem anteuertere, sese adhibitis quibusdam medicaminibus fecisse eunuchum, verba illa Christi aliter, quàm par erat, intelligendo: *Sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum.* Quapropter Demetrius, Alexandriæ Episcopus, factam ordinationem petenti recusauit. At Origenes in Palestinam commigrans sacros ordines, ipsumque Sacerdotium sumpsit ab Episcopis Cæsariensi, & Ierosolymitano. Vndè graues exortæ Demetrij cum ipsis querelæ. Quam pariter refert historiam Epiphan. *heres.58.* & Hieronym. *de script. Eccles.* in Alexandro.

5 Secundò, quia irregularitatem incurrunt mutilantes membra alteri, vel sibi, aut maiorem partem membri voluntariè, aut culpabiliter eodem modo, sicut occidens, *vt c. si Euangelia 55. d. cap. 1. de Cler. pugn. in duel. cap. vlt. de homic. in 6. Clem. vn. eod. tit.* & ibi Glos. *v. mutilat*, Sayr. *lib.6. de censur. cap.15. num.5.* Molin. *tr.3. disp. 69. num.2.* Suar. *de censur. disp.44. sect.2. num.8.* Auil. *eod. tr. p.7. disp.3. dub.1.* & Diaz *in prax. cap.17. num.8.* Quod procedit etiam in cooperante ad mutilationem, Molin. *loco cit. disp.70. num.16.* Henriq. *lib.4. cap.8. num.4.* Ac in mutilante sibi partem membri sine necessitate, etiamsi non sit maior pars membri, vt si ex ira mutilet sibi partem manus, vel digitum, aut partem digiti, aut vnum testem, *c. qui partem 55. d. cap. significauit de corp. vit.* Molin. *d. disp.70. num.16.* Sayr. *loc. alleg.* Suar. *disp.51. sect.2. num.6.* Tolet. *lib.1. cap.63. num.8.* Laym. *lib.3. de homic. cap. 11. num.3.* Nam in hoc casu maior criminis deformitas apparet, quàm si vnum, aut alterum digitum, aut membri partem alteri quis absciderit. Ac etiam in permittente se castrari ob quamcumque causam, etiam causa cantus, quidquid dixerit Pasqualig. in suis *decis. moral.* contra quem inuehitur Raynaudus peculiari libello contra Pasqualigum puerorum emasculatorem, excepta tantùm causa necessitatis ob ægritudinem, *d. can. si quis absciderit, can. si quis ægritudine 55. d. cap. significauit, cap. ex parte 1. & 2. de corp. vit.* Menoch. *de arb. cas.570. nu. 14.* Sayr. *de censur. lib.6. cap.7. n.14.* Laym. *loc. cit. cap.1. n.2.* Tanner. *tom.3. disp.4. q.8. dub.1. n.101.* & alij.

6 Cur autem tantoperè castrationem canones detestentur, causæ complures sunt. Primò, quia magno vitæ periculo ea mutilatio peragitur, ideòque tales, vt homicidæ sui ipsius habentur. Deinde, quia vigor etiam mentis interit, & malignitas quædam, pusillitasque accedit, ipsa corpora deteriora fiunt. Id, quod in belluis quoque cernimus. Tertiò, ne sic quidem tentatio vitatur, neque voluptatum voluntas exscinditur. Quartò, erat etiam vetitum ciuilibus legibus, Epiphan. *hær.6.* Iustinus *orat. ad Anton.* refert adolescentem, vt omni motu carnis irrationabili careret, libellum Felici Augustali præfecto obtulisse, vt medico id facere liceret. Idem peccarunt duo Monachi Ægyptij, quos Theophylus Alexandrinus eiecit, Epiphanius vagantes, vndique eiectos admonuit, & emendauit. Quintò, contumeliosum erat tot virginibus & continentibus, si castitas ferro quærenda Christianis, non de gratia Domini crederetur. Sextò, ministri Cybeles, alijque acuta silice sibi pondera demebant, vt ille loquitur, & crudeli, stolidaque superstitione dæmoni seruiebant, alij plumbi, & cicutæ frigore continentiam breuem mentiebantur. Itaque noluit illis Ecclesia suos similes vel esse, vel videri, memor, continentiam esse donum Dei, quod seruata operis Dei integritate, nos auctori suo consecraret.

7 An autem id procedat, etiamsi delictum sit occultum, affirmant Glos. *in cap. fin. de corp. vit.* Sayr. *lib.7. c.7. nu.12.* Suar. *disp.51. de irregul. sect.2. num.7. & 8.* Garz. *p.7. c.12. n. 5. de benef.* Dissentiunt Vgolin. *de irreg. c.51. num.7. & c. 52. num.5.* Host. Butr. Cardin. & Abb. *in d. cap. fin.* & alij multi apud Garz. *n.6.* Quorum sententia est magis communis.

8 Peto hic non omninò extra rem, an debilitans membrum alicui, exempli causa, excæcando oculum, illo tamen integro remanente, aut claudum reddendo, non abscindendo crura, efficiatur irregularis? Asserit prima sententia, quam sequuntur Abb. *in cap. Cum illorum num.8. de sent. excom.* Syluest. *v. Homicidium 3. qu.3.* Angel. *eod. v.5. num.5.* Tabien. *v. Irregularitas 3. num.26.* Maiol. *de irreg. lib.5. c.50. num.7.* Graff. *lib.2. c.62. num.3.* & Cardin. *in cap.1. qui Cler. vel nou.* Vbi ait, hoc verum, quando debilitatus effectus est irregularis. Ratio autem est. Qui paria sunt, non esse, vel esse inutile.

9 Secunda sententia communis ait, non effici irregularem. Hanc amplectuntur Nauar. *cap.27 num.223.* Molyn. *tr.3. disp.68.* Sayr. *d. lib.6. cap.15. nu.6.* Abbas, sibi contrarius, *in cap. de diacono num.9. qui Cler. vel nou.* Felio. Calder. Præpos. Villadieg. Anfrer. & alij apud Sayr. *ibi*, & sequitur Bonac. *de irreg. qu.4. pun.8. num.11.* cum alijs, & communem appellat Vgolin. *de cap.4. §.6. n.1.* Ratio, quia nullo iure id est cautum. Atqui nulla irregularitas statuenda est, præter quam in casibus à iure expressis, *cap. Is, qui de sent. excom. in 6.*

10 Tertia sententia, cui adhærendum censeo, distinguit, quod si talis sit debilitatio, vt inde posteà necesse sit venire ad truncationem, erit debilitans irregularis. Ita Suar. *disp.44. sect.2. num.11.* qui sic intelligit Doctores pro secunda sententia.

11 Dubius verò de mutilatione, an debent, se censere irregularem? Negat Sanchez *lib.1. in decal. cap.10. num. 49.* Sed communis affirmat apud Sayr. *lib.6. c.2. num.16.* Reginald. *lib.30. num.12.* Bonac. *de irreg. qu.1. pun.4. num.3.* & alios. Vide Delbene *tr.3. morali de consc. dub. dubit. 14.* vbi de dubio positiuo, negatiuo, iuris, & facti.

12 Dispensare autem super irregularitate ex mutilatione, si casus sit occultus, potest Episcopus, etiamsi sit voluntaria mutilatio; si tamen ex delicto sit, vigore Concilij Tridentini *sess.24. cap.6.* Garz. *p.7. c.11. num.29.* Si autem sit publica voluntaria, non potest Episcopus dispensare ad recipiendos ordines, vel beneficium curatum obtinendum, sicut de homicidio, docent Doctores, & habetur *in cap.1. de Cler. pugn. in duel.* Nauar. *cap.27. num. 20.* & Rodriq. *q. regul.24. num.10. tom.1.* sed ad minores iam susceptos exercendos, & beneficium simplex obtinendum, potest Episcopus dispensare ex iure communi, vt ex magis recepta Garz. *num.26. & 29.* Nisi quando quis seipsum mutilauit, aut sua culpa ab alio mutilatus est, & membrum non est occultum, sed notoria mutilatio, tunc enim solus Papa dispensat, *cap. significauit de corp. vit.* Couar. *in Clem. si furiosus p.1. nu.7.* Molin. *d. disp.70. in fin. tr.3.* Tolet. *lib.1. cap.63.* Henriq. *lib.14. cap.8. num.4.* Si autem sit occultum membrum, seu non patens omnibus, tunc Episcopus dispensare potest, vt ministret in susceptis, excepto altaris ministerio, Auil. *p.7. disp.3. dub. 2. concl.2.* cum Angelo, Syluestro, Henriquez, ac tenent Tabien. *v. corpore vitiatus* cum Hostiensi, & Sayrus *d. lib.6. cap.7. num.14.*

13 Quod verò ad eorum matrimonia. Si Eunuchus, siue spado, siue castratus careat vtroque testiculo, quia desecti sibi fuerunt, non potest contrahere matrimonium, *arg. l. seruus §. & si puerum ff. de leg. Aquil.* & per ea, quæ

dicit

dicit Bart. *in l. si is, qui pro emptore ff. de vsucap.* & ponit Addit. & Abb. *in c. quod sedem de frigid. & Malefic.*

14 Aut spado non est castratus, & tunc aut non erigit, nec potest emittere semen, & similiter non potest contrahere propter naturale impedimentum, vt notat Abb. *in d. c. quod sedem propè fin. & in cap. consultationis n. 2. eodem tit.*

15 Aut potest erigere, & emittere semen, sed non ad generationem, & in hoc casu est controuersia inter Doctores; nam D. Tho. *in 4. sent. dist. 34. q. 1. ar. 2.* tenet, quod si esset tanta in impotentem frigiditas, quòd impediret ad generandum solùm, sed non ad coeundum, tunc teneret matrimonium, quia hoc est ei in remedium, cum non possit esse naturale perpetuum impedimentum, quem sequitur Bart. Bell. *in addit. ad Abb. in rubr. de frigid. & malefic.*

16 Et facit *cap. laudabilem eodem tit. in 1. parte*, vbi videtur sufficere coitus ad validitatem matrimonij. In contrarium facit ratio, quam allegat Abb. *in d. cap. quod sedem in fin.* quia, ex quo non potest generare, potest vxor dicere, ego volo esse mater, & eam sequitur Syluest. *in sum. v. Matrimonium 8. q. 16.* quam dicunt esse communiorem opinionem, eamque tenet Goffr. *in sum. sub n. 5. eodem tit.* sed ibidem Nauar. tenet, eum, qui sectus sit, & vtroque teste careat, non posse contrahere. Extat tamen hac in re Breue Sixti V. tenoris sequentis.

Venerabili fratri Episcopo Nouariensi, Nostræ Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntio.

17 *VEnerabili fratri salutem &c. cum frequenter in istis Regionibus Eunuchi quidam, & spadones, qui vtroque teste carent, & ideò certum, ac manifestum est, eos verum semen emittere non posse, quia in pura carnis tentigine, atque immundis complexibus cum mulieribus se commiscent, & humorem forsan quemdam similem semini, licèt ad generationem, & matrimonij causam minimè aptum, effundunt, cum mulieribus præsertim hunc ipsum eorum defectum scientibus contrahere præsumunt, idque sibi licere pertinaciter contendant, & super hoc diuersæ lites, & controuersiæ ad tuum etiam Ecclesiasticum forum deducantur, requisiuit à nobis fraternitas tua, quid de huiusmodi statuendum sit. Nos igitur attendentes, quod secundum canonicas sanctiones, & naturæ rationem, qui frigida natura sunt impotentes, ijdem minimèque apti ad contrahenda matrimonia reputantur, quodque prædicti Eunuchi, & spadones, quas tanquam vxores habere, tanquam sorores nolunt, quia experientia docet, tam ipsos, dum se potentes ad coeundum iactitant, quàm mulieres, quæ eis nubunt, non vt castè viuant, sed vt carnaliter inuicem coniungantur, praua, & libidinosa intentione sub prætextu, & in figura matrimonij turpes huiusmodi commixtiones affectare, quæ cum peccati, & scandali occasionem præbeant, & in animarum damnationem tendant, sunt ab Ecclesia Dei prorsus exterminandæ; & insuper considerantes, quod ex spadonum huiusmodi, & Eunuchorum coniugijs nulla vtilitas prouenit, sed potius tentationum illecebræ, & incendia libidinis oriuntur, eidem fraternitati tuæ committimus per præsentes, & mandamus coniugia per dictos, & alios quoscumque Eunuchos, & spadones vtroque teste carentes cum quibusuis mulieribus defectum præfatum, siue ignorantibus, siue etiam scientibus, contrahi prohibeas, eosque ad matrimonia quomodocumque contrahenda inhabiles authoritate nostra declares, & tam locorum Ordinarijs, ne huiusmodi coniunctiones de cætero fieri quoquomodo permittant, interdicas, quàm eos etiam, qui sic de facto matrimonium contraxerint, separari cures, & matrimonia ipsa sic de facto contracta, nulla, irrita, & inualida esse decernas, eos & qui sic iam contraxerunt, si apparet illos, non vt castè simul viuant contraxisse, sed actibus carnalibus, & libidinosis operam dare, simulare in vno, & eodem lecto cum prædictis mulieribus dormire conuincantur, omninò similiter separari cures. Nos enim ita in præmissis, & non aliter per quoscumque Iudices, & Commissarios quascumque authoritate, & dignitate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter Iudicandi, & interpretandi facultate in quacumque causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere. Et si secùs super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsitan est hactenus, vel attentari in posterum contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus cuiusuis Ciuitatis, Prouinciæ, aut Regni statutis, legibus, municipalibus, aut consuetudinibus, quæ abusus potius, aut corruptelæ censendæ sunt, etiamsi ab immemorabili tempore obseruata dicantur, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum die 26. Iunij 1587. Præpositus S. D. N. die 18. Iuny 1587.*

Iulius Anton. Card. Sanctæ Seuerinæ à n. 3.

CONSVLTATIO LXVII.

Canonicatus vacans in Ecclesia titulari per obitum familiaris, est ne conferendus de consensu Cardinalis Patroni, an verò Cardinalis Titularis?

HAnc causam iamdiù iacentem iterùm excitamus propter Causidicos, etiam primi nominis, qui interdum in sua palæstra offendunt. Nec mirum! sæpè enim in causa facili & explicata, intentionis, aut defensionis ratio perplexa, aut lubrica suscipitur Aduocatorum aut errore, aut neglectu, aut incuria. 1

Ego quidem ratum nunc habeo, quod aliàs in hac re differui, nempè Canonicatum huiusmodi conferendum esse de consensu Cardinalis Titularis. Præter ibi rationes abductas has etiam subiungo ob peruicaciam cuiusdam Aduocati theatralis, vt in suo dissensu de hac re. 2

Nam Cardinales de iure in Ecclesijs suorum Titulorum habent ius conferendi Canonicatus, & quæcumque alia beneficia in eis consistentia, *cap. his, quæ de maior. & obed.* Vbi Abb. & Felin. *in princ.* Germon. *de Indult. v. Tam ratione n. 14. & seqq.* Gonzal. *glos.* 13. *n.* 20. Kochier. *super reg. 1. n. 23.* & Rot. *dec. 423. n. 3. p. 2. recent.* cum alijs per Barbos. *de iur. Eccles. cap. 4. n. 36.* Vbi quod intelligitur, dum Cardinales tempore vacationis, sint præsentes in Curia. 3

Et quamuis etiam Cardinales Titulares priuentur hoc iure conferendi, dum beneficia vacant apud sedem, tamen collationis loco habent consensum, etiam quod beneficium vacet per obitum familiaris alterius Cardinalis, vt expresse statuitur *in reg.* 32. hodie 33. vbi quod, si beneficia vacent apud sedem per obitum familiarium Cardinalium, tunc in illorum prouisione super expeditione litterarum exigatur consensus illius Cardinalis, si in Romana Curia fuerit præsens, ad quem collatio, & dispositio pertinere deberet, & in specie tenet Æneas de Falcon. *de reseruat. effect.* 17. vbi quod ita seruatur Sarnen. super *reg. de impetr. benef. per obit. famil. Cardinal. q.* 19. *n.* 1. & plenius Marescot. *var. lib. 2. cap. 94. n. 24.* 4

Non obstat, quod Constitutio moderatrix Pauli V. consensum huiusmodi tribuat Cardinali Patrono, excluso Cardinali collatore. Quoniam, si rectè perpendatur, potius fauet Cardinali Titulari. Nam, attento, quod Sedes Apostolica ex indultis Cardinalium sæpè numero impediebatur conferre, Pontifex reseruat omnia beneficia vacantia apud sedem, etiam ad collationem Cardinalium pertinentia, etiam ratione Cathedralium, non tamen Ecclesiarum, quibus in titulum præsunt, circa quæ dicit non intendere aliquid innouare, salua Cardinalibus facultate præstandi suum consensum, dum beneficia vacant per obitum suorum familiarium in omnibus casibus, in regula expressis. Vlteriusque etiam vult, quod censeantur reseruata beneficia dictorum familiarium tam in Curia, quàm extra Romanam Curiam vacantia per obitum eorumdem familiarium. 5

Ex quibus sequitur, Constitutionem non solùm, vt dixi, non nocere Cardinali Titulari, sed coadiuuare eius collationem, seu consensum, cùm Papa expressè excipiat beneficia Ecclesiarum, quibus Cardinales ratione tituli sui Cardinalatus præsunt, vt in illis verbis: *non tamen*, quæ sunt verba limitatiua, & exceptiua præcedentium, *l. Ista tamen, ff. de Trebel.* plenè Paris. *cons. 68. n. 1. & seqq. lib. 1.* 6

Gre-

Greg. *dec.* 85. *n.* 9. Rot. *dec.* 75. *n.* 4. *p.* 2. *recent.* ac iuris, & facti aduersatiua in eodem genere, retentis semper eisdem terminis, Paris. *d. cons.* 78. *num.* 3. & *cons.* 17. *n.* 2. *eod. lib.* Sed magis clarè, quia dictus Pontifex expresse protestatur, quod non intendit circa dicta beneficia aliquid de nouo disponere. Quia vbi verba sunt clara, cessat voluntatis quæstio, *l. Ille, aut ille, §. Cum in verbis, de leg.* 3. Surd. *cons.* 242. *n.* 9. Rot. *dec.* 21. *n.* 5. *p.* 1. *recent.*

7 Neque subsistit, quod dicta restrictio, & protestatio Papæ sit apposita primo capiti reseruationis, & non secundo, vbi agitur de consensu Cardinalis Patroni in concursu Cardinalis Collatoris, vt *in vers. Voluit vlterius*. Quia Constitutio continet vnam tantum reseruationem beneficiorum vacantium apud Sedem, etiam litigiosorum per obitum familiarium Cardinalium. Verùm quia potuisset dubitari, an Papa reseruando beneficia familiarium, decedentium apud Sedem, relaxasset reseruationem regulæ tertiæ, hodie quartæ, quando scilicet tales familiares decederent extra Curiam, & fortassè an reseruatio facta in casu simplici intelligeretur in casu mixto, quando scilicet beneficia, quorum collatio pertinere deberet ad Cardinalem, vacarent per obitum familiarium alterius Cardinalis, ideò Papa ad tollendum omne dubium subiungit verba: *voluit vlterius, quod eadem beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium tam apud eamdem Sedem, quàm extra Romanam Curiam, Sanctitati suæ reseruata censeantur, etiamsi ad alterius Cardinalis collationem pertinere deberent*; per quæ verba non dicitur, facere nouam reseruationem, sed mandat, beneficia haberi pro reseruatis, inter quæ magna est differentia, vt probat textus *in cap. 1. in fin.* ibi, *sententia efficax censeatur*, Alberic. *in dict. v. Censeatur*. Et consequenter dum Papa profitetur, se nolle circa beneficia Ecclesiarum titularium aliquid disponere, hoc limitat totam Constitutionem. Quia determinatio plura determinans ea æqualiter determinare debet, *l. nam hoc iure, ff. de vulg.* Surd. *cons.* 31. *n.* 15.

8 Quæ comprobantur etiam tum ex natura dictionis *Vlterius*, quæ est inclusiua, & repetitiua omnium præcedentium, Ofasch. *decis.* 52. *n.* 4. & 15. Surd. *cons.* 274. *n.* 16. Tum ex significatione verba *eadem*, quod est relatiuum beneficiorum supra expressorum, Bald. *cons.* 54. *n.* 2. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 130. *n.* 7. sed Papa supra disposuerat de beneficijs ad collationem Cardinalium, non tamen ratione Ecclesiarum Titularium. Ergo de illis tantùm intelligitur, & non de istis. Tum etiam quia Papæ non fuit opus reseruandi beneficia familiarium, quia iam reseruauerat in prima parte Constitutionis, & ante §. *Voluit vlterius*. Quod patet, quia post dictam reseruationem beneficiorum vacantium apud Sedem, etiam ad collationem Cardinalium &c. addit clausulam, *salua tamen remanente facultate præstandi consensum in prouisionibus Apostolicis beneficiorum per obitum familiarium eorumdem Cardinalium, etiam apud eamdem sedem vacantium*. Quia si Papa huiusmodi beneficia non reseruasset, vtique non nisi ineptè dictum consensum præseruasset, cùm exceptio debeat esse de regula, *l. quæsitum, §. Denique, de fund. instr.* Seraph. *dec.* 280. *num.* 7. Rot. *dec.* 274. *num.* 6. *p.* 1. *recent.*

9 Minùs obstat, quod illa verba Constitutionis, *circa quæ aliquid de nouo disponere non intendit*, intelligatur de Indultis, & non de beneficijs, vt in voto mox allegando; quia potius verba expressè referuntur ad beneficia. Nam licet Pontifex incipiat ab Indultis, reuocando omnia, & quæcumque indulta, tamen addit: *conferendi quæcumque beneficia apud Sedem, etiam litigiosa, & ad dispositionem Cardinalium, non tamen eorum, quibus in titulum, &c.* Et ideò verba *circa quæ &c.* intelliguntur de beneficijs. Quia relatio fit ad proxima, *l. talis scriptura, §. fin. de leg.* 1. Surd. *cons.* 160. *n.* 74. & *cons.* 272. *n.* 68. Prætereà est certum, quoad beneficia vacantia apud Sedem, & aduersus dispositionem *cap.* 2. *de præb. in* 6. quod nemo habebat huiusmodi indultum, cum illud esset etiam exceptum in amplissimo priuilegio per Sixtum IV. Cardinalibus concesso, teste Felino *in d. cap. his, quæ n.* 1. *in fin.* ibi: *nisi vacent in Curia, de maior. & obed.* Et amplius quæcumque conferendi beneficia per obitum familiarium Cardinalium essent reuocata tam per regulam 3. hodie 4. quàm per similem Constitutionem, editam à Gregorio XIV. Et ideò dicta verba *circa quæ aliquid de nouo disponere non intendit*, sunt referenda ad beneficia, sita in Ecclesijs titularibus, quorum idem Gregorius fecerat eamdem exceptionem, non autem ad Indulta; ne aliàs Constitutio possit redargui de superfluitate, *cap. Si Papa, de priuil. in* 6. cum pluribus alijs. Propter quas, & alias dispositiones votum non figit pedes in hac responsione, vt *in vers. Neque etiam facit*. Quamuis etiam totum votum non careat difficultate, cùm Penia, tunc Rotæ Decanus ab eo dissenserit.

Additur, quod non potest adduci ratio, propter quam Papa magis in vna parte Constitutionis excipere voluerit beneficia Ecclesiarum Titularium, quàm in altera, cum etiam in parte, quam Aduersarij prætendunt, esse partem primam Constitutionis, & *in vers. salua tamen &c.* reseruet Cardinalibus facultatem præstandi consensum in vacantibus, etiam apud Sedem, vt dixi. Et sic cùm vtrobique disponat de vacantibus apud Sedem, colligitur, quod non potest dari causa differentiæ, cur magis voluerit dictam limitationem apponere in vna parte Constitutionis, quàm in altera, Mant. *clausf.* 23. *num.* 2. *p.* 2. 10

Non obstat, quod Paulus V. auctor dictæ Constitutionis, dictum votum approbauerit. Quia Constitutio fuit potius Gregorij XIV. Paulus autem simpliciter eam innouauit per eadem verba, nihil prorsus addendo, vel minuendo, adeò vt sit in omnibus, & per omnia declaranda iuxta sensum, quem habuit Gregorius, illius conditor, Alex. *cons.* 89. *n.* 8. *lib.* 6. Deinde Paulus eam commisit decidendum à tribus Auditoribus Rotæ, & ideò voluit, quid de iure esset, prout etiam in dubio præsumitur, Alex. *cons.* 3. *n.* 3. *lib.* 5. Vlterius casus noster differt à casu dicti voti, cum ibi Cardinalis Patronus non viueret, & sic cùm quæstio esset inter Papam, & Cardinalem Collatorem, non videbatur intrare regula 32. hodie 33. quæ loquitur: concurrentibus Cardinalibus Collatore & Cardinali Patrono, vt respondetur ad votum *vers. Nec facit*, vt infra. 11

Prætereà Pontifex expressè declarat, se nolle Cardinalibus præiudicare quoad consensum per eos præstandum, vt ibi: *salua tamen remanente facultate consensus per ipsos Cardinales præstandi, &c. iuxta formam regulæ &c. & in casibus tantum in ipsa regula expressis*. Quæ verba necessariò sunt intelligenda, etiam de consensu præstando vigore regulæ 32. hodie 33. Tum quia venit ad declarationem regulæ præcedentis, & sic non est noua regula, sed eadem, & pars ipsius regulæ præcedentis, Gemin. *cons.* 72. *sub num.* 1. in quod consentit votum DD. Lancellotti, & Coccini *vers. non obstat dictum Sarnensis*, vbi quod regula 30. tunc regula 31. & 32. faciebant tantùm vnam regulam, quod est verissimum. Tum quia Constitutio non dicit in casu, sed in casibus, & ita comprehendit omnes casus, in quibus ex regula est adhibendus consensus Cardinalium, *cap. pluralis, de reg. iur.* Oldrad. *cons.* 215. *n.* 8. Mascard. *de prob. concl.* 838. *n.* 12. Et facit regula, quod lex, quæ generaliter loquitur, generaliter est intelligenda. 12

Confirmatur, quia Pontifex mouetur ex eo, quod ex Indultis Sedes Apostolica impediebatur, solitam benignitatem erga pauperes, & personas sibi gratas exercere, vt in eius verbis proemialibus, quæ denotant intentionem legislatoris, *l. fin. de hered. instit.* Caputaq. *dec.* 16. *num.* 1. *p.* 2. Et sic quia impedimentum non proueniebat ex Cardinalibus Patronis, debentibus præstare suum consensum, sed ex habentibus Indultum conferendi, ideò his exclusis reseruat consensum Cardinalium Patronorum, sed tamen non ratione beneficiorum consistentium in Ecclesijs Titularibus, aliàs nimis præiudicasset Cardinalibus, qui habent fundatam intentionem de iure communi, cui, vt præiudicetur minus, quàm sit possibile, capienda est interpretatio. Consensus enim, quem habet Cardinalis Titularis, est loco collationis ipsi debitæ de iure, consensus verò Cardinalis Patroni est merum priuilegium concessum intuitu Cardinalatus; ideòque non est verisi- 13

mile, quod Pontifex voluerit in huiusmodi Ecclesijs Titularibus Cardinales Patronos priuilegio afficere in præiudicium Cardinalium Titularium, quibus magis est debitus dictus consensus, quàm consensus Cardinalibus Patronis, Falcon.*d.effect.*17.Sarnen.*cit.q.*19.*n.*1.

14 Postremò, quicquid statuatur in dicta Constitutione Pauli V. Vrbanus VIII. in regula 33. mandat, in concursu Cardinalium adhiberi consensum Cardinalis Ordinarij collatoris, quæ cum sit posterior, censetur derogare dictæ Constitutioni Pauli, etiam quod de ea mentionem non faciat, *l.sed posteriores, ff.de leg.* Idque, non obstante, quod Rota teneat, Constitutionem Pauli esse perpetuam, ex quo regula emanauit per viam legis generalis. Sarnen.*in proem.reg.q.5.in fin.* Put. *dec.*160.*n.*1. *lib.*2.*in correct.* Gonzal.*glos.*6.§.1.*n.*50.*& seqq.* quod cessabat in causa, in qua fuit datum votum, quia Paulus primò condidit regulam, & deinde dictam Constitutionem. Et si dicatur regulam famulari Indulto, replicatur, Eminentissimos Cardinales Titulares plerumque habere indultum, & sic, licèt conferre non possint, quia fortè Canonicatus vacauit apud Sedem, tamen debent præstare dictum consensum, vt supra probatum est.

15 Et in omnem euentum, stante duplici reseruatione inæquali videlicet vna personali ex capite familiaritatis Cardinalis, & altera reali vacationis apud Sedem, non videtur intrare consensus Cardinalis Patroni, vt in voto Eminentiss. Cardin. Verospij, & D. Francisci Vbaldi apud Gratianum *discept.*902. *n.*12. & consequenter cessat moderatoria Pauli V. quæ loquitur in concursu Cardinalis Patroni, & quæstio, seu difficultas non est cum Cardinali Patrono, sed cum Sede Apostolica, quo excluso, consensus videtur omninò debitus Cardinali Titulari, Gambar. *de offic.legat. lib.*3. *n.*197. Vbi quod, si Papa concessit Cardinali Legato Indultum conferendi beneficia prætèrquam ratione familiaritatis Cardinalis, ipse potest conferre beneficia familiarium Cardinalium absentium, quorum consensus non est requirendus.

CONSVLTATIO LXVIII.

An Regularis, degens extra Claustra, si delinquat, puniri debeat à Nuncio Apostolico, vel ab Episcopo, qui præuenit? Vbi in hanc rem alia.

1 QVod puniri debeat ab Episcopo, certi iuris esse non ambigo. Nam dubitari nequit de iurisdictione Episcopi procedendi in omnibus causis criminalibus contra Regulares, degentes extra claustra ex *Constitutione* 10. Pij IV. §.5. *tom.*2. *Bullar.* ex decreto Sac. Concilij Trid. *sess.*6. *cap.*3. *de ref.* & ex decretis illius Sac. Congregationis sub anno 1624. quæ habentur post Constitutionem 26. Vrbani VIII. §.4. *tom.*4. *Bullar.* in quibus fuit concessa plena facultas Ordinarijs locorum procedendi contra dictos Regulares, degentes extra monasteria tam cum habitu, quam sine habitu. Quod religiosè obseruatur, teste Barbosa *de potest. Episc.alleg.*105. *n.*14. & Genuensi *in prax. cap.*59. alias 57. *n.*2. *&* 9. ac Ciarlino *contr.for.cap.*50.

2 Neque obstat Breue Clementis VIII. datum sub 19. Ianuarij 1592. Nam, prætermissis pluribus, quæ dici possent de non comprehensione præsentis casus, respondetur, certissimum esse, in illo non tribui iurisdictionem Nuncio Apostolico per se solùm procedendi contra Regulares fugitiuos, & degentes extra eorum monasteria, & sic non dicitur attributam esse priuatiuè quoad Episcopum, sed cumulatiuè, vt egregiè Roman. *cons.*393. *n.*1. & firmant Abbas, cęterique scribentes *ad cap. Pastoralis, d.offic. ord.* Couar. *in cap. Alma mater p.*1. §.12. *n.*3. *de sent. excom. in* 6. quos sequitur Rota coram Coccino *dec.*316. *n.*7. & coram Merlino *dec.* 132. *n.*3. in quibus refertur declaratio S. Congregatio Concilij.

3 Quæ conclusio sine dubio procedit, quando iurisdictio fuit data non ad petitionem alicuius, sed ex motu proprio, Rot. apud Gregor. XV. *dec.*4. *n.*17. & ibi Add. *lit.B.* & quando data fuit in odium Regularium delinquentium, ne eorum delicta remaneant impunita, Surd. *cons.* 56. *n.*30. & Menoch. *lib.*2. *præsumpt.*18. *n.*21. quorum vtrumque hoc casu comprobatur. Tolliturque omnis difficultas ex dictis decretis S. Congregationis sub anno 1624. & sic multis annis post dictum Breue, in quibus fuit reseruata iurisdictio omnibus Ordinarijs procedendi contra dictos Regulares.

Neque alicuius momenti sunt obiecta excitata, quod 4
scilicet dicta decreta loquantur de Apostatis, qualis forsassis non est Regularis degens extra Monasterium cum habitu, & quod in omnem euentum ille esset remittendus ad suum Superiorem ex tenore dictorum decretorũ.

Nam quod ad primum respondetur, solum recessum à 5
Religione, etiam si habitum retineat, si animo statum religiosum deserat, & ab obedientia recedat, sufficere, vt quis dicatur propriè Apostata, Abb. *in cap.*1. *n.*2. *de apost.* ibique Socin. *n.*2. Aman. *n.*3. Caietan. ad D. Thom. 2.2. q. 12. *ar.*1. ibique Valentia, Angel. *in sum. v. Apostasia num.*4. Armil. *eod. v. n.*11. Decian. *tr. crim. lib.*5. *cap.*73. *num.*21. *&* 25. Mascard. *de prob. lib.*1. *concl.*12. *n.*1. Menoch. *de arbitr. cas.*146. *n.*36. *cent.*6. Iac. Ant. de Maur. *alleg.*13. *nu.*1. Azor. *p.*1. *cap.*17. *q.*6. Et ad effectum contrahendi excommunicationem, Rot. coram Achil. *dec.*1. *tit. de Apostat.* quæ sententia receptior est, habeturque expressè in dictis decretis; ibi: *siue deferat habitum, siue non*, contra Calderinum *cons.*1. *de apost.* Clarum *in pr.* §. *fin. qu.*78. Nauar. *cons.* 10. *n.*6. *de apost.* Bannes 2.2. q.12. *ar.*1. ibique Pesant. *disp.*2. *vers.*1. *& seq.* Tum quia sicut habitus monachum non facit, sed professio regularis, *cap. porrectum, & cap. ex parte*, & vtrobique Doctores *de Regular. cap. Consuluit*, vbi Anchar. *n.*1. *qui Cler. vel vou.* Bald. *in l. Interdum*, §. *Diuus quoque ff. de public.* adeo, vt valeat professio facta sine habitus susceptione, *d.cap. porrectum*, vbi Doctores passim, & præcipuè Abb. *in sum. & n.*7. Ita retentio habitus tantùm non debet facere, quempiam esse in Religione, vt æqualiter fiat dissolutio, & colligatio vinculi, *l. nihil est, de reg. iur. l. ab emptione, C. quando licet*, §. *Item per acceptilationem, Instit. quib. mod. oblig. toll.* Tum etiam quia habitus non est de substantialibus, sed de accidentalibus monachatus, Abb. *in d. cap. porrectum, n.*5. & Butr. *ibid. n.*5.

Et quod ad secundum, id non est de iure Nuncij Apo- 6
stolici, sed de iure tertij, ac proinde reprobatur à Rot. post 1. *vol. cons. Farinac. dec.*186. *n.*1. & ex cumulatis per Add. ad Gregor. XV. *dec.*415. *n.*6. Vltra quod hæc exceptio remissionis, etiamsi apponeretur ab ipso Superiore regulari, nil releuaret. Quia in eodem decreto S. Congregationis *de apost. & elect.* est reseruata facultas Ordinarij, illi attributa à S. Concilio *d. sess.*6. *cap.*3. puniendi crimina huiusmodi Regularium, vt ex eius tenore, nempè: *Rursus statuit, vt fugitiui, & apostatæ, siue habitum regularem deferant, siue non possint, ac debeant ab Episcopo loci, vbi moram trahunt, in carceres conijci, ac Superioribus regularibus consignari secundum regularia instituta puniendi, vtque ipsi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ac Religionem reducere atque efficere, vt apprehendantur, salua tamen in omnibus facultate Ordinarijs locorum attributa decreto Concilij cap.*3. *sess.*6. Eo igitur ipso, quod Regularis, degens extra claustra, siue sit Apostata, siue fugitiuus, deliquerit, amittit priuilegium exemptionis, quia potest ab Episcopo puniri ex Tridentino *sess.*7. *c.*7. *&* 15. *& sess.*25. *c.*14. *de Regul. & sess.*6. *c.*3. *de ref.* Et quod Episcopus possit eiusmodi Regularem punire secundùm eius Regulam, ait eadem S. Congregatio Concilij *in d. decreto.* Vndè fit, quod officium Ordinarij non solùm sit cooperari capturæ huiusmodi Regularium, sed etiam in eos animaduertere, ita tamen, vt detur inter ipsum Ordinarium & Superiorem regularem præuentio, sicque possint se inuicem præuenire ad illos puniendum.

Neque verum est, quod in derogatione facta in dicto 7
Breui Clementis VIII. comprehendatur dispositio Trid. *c.*3. *sess.*6. Nam illa est solùm restricta ad priuilegia & ordinatione Regularium, ibi: *non obstantibus quibuscumque constitutionibus Apostolicis, ac Ordinum monasteriorum, & religiosorum locorum.*

Minùsq; faciunt ad rẽ Epistola Card. Sauli data sub anno 8
1621. Nuncio Apostolico Neapolitano iussu Summi Pontificis, & Breue Sixti V. quoniam præter quod facultas in

ea

ea concessa non est priuatiuè quoad Ordinarios, illa expressè loquitur de causis Regularium fabricantium falsas monetas, easque tondentium, & Breue agit de receptione bannitorum; facultati verò concessæ in dicta Epistola fuit demum derogatum per Constitutionem Vrbani VIII. edita anno 1625. quæ est in Bullario 75. §. 6. in qua Ordinarijs datur facultas procedendi contra Regulares inquisitos de fabricatione, & tonsione monetæ priuatiuè quo ad omnes alios, & cum amplissima derogatione, & Curiæ Episcopales contra huiusmodi inquisitos semper processerunt, vt testatur Genuen. *loc. cit.*

9 Regulares itaque exempti, qui intra claustra habitant, sed extra claustra notoriè delinquunt cum scandalo populi, Episcopo instante, à Superiore ipsorum intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuerè puniendi sunt, & Episcopus ab eodem Superiore de punitione facta certior fieri debet, aliàs Superior à suo Prelato officio priuandus, & delinquentes prædicti ab Episcopo puniri poterunt ex Trid. *sess. 25. c. 14. de Regular.* quod procedit etiam in Equitibus Hierosolymitanis, vt censuit S. Congr. Concilij in Mediolanensi 13. Aprilis 1581. & Sanctissimus laudauit 17. Iunij eiusdem anni, & ex Clementis VIII. *Constitutione 39. suscepti muneris* statuitur pena priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum latæ sententiæ contra Superiores cuiuscumque Ordinis Regularium, supradictum Tridentini decretum non obseruantes in omnibus, & per omnia; & additur, quod si Superior regularis suum Religiosum, vt supra, delinquentem non punierit, & illum à loco delicti ad alium suæ Religionis locum transmiserit, instante Episcopo loci prædicti, intra terminum ab ipso præfigendum, debeat dictum delinquentem ad locum delicti restituere, & reuocare; aliàs idem Superior incurrat penam priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, Papæ reseruatam. Et nihilominùs crescente contumacia poterit Ordinarius, seu diœcesanus loci, ad quem transmissus est delinquens, siue requisitus ab Ordinario loci delicti, siue aliter informatus, procedere aduersus eumdem iuxta dictum decretum Tridentini, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, eumque seuerè punire. Quæ omnia non procedunt, quando Regularis delinquit extra claustra sine scandalo, licèt delictum probari possit, Congr. Concilij in Vintimiliensi.

10 Quod Tridentini decretum amplio cum Piasecio, Naldo, & Portello apud Dianam *to. 2. tr. 2. resol. 132.* vt si Religiosus habitans intra claustra extra claustra delinquat, vt supra scandalosè, & notoriè, & in flagranti deprehendatur, potest Ordinarius loci statim illum in carcerem conijcere, & processum formare, etiam antequam Superioris regularis appareat negligentia, & delinquentem deinde cum actis, & informatione ad dictum Superiorem transmittere ex S. Congr. Concilij in Mediolanensi. Et licèt contrarium teneat ipse Diana *l. cit.* cum Villalobo, & Hieronymo Rodriquez, ac Delben. *c. 14. dub. 6. n. 1. de Immun.* nostra tamen sententia est communis, eamque tuentur Fuscus *de visit. lib. 2. cap. 17. n. 21.* Genuen. *in pr. c. 59. n. 3.* Piasec. *in prax. p. 2. c. 3. n. 43.* Sperel. *dec. 38. n. 13.* vbi alij, & Nouar. *in Lucern. Regular. v. delinques*, ac Metol. *to. 3. de iurisd. Ep. disp. 7. n. 130.* & Barbosa *de potest. Episc. alleg. 105. n. 20.* Certioratio verò debet fieri in scriptis ex eadem S. Congregat. in Lucana 23. Nouembris 1630. quæ antea 26. Iulij 1627. censuerat, esse iudicium Archiepiscopi Mediolanensis, vel alterius Ordinarij cognoscere, an punitio à Superiore regulari inflicta, fuerit leuis, vel ne.

11 Vnde eadem S. Congregatio sub 19. Septembris 1625. cùm quæreretur à Regularibus primò: *an Episcopus statim habita notitia delicti Regularis, notoriè extra claustrum delinquentis, possit informationem capere, & illam ad Superiorem Regularis mittere, vt nequeat de eodem delicto ignorantiam præsumere?* respondit, *posse.*

22 Secundò, *an sufficiat, quod Episcopus vna vice Superiorem regularem moneat, eique terminum præfigat ad castigandum subditi delictum?* S. Congregatio respondit, *satis esse, vt Episcopus semel instet Superiori regulari, eique tempus præfigat ad eiusdem Concilij præscriptum.*

13 Tertiò, *an sufficiat, quod Superior regularis ad Episcopum mittat copiam tantùm sententiæ, vt Regulares dicunt, vel debeat remittere acta omnia super delicto agitata ad effectum, vt Episcopus videre possit, si in hoc adimpleta fuerint verba dicti decreti Tridentini, seuerè puniatur, nec ne?* S. Congr. respondit, *non sufficere, vt sententiam, aut etiam acta ad Episcopum transmittat, sed opus esse, vt de punitione ipsa, & sententiæ executione Episcopum certiorem faciat.*

Quartò. *An regularis delinquens notoriè in Ecclesia, seu Monasterio sui Ordinis, in quo degit ita, vt populo scandalo sit, dicatur delinquere extra claustra, vt locus sit dispositioni Conc. Trid. c. 14. sess. 25. de regul. Congr. censuit, delinquere extra claustra, si in Ecclesia Monasterij deliquit, nisi clausis portis Ecclesiæ, & solis regularibus in ea existentibus, fuerit commissum delictum.*

Denique quæsitum fuit, *an dictum decretum Trid. intelligatur etiam, cum delictum commissum fuerit intra Ecclesiam, vel claustra?* S. Congregatio respondit, *facultatem Episcopo attributam vindicare sibi locum etiam cum Regulares notoriè, & cum scandalo extra claustra intra Ecclesiam delinquerent, non ita, si intra claustra.* 14

Et in Nauclensi, in qua Episcopus supplicauit pro resolutione infrascriptorum dubiorum. 15

Primò. *An superior regularis possit repetere testes seculares pro informatione delicti coram Episcopo iam examinatos, nouosque testes vocare, ac illis iuramentum de veritate dicenda præstare, præmia citatione in scriptis pro parte etiam Iudicis laici, & sub pœna pecuniaria eidem fisco applicanda?*

Secundò. *An supposita vt licita repetitione præfata, possit regularis Superior vti alio sui Ordinis socio regulari pro Cancellario in repetitione dictorum testium, & aliorum examine ad processum, quem ipsi vocant ad defensam construendum, vel potius teneatur adhibere Cancellarium Episcopi, aut alium publicum Notarium?* 16

Tertiò. *An satisfactum sit dispositioni, ac menti S. Concilij, si Superior regularis non modo Episcopum certiorem non faciat de seuera punitione Regularis delinquentis, sed depositionibus testium ab eodem Regulari Superiore receptorum vnà cum sententia declarationis innocentiæ delinquentis dumtaxat intra præfixum terminum transmissis, delinquentem ipsum ad locum delicti commissi liberè dimittat?* 17

Quartò. *An sit factus locus dispositioni Concilij de priuatione officij Regularis Superioris, & de punitione delinquentis ab Episcopo facienda, quotiescumque iteriùm citati, ijdem coram Episcopo negant, se ita testificasse, sicut scripserat Regularis, vel fatentur, se falsum deposuisse coram ipso Regulari, ab eo seductos, & minis, ac timore laicorum, delinquentis attinentium corruptos, & à quo quibusue pœnis puniendi veniant Regulares seductores, & falsa scribentes præfati, ne illorum delicta remaneant impunita?* 18

Eadem S. Congregatio Concilij die 14. Martij 1648. ad supradicta dubia ita respondit. 19

Ad primum, *exprimendos esse casus particulares.* 20

Ad secundum, *Superiorem Regularem ad perficiendum processum posse vti opera Cancellarij Regularis iuxta præscriptam Constitutionem sui Ordinis, absque tamen fraude, ne delicta remaneant impunita.* 21

Ad tertium. *Superiorem Regularium teneri ad Episcopum mittere nedum sententiã, sed etiam omnia acta, & certiorare in scriptis de punitione, & ipsius sententia executione.* 22

Ad quartum. *Posse Episcopum procedere, si de fraude constet, ne huiusmodi delicta Regularium remaneant impunita contra dispositionem S. Concilij, & Constitutionem fel. record. Clementis VIII.* 23

At ex eodem Trid. *sess. 6. cap. 3. de ref.* nemo Regularis extra Monasterium, seu Claustra degens, etiam cum licentia suorum Superiorum quocumque exemptionis priuilegio Religionis tutus censetur, quominùs, si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato, secundùm Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat. Quin etiamsi degat extra claustra de licentia Apostolica, vt sæpiùs declarauit Sac. Congr. eiusdem Concilij, præcipuè 20. Nouembris 1626. 24

In quam rem est aduertendum, quod hic textus *cap. 3. sess. 6.* loquitur de Regulari degente extra claustra, idest viuente, seu habitante, seu commorante extra monasterium, nempè quando non viuit conuentualiter sub suo Superiore cum regulari obseruantia; sufficit tamen, vt dicatur degens intra monasterium, seu claustrum, etiamsi viuat in aliqua Grancia, seu membro, seu 25

residentia Monasterij, Barbo *d. alleg.* 105. *nu.* 14. Ricc. *dec.* 81. *n.* 4. *p.* 4. ex *cap. Recolentes §. cæterum, de stat. Monach.*

26 Aduerto etiam, quod licèt *in cap. volentes, de priuil. in 6.* exempti possint conueniri coram Ordinario loci ratione delicti, vel contractus, vel rei sitæ in loco diœcesis eiusdem, id tamen procedit de exemptis tantùm ratione loci, non autem de Regularibus, qoi sunt exempti, etiam ratione personæ cum totali exemptione, vt declarauit Paulus V. Constitutiooe 34. quæ incipit *Religiosorum*.

27 Et hoc decretum *cap. 3. sess. 6.* loquens de Regularibus, delinquentibus extra sua monasteria, non habet locum, quando delinquunt in Ecclesijs Prioratuum militiarum, vel alijs simplicibus beneficijs, quibus inseruiunt, sed solùm, si dicta beneficia sint curata, possunt visitari personæ eis seruientes ex *sess. 7. c. 14.*

28 Fuitque dubitatum in S. Congregat. Concilij, vtrum existentes in aliqua domo erectioni Monasterij destinata, comprehendantur in hoc decreto? Et fuit resolutum, quod, licèt ibi existant de licentia suorum Superiorum, tamen si non haberent in dicta domo Priorem, siue Guardianum, & non viuerent iuxta institutum Regulæ, comprehenderentur in hoc decreto *cap. 3. sess. 6.* & ab Ordinario puniri possunt, die 24. Maij 1588.

29 Quæsitum etiam fuit, an Equites Hierosolymitani per diœceses vagantes subdantur virtute huius decreti Ordinario illius loci, vbi degunt, & licèt de iure, & auctoritate huius textus responderi posset affirmatiuè, tamen per Bullam B. Pij V. subduntur Magno Magistro. Et ita decreuit S. Congregatio super Episcopos multoties.

30 Quod verò ad regulares aliorum ordinum approbatorum videtur limitari hic textus per *cap. 14. sess. 25. de Regular.* vt procedat, dummodò maneant in claustris, & delinquant extra claustra notoriè, & scandalosè. At *d. cap. 3. sess. 6.* quando manent extra claustra, etiam cum licentia suorum Superiorum. Quia tunc Episcopo subduntur virtute dicti *cap. 3. sess. 6.* & firmauit Rot. *dec.* 223. *n.* 5. apud Tambur. *de iur. Ab. q. 7. n. 7.* Cuius textus loquitur de Episcopis, & alijs ordinariam iurisdictionem in subditos habentibus, & in dubio appellatione iurisdictionis venit ordinaria, Pauin. *de offic. cap. sed. vac. p. 1. q. 10. n. 44. tom. 2.* Et quæ necessaria sunt ad iurisdictionem ordinariam, Stafil. *de grat. expect. §. absoluto n.* 8. post Specul. *de offic. ord. §. 1.* Nec iurisdictio venit strictè Prælati nomine, nisi is Prælatus iurisdictionem contentiosam, & dignitatem perpetuam habeat, Hentic. Boic. *de Synod. Episc. p. 2. num.* 5. Martin. Laud. *de dignit. q. 13. tom.* 5. Et vbi Concilium remittit aliquid exequendum Ordinarij arbitrio, comprehendit secundùm materiam subiectam, etiam inferiores ab Episcopo, & etiam Regulares.

31 Exemptio verò personalis ex priuilegio non prodest Clericis secularibus aduersus hanc Apostolicam Ordinariorum iurisdictionem, nisi, vt *in sess. 24. cap. 11. ex cap. volentes de priuil. in 6.* Et amplia dictum textum *cap. 3. sess. 6.* procedere etiam in eum, qui delinquit io sua diœcesi, & in altero loco reperiatur, vt remittatur ad suum Episcopum.

32 Quod si Regularis degat ad tempus extra Monasterium de licentia suorum Superiorum pro suæ Religionis seruitio, obseruandum est decretum Trid. *sess. 1. cap. 14.* Nisi sit de Militibus Hierosolymitanis, quibus ex B. Pij V. Constitutione indultum est, vt eorum Magno Magistro subijciantur, etiamsi per diœceses vagando delinquaot. Aliàs regulariter non possent viuere extra claustra, sicut nec piscis extra aquam, vt concinnè ait Specul. *de arbit. §. vlt. n. 14.*

33 At Rectores Parochialium Religionis Hierosolymitanæ, habentes habitum, & Crucem, subsunt Ordinario, nisi actu seruiant, & intra claustra viuant sub obedientia militum, aut nisi professionem emiserint, de qua constare debet *ex cap. 11. sess. 24.* & ex reformatione Gregorij XIII. In professis enim non habet locum *d. cap. 3. sess. 6.* propter coofirmationem priuilegiorum. Coadiutores verò, qui delinquunt, ingerendo se in administratione absque licentia contra Constitutionem B. Pij V. sunt puniendi ab Ordinario, nec gaudent priuilegijs, nisi sint de personis exemptis. Et ita declarauit S. Congregatio Concilij in Cæsaraugustana ad d. locum Concilij *sess. 6. c. 3.* cuius decretum comprehendit etiam Regulares militiarum Regni Portugalliæ, qui de licentia Magni Magistri extra mœnia degunt, quamuis sint exempti, & à Visitatoribus, à Magno Magistro deputatis, soleant visitari *ex sess. 7. cap. 14.* & ex declaratione eiusdem S. Congregationis in vna Portugalliæ.

34 Et cùm quæreretur, an Episcopus vigore huius *cap. 3. sess. 6.* possit etiam pœnis censurarum punire, & corrigere Equites Hierosolymitanos, degentes extra claustra in proprijs domibus, si tempore Paschali iuxta præceptum Ecclesiæ non sumant Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, non obstantibus illorum priuilegijs, S. Congregatio Concilij in vna N. die 4. Augusti 1654. respondit, posse, tanquam delegatum. Et ex hac responsione declaratur resolutio antiqua in Rosanensi 15. Martij 1590. tenoris seqnentis. *Archiepiscopo. Si è lungamente discorso in Congregatione sopra il dubio, che V. S. ha eccitato di quei Caualieri di Malta, che sono costì nel tempo della Pasqua, e non si confessano, e comunicano, come sono tenuti in quel tempo tutti i Christiani, nè meno vogliono mostrare d'hauer sodisfatto a tal obligo. E questi miei Signori Illustrissimi, che sanno, che quei Caualieri sono esenti dall'Ordinario, e che dall'altra parte non è bene tolerare, ch'essi, i quali sono Religiosi, manchino al compimento d'vn' obligo così importante, e commune a tutti i fedeli, hanno risoluto, che io scriua a V. S. che non proceda in modo alcuno per questa causa contro detti Caualieri, ma dij auuiso a Nostro Signore di quello, che occorre in simil materia, ò in altra di scandalo à suoi popoli, pigliandone prima lei costì informatione estragiudiciale, e poi aspetti da Sua Beatitudine la risposta di quello, che vorrà, che si faccia.*

35 Dixi, *declaratur*, vt nimirùm non possint Episcopi in hac re procedere auctoritate ordinaria, sed delegata, vt in superiori decreto. Hinc etiam cum quæreretur, an eosdem Equites corrigere, & punire possit Episcopus, si eodem tempore Paschali retineant in proprijs domibus amicorum amasias, illas post dictum tempus dimittendo, ne dicto tempore Paschali molestentor à Parochis pro sumenda communiooe, eadem S. Congregatio Concilij ad dictum *cap. 3. sess. 6.* subdicta die 4. Augusti 1654. respondit, etiam posse tanquam delegatos.

36 Eadem S. Congregatio 6. Nouembris 1621. censuit, Priorem snorum superiorum iussu in Prioratu suæ Religionis residentem, licèt solum & vnicum, minimè censeri degere extra claustra, ac proindè non posse ab Episcopo puniri in vim dicti *cap. 3. sess. 6.* Agendum tamen esse cum ijsdem Superioribus, vt in eum ad iuris præscriptum animaduertant. Quod si non præstiterint, datum iri facultatem Episcopo, illum coercendi, perindè ac si degeret extra clanstra.

37 Posse item Episcopum visitare, & corrigere Regulares degentes extra claustra, occasione doceodi doctrinam Christianam, declarauit S. Congregatio in vna Melitensi apud Nouarium, *in lucern. v. delinquens n.* 34. qui ibidem *v. Iesuita n.* 32. refert, declaratum fuisse ab eadem S. Congregatione in Limana 10. Iunij 1591. Iesuitas doctrinam Christianam extra claustra docentes, si habeant in illis locis Superiores, qui curam ipsorum habeant, & apud quos se recipiant iuxta Regulæ institutum viuentes, non posse corrigi, nec visitari ab Ordinarijs locorum.

38 An autem possit Episcopus iusta decretum Trid. *d. sess. 25. de Regul. cap. 14.* procedere per censuras, & punire Regularem extra claustra notoriè, & cum scandalo delinquentem, si à suo Superiore, instante ipso Episcopo, intra tempus præfixum non puniatur? Negant Regulares, nominatim Portel. *in addit. ad dub. v. Episcopus nu.* 5. Hieronym. Rodriq. *in comp. quest. reg. resol. 62. num.* 7. & apud eum Sanchez, Villalobos, & Miranda. Quod etiam extendunt in casu, quo Regularis exemptus percuteret Clericum secularem extra Claustra, & generatim si notoriè legem sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ quid fieri prohibentem extra claustra violaret, quod non possit ab Episcopo denunciari excommunicatus, Delbene cum alijs pluribus, quos allegat *cap. 14. de Immun. dub. 6. n.* 14. Quia, inquiunt, in Concilio Tridentino id non exprimitur, & Episcopus non habet iurisdictionem in exemptos.

Verùm

39 Verùm quod ad primum tidenda est nostra Consultatio de iurisdictione Episcopi in Regulares quoad processiones, considerando præsertim, quod in supradicta Constitutione Clementis VIII. Episcopus procedit, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, & quoad secundùm *consult.170.n.16.& 171.in.6.tom.1.* quibus in locis contrarium ex iuribus, rationibus, ac Sacrarum Congregationum decretis adstruimus, reprobata palam Regularium opinione, etiam à Sacris Tribunalibus, ac etiam quoad Equites Theutonicos & Hierosolymitanos. Quibus nunc addo declarationem S. Congregationis Concilij in Salernitana, & Episc. & Regul. 11. Decembris 1626. & in Venusina 9. Nouembris 1646. Gauant. *in man. v.exempt. n.13.* Doctores, quos sequitur Barbos. *alleg.105.n.73.de offic.Ep.* suntque casus expressi *in Clem. 1.de priuil. & in cap. Nulli 8.de sent. excom.* & nos etiam alibi.

CONSVLTATIO LXIX.

An concubitus Iudæi cum Christiana, vel Christiani cum Iudæa spectet ad S. Officium priuatiuè? &

An dato, quod non spectet priuatiuè ad S. Officium, illius cognitio spectet ad Iudicem Ecclesiasticum, vel ad laicum, aut ad vtrumque præuentiuè?

1 AD primum respondeo, secluso contemptu legis, ac Religionis Christianæ, concubitum huiusmodi non spectare priuatiuè ad S. Officium. Quia cum non sit casus ex comprehensis in Constitutione fel.mem. Gregorij XIII. quæ incipit, *Antiqua Iudæorum improbitas*, non possunt Inquisitores in eo procedere, ac proindè eius cognitio relinquitur Iudici suo. Atque ita censuit Sac. Congregatio S.Officij, nimirùm: Iudæi habentes commercium carnale cum mulieribus Christianis non puniuntur à S. Officio, sed ab Ordinarijs, die 4. Augusti 1610. die 18. Ianuarij 1617. die 11. Ianuarij 1623. Quandoque tamen insimul processerunt, vt die 11. Iulij 1618. quatenus scilicet adfuerit contemptus fidei, ac Religionis, quo in casu cognitio spectat ad S. Officium cumulatiuè cum Iudice Ecclesiastico, & priuatiuè quoad potestatem secularem *ex cap. decernimus, de iudic. ac cap. Vt inquisitionis 18. §. Prohibemus de hæret. in 6.* vel quatenus adfuerit cohabitatio cum Christiana, vt censuit eadem S.Congregatio anno 1652. & die 15. Septembris 1670. & docent Doctores, quos sequitur Farinac. *q.8.pract.n.127. & de hæres. q.18.§.4. n.101.* & Cardinal de Lugo *tr. de fid. disp.24.*

2 Ad 2. respondeo consentaneè ad primum, nempè, citra contemptum fidei & Religionis Christianæ, esse locum præuentioni. Nam ex magis communi, ac veriori sententia huiusmodi concubitus est peccatum luxuriæ, pertinens ad sacrilegium, quia, vt inquit Lessius *de iust. & iur. lib.4. cap.3. dub.6. n.45.* est prohibitus in honorem Christianismi ab Ecclesia, & quia, vt ait Menochios *de arbitr. cas.290. n.16.* Religionis Christianæ Sacramenta violat, ac tenent Nald. *in sum. v. Fornicatio 2.* Lopez *in instr. p.1.c.35.* Homobon. *de casib. reser. p.2. cas.4. sint.5.* Conrad. *in respons. p.2. q.174.* Floren. *de cas. reser. p.2. cas.7. post §.1. n.5.* Bellnch. *de casib. reser. p.2. qu.1. nu.169.* Henriquez *lib.2. de pœnit. c.6. nu.3. in glos. lit. M.* & Sanchez *de matr. tom.2. lib.7. disp.5. n.12.* vbi asserit, hunc concubitum habere circumstantiam luxuriæ, mutantem speciem, ac necessariò fatendum accessum fidelis cum infideli aduersus impedimentum dirimens matrimonium ob cultus disparitatem. Quia ratio, ob quam Ecclesia hoc matrimonium dirimit, videlicet quia cedit in Religionis dedecus, si fidelis cum infideli copuletur matrimonio, locum habet in copula illicita. Et ideò, prohibito matrimonio, censetur specialiter copula illicita prohibita. Adde etiam, esse quoque periculum educationis prolis in infidelitate, & peruersionis coniugis fidelis; quæ pericula in coitu fornicationis etiam reperiuntur, vtpotè qui vnitatem carnis efficit, & valdè amorem conciliat. Et tandem pœnæ peculiares grauissimæ huic copulæ legibus statutæ argumentum non leue inducunt, vt inde illius specialis grauitas colligatur. Sacrilegium autem est mixti fori, atque adeò est locus præuentioni. Ita in hac specie censuerunt Calderin. *cons.2. de Iudæis*, Bald. *cons.315. lib.1.* Io. de Lignano, Laurent. de presbyt. & Io. de Fantut. apud eumdem Bald. *cons.316. eod. lib.1.* Alex. de Neu. *cons.100. n.7. & cons.101. n.4.* Felin. *in cap. Postulasti sub n.5. de Iudæis*, vbi etiam Abb. *n.* etiam 5. Zancbin. *de hæret. cap.36.* ibique Campeg. traditque Patit. *cons.79. nu.24. lib.2.* Otho Nicol. inter *cons. crim.79. n.24. & per tot. & cons.81. per tot. lib.2.* ac plenè Butsatt. *cons.90. n.1.* Fr. Leo *v. thesaur. for. Eccles. p.4. c.4. n.12.* Et est sententia communis, quemadmodum testatur Pegna *in direct. Inquis. comm.71.* ac pluribus probat Mar. Mot. *in com. ad cap. Regn. Sicil. vol.2. c.68.* Ciarlin. *contr. for. cap.42. nu.50.* quos citat Caren. *p.2. tit.14. nu.11.* contra Surdum *cons.497.*

Neque obstat, quod Iudæi, cæterique infideles subijciuntur iurisdictioni Iudicij laici, vt desumitur ex *l. Iudæi, C. de Iudæis, & ex d. cap. Postulasti eod. tit. & ex cap. post miserabilem de vsur.* quorum iurium auctoritate id scribunt Glos. *in Clem.1. v. Principibus*, ibique Cardin. *n.3. de Iudæis* Anchar. *cons.15.* Alex. *cons.7. nu.5. & cons.99. nu.12. lib.6.* Abb. *in cap. Gaudemus nu.12. de diuort.* Socin. *cons.119. n.26. & seq. lib.4.* vbi testatur de communi, de qua etiam testantur Clar. *in §. Blasphemia n.5.* Mart. *de iurisd. p.2. c.13. n.14. & seq.* & hanc eamdem opinionem communiter à Theologis recipi, testantur Alinain. *in 4. d.18. q.1.* Tostat. *1. Reg. c.8. q.37.* Primò quia infedeles non sunt de corpore Ecclesiæ, sed de corpore Ciuitatis, *l. Christianis, C. de pagan. auth. de quæstor. in princ.* Glos. *in d. cap. post miserabilem de vsur.* cum alijs per Beccium *cons.84. n.6.* Ideòque, vti merè laici, sunt de iurisdictione Iudicis laici, *l. Iudæi communi iure C. de Iudæis, cap. si clericus laicum de for. comp.* Secundò, quia Ecclesia in legibus, quas fert, vti Ecclesia, non intelligit comprehendere personas extra suum gremium existentes, *d. cap. Gaudemus, de diuort.* ibique Glos. Abb. ac reliqui, *& cap. fin. qui fil. sint legit. & c. multi 2. qu.1. & l. nos reddentes, C. de sum. Trin. & cap. de infidelibus, de consang. & affin.* traditque Glos. *in cap.1. de constit. & in Clem.1. de testib.* ac Doctores communiter apud Ricciul. *de iur. person. lib.2. c.3. n.1.* ac proinde siue pœnam irroget, siue aliud præcipiat, non afficit infideles ex præsumpta eius voluntate. 3

Nam hæc procedunt citra controuersiam, vbi agitur de re, quæ inter Christianos esset merè secularis, veluti de furto, homicidio, vel simili, non autem vbi negotium, aut delictum inter Christianos esset merè Ecclesiasticum, vel mixtum, veluti quia est contra fidem Christianam, vel in eius contemptum, contineret blasphemiam, vel sacrilegium, vt per Felin. *in d. cap. Postulasti sub num.5. de Iudæis*, & Add. ad Guidopap. *dec.63.* ac alios pro nostra sententia citatos. Et probatur ijsdem iuribus, quibus astruitur opinio asserentium, quod in omnibus casibus infideles subijciantur Iudici laico. Et primò id probat *text. in d. cap. post miserabilem*, ibi: *Iudæos ad remittendas Christianis vsuras per principes & potestates compelli præcipimus*, verbum enim *præcipimus* importat necessitatem, Doctores *in rubr. C. de mand. Princip.* & denotat iurisdictionem, *cap. in his, §. secundum de verb. signif. c. quod præcipitur 14. q.2. cap.1. de offic. deleg.* Secundò hoc idem probatur *ex d. Clem. vn. §. Cum autem, de Iud.* vbi Concilium Viennense iniungit Principibus secularibus, ne permittant, vt in Terris eorum fiat inuocatio, & professio nominis Machomethi. Tertiò *d. cap. postulasti, eod. tit. de Iud.* vbi etiam in crimine misto potest Iudex laicus compelli ad procedendum contra Iudæum. 4

5 Ex quibus patet primò, quod Pontifex *in d. Constitutione Antiqua Iudæorum improbitas*, tribuendo facultatem Inquisitoribus procedendi, vtitur iure suo. Nam Ecclesia, vti Ecclesia, in criminibus merè Ecclesiasticis, & mixtis habet quidem potestatem procedendi, etiam contra infedeles non solùm indirectè, sed etiam directè. At quia non agnoscit eos, vti proprias creaturas, sed tanquam homines de populo, quos, veluti vera Religione carentes, oportet manu militari compesci, ideò illorum cohibitionem demandare consueuit Principibus, & Iudicibus laicis. Quod probat Abb. *in d. cap. Gaudemus sub. num.12.*

quem sequitur Franc. Aretin. *cons.57.*& ante eos August. de Ancon. *de potest. Eccles. q.24. num.4.* Secundò, quod *in d. l. Iudaeos C. de Iudaeis*, dum procedunt in crimine respiciente fidei contemptum, procedunt, vti Sacrarum Constitutionum imitatores, & executores, *vt in l.1.& 2.& 3.& 5.C.de Sum.Trin. & fid.cath.*

6 Porrò quædam crimina ideò dicuntur mixti fori, quia non solùm fini politico,ac temporali,sed etiam fini supernaturali Ecclesiasticæ Reipublicæ specialiter repugnant, vt proindè vtroque iure Canonico, & ciuili prohibeantur,& sic ad vtrumque forum tam Ecclesiasticum, quàm laicalem spectant, ita sanè, vt detur in ipsis locus præuentioni. Sic ex communi sententia Farinac. *q.8.n.* 128. & Bobadil. *polit. lib.2.cap.*17. Concubitus autem Iudæi cum Christiana prohibetur tum à iure canonico *in c.reos, §.qui coierit,rest Phines 23. q.5.& c.Nos, §.his ita 2.q.7.* qui textus saltem pœnam extraordinariam Iudicis arbitrio infligunt ex Alexandro, & alijs, quos refert,ac sequitur Menoch. *d.cas.290. n.8. & seqq.* tum à iure ciuili *in l.nequis Christianam, C.de Iud.& cælic.*

CONSVLTATIO LXX.

Orta controuersia super solutione quartæ funeralis inter Parochos,& Moniales Monasterij Ordinis S.Claræ, Apostolica auctoritate post Concilium Tridentinum erecti,sub regimine fratrum Reformatorum S.Francisci, quæritur, an dicta quarta sit à dicto Monasterio soluenda?

1 RESpondeo,non esse soluendam,nisi adsit legitima consuetudo in contrarium. Ita pluries declarauit S.Congregatio Concilij præcipuè in Albinganensi die 16. Martij 1652.*ad cap.13.sess.25.de ref.*

2 Siquidem,quamuis de iure communi dicta quarta spectet ad Episcopum,aut Parochum, vt *in Clem. Dudum,§. Verum de sepult.* stantibus tamen amplissimis priuilegijs, Religioni Franciscanæ concessis, in quibus expresse Fratres S. Francisci eximuntur à solutione cuiuscumque quartæ funeralis, illa nullatenus debetur, vt in *Constit.4.* Clementis Quarti, *Constit.6.* Sixti Quarti *Bullar. p.1. Constit.11.*B.Pij Quinti *Bullar.p.2.*nec non in *Constit.*Iulij Secundi cum expressa derogatione dictæ *Clem. Dudum.* Secundùm quas fuit ita pro fratribus prædictis pluries in Rota resolutum, & præcipuè in Liciensi quartæ funeralis 25.Ianuarij 1618. coram Coccino, & 27. Iunij 1642.coram Royas. Certique iuris est, per priuilegium Papæ, Religionem posse eximi ab omni solutione quartæ funeralis, *c.priuilegia 3.d.cap.officij, de testam.*

3 Quæ quidem priuilegia, cum sint munita clausula sublata,& decreto irritante, nequeunt aliam interpretationem accipere, aut per extrinsecos, & extraneos intellectus in diuersam intelligentiam trahi, cum clausulæ prędictæ claudant, nedum os parti, verùm etiam ligent manus Iudicis aliter interpretandi, aut iudicandi, Put. *dec.* 48.*n.6.p.1.*Caputaq.*dec.134.n.9. p.3.* Rot. *dec.77.n.9.p.5. recent.*cum vulgò alijs.

4 Illa autem suffragari etiam monialibus, nullo modo dubitari potest. Quia,vltra quod omnia priuilegia Regularibus concessa eisdem monialibus communicantur, verba generalia Regulares, & Religio, per quæ loquuntur præfatæ Constitutiones,æquè conueniunt etiam Monialibus sub eadem Regula viuentibus, & in eadem Religione existentibus. Atque in his terminis etiam Monialibus competere exemptionem prædictam, expresse dicta Constitutio B.Pij V. disposuit *in §. Quartam autem funeralem*, ibi: *vel alijs fratribus, vel monialibus relictis.*

5 Neque obstare videtur Concilium Tridentinum *sess.* 25.*cap.13.de refor.* quia loquitur de monasterijs, & locis fundatis quadraginta annos ante Concilium, & à quibus ante tempus prædictum quarta funeralis Episcopo, vel Parocho solui consueuerat. Atque ideò non applicatur huic casui,cum monasterium, de quo agitur, fuerit fundatum longè post Concilium, nec probetur ex aduerso de hoc tempore consuetudo soluendi, aut exigendi quartam prædictam. Immò neque in fortioribus terminis,etiam probata suffragaretur ex sententia Rotæ. Quia cum priuilegia prædicta toto Ordini fuerint concessa, solutiones contra illa factæ non possent inferre præiudicium monasterio prædicto, ac monialibus posterioribus, vt in specie firmatum fuit in d. Liciensi coram Royas, *§.In omnem casum.*

Tolliturque omnis difficultas ex declarationibus eiusdem S.Congregationis Concilij, in quibus etiam pro fratribus S.Francisci semper fuit declaratum *in d.cap.13.sess.* 25. *de ref.* non comprehendi monasteria ædificata à quadraginta annis citra Concilium, & quæ in dies ædificantur;præsupposito tamen, quod sint eius Religionis, cui à Sede Apostolica indultum sit,non soluendi dictam quartam funeralem. Ita in Hieracensi, Tricaricensi, Tarraconensi,nempè in monasterijs citra quadraginta annos,aut quæ vallata sunt priuilegio Apostolico, hoc decretum locum non habet quoad solutionem quartæ. Et in Tarracinensi, non Regularibus, qui sunt in quasi possessione non soluendi quartam, sed Episcopo, aut Parocho incumbit onus probandi ante quadraginta annos solui solitam ab eorum monasterijs. Et pro Patribus obseruantibus Messanensibus 9. Decembris 1609. S. Congregatio Episcop. & Regular. generaliter declarauit, quod sunt exempti à quarta omnes Conuentus erecti à quadraginta annis citra illarum Religionum, quæ indultum habent à Sede Apostolica non soluendi quartam funeralem. Et Paulus V. *Const.4.* pro Carmelitis Excalceatis, & pro omnibus Monialibus, non tamen Tertiarijs, declarauit eadem S. Congregatio in Tarentina 30. Iulij 1630. licet in erectione monasterij fuerint reseruata iura Parochialis Ecclesiæ, Sac. Congregatio Concilij in Æsyna *lib.62. fol.*100.*Archiui.* 6

CONSVLTATIO LXXI.

An & quatenus sit locus partitioni Episcopatuum?

INextrauag.Saluator,de præb.* tria requiruntur, vt sit locus dismembrationi. Primum est amplitudo diœcesis, à qua partitio facienda est. Secundum est qualitas loci, in quo facienda est erectio, vt nimitùm talis sit, quod in eo decenter Cathedra collocetur. Tertium vtriusque Ecclesiæ congrua prouisio, vt scilicet antiqua Ecclesia non remaneat redditibus & populo destituta, & vt nouæ redditibus, ac populo prouideatur, eiusque rationibus prospiciatur ne in vtraque dignitas episcopalis vilescat. 1

Verùm Summi Pontifices pro sua pietate,ac prudentia nunquam consueuerunt huiusmodi partitiones, & nouas Cathedralium erectiones facere absque iusta, & rationabili causa, vt testantur Mandos. *de signat. grat. v. Erectiones,v.Erectio non solet concedi*, Lotter. *de re benef. lib.1.q.11.n.19.*Solorzan. *de iur. Indiar.lib.3.cap.5.n.16.&* 57.Michael Anton.Francesc. *de Eccles. Cathedr. cap.6. n.* 45.*& cap.10.n.6.& 84.* ac alij. Vndè quotiescumque alio modo necessitatibus diœcesanorum subueniri potest,neque mutanda est Sedes Episcopalis,neque diuidenda diœcesis, vt probatur *ex cap.quoniam frequenter,de offic. ord.*Francesc. *d.cap.6.n.150.& seq.* 2

Quare amplitudo diœcesis non est causa iusta, rationabilis, neque sufficiens pro obtinenda partitione Episcopatus, immò habet contra se textum expressum *in cap.quoniam in plerisque de offic. ord.* qui in istis casibus mandat, institui plures,ac diuersos Vicarios,non autem creari plures Episcopos, Et ita ex hoc textu declarat Lotter *d. q.11. n.21.* Hinc,licèt de vigore iuris Episcopus non possit cogi ad mutandum sedem, neque ad sibi eligendum plures Vicarios generales, potest tamen, si vult, tam simpliciter, quàm in solidum illos sibi constituere, Doctores *in cap.2. de offic.Vicar.in 6.* Valenzuol.*cons.192.n.5.*Barbos.*de offic. & potest. Episc.p.3.alleg.54.num.129.* Sbroz. *de offic.Vicar. lib.1.q.50.per tot.* teneturque de æquitate, data etiam magna distantia cum itinere difficili, vt consulat indemnitati subditorum, deputare plures Vicarios foraneos 3

ad vni-

ad vniuersitatem causarum, Innoc. *in cap. Sanè de for. comp.* Barbos. *de iure Ecclesi. lib. 1. cap. 15. sub n. 30. & de offic. ac potest. Episcop. d. alleg. 54. n. 127.* Rota in Tirasonensi iurisdictionis 15. Iunij 1665. coram Ottalora.

4 Et tunc demùm difficultas itineris est causa sufficiens pro partitione, quando talis est re ipsa, quæ operetur impossibilitatem accedendi tàm per se, quàm per alios, itaut plures sequuti fuerint ex ea ineuitabiles casus mortis diœcesanorum sine Sacramentis. At si casus huiusmodi euenerint, non ex dicta impossibilitate, sed propter negligentiam Pastoris, exinde nullatenus habetur causa sufficiens partitionis, Monald. *cons. 50. n. 3.* Rot. *dec. 484. n. 5. p. 1. rec.* & coram Em. Card. Ottobono *dec. 6. n. 18.* & in Aquileien. dismembrationis 18. Februarij 1656. coram Meltio §. *nec subsistere*.

5 Ac proinde non refragatur, quod aliqui Episcopi multa loca non visitauerint. Quia cùm id non potuerit procedere ex impossibilitate locorum, sed duntaxat vel propter malam valetudinem, seu senectutem, aut negligentiam, non potest ex hoc inferri Ecclesiæ perpetuum partitionis præiudicium. Tum quia iusta causa excusationis propter senectutem, vel aduersam valetudinem, temporalis est, *text. in c. venerabilem, de except.* Em. Cardin. Otthob. *d. dec. 6. n. 21.* Tum etiam quia Episcopi visitare, & Sacramentum Confirmationis conferre negligentes, iuridicis remedijs compelluntur etiam præuijs censuris, vt ad rem nostram Francesc. *d. c. 6. n. 75.* estque conclusio certa, quod ex negligentia Prælati nullum præiudicium inferri potest Ecclesiæ, *c. Verum de cond. appos.* Vbi Glos. *v. conditione*, & Abb. *n. 2. in fin.* cum alijs corà Burat. *dec. 7. n. 12.*

6 Minùs etiam refragatur, quod quibusdam in locis, a Cathedrali valdè longinquis vigeat ignorantia Clericorũ, fideles non sint instructi fidei Christianę rudimentis, delicta remaneant impunita, testamenta, & opera pia non adimpleta, lites indefensę, pauperes oppressi, pulsa Religio, iura neglecta, hoc est, Pastor abest. Nam in iure hęc causa est prorsus irreleuans, inefficax, & insufficiens ad effectum obtinendi partitionem, sed omnia præfata, quatenus essent vera, præbent duntaxat causam admonendi Episcopum, vt sedulò officio suo fungatur, scandalis occurrat, curæ diœcesanorum inuigilet, omniaque implere faciat, quæ ad suum, vel ad Rectorum Parochialium munus pertinent, non autem vt Ecclesia, quę non deliquit, ex facto, & negligentia Prælati, vel Rectorum grauissimo partitionis damno, ac præiudicio puniatur. Tunc enim duntaxat ad eam deuenitur, quando talis subest necessitas, cui aliud remedium non possit adhiberi, sed si aliunde necessitati, & causæ prouideri potest, nunquam permittitur partitio, *c. 1. de reb. Ecclesi. non alien.* Lap. *alleg. 66. sub. n. 6.* Ricc. *in prax. for. Eccles. p. 1. resol. 486. n. 6.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 28. n. 30. & seq.* Francesc. *d. cap. 6. n. 94. & 95.* & Rot. *dec. 239. sub n. 4. in rec. ac d. dec. 484. n. 4. in fin. p. 1. & dec. 223. n. 10. & 11. p. 6. & dec. 224. n. 18. p. 10.* & coram Em. Cardin. Otthobon. *d. dec. 6. n. 14. cum seqq. & dec. 403. n. 5.* coram Em. Celso.

7 Quæ faciliùs procedunt, quando locus, in quo petitur collocatio nouæ Cathedralis, non continet populum numerosum. Episcopatus enim non sunt erigendi in Castellis, & Villis, vel Oppidis, quinimmò neque in Ciuitatibus paruis, sed solùm in Ciuitatibus insignibus, populosis, ac nobilibus, *c. Episcopi 8. d. cap. Episcopalia, de priuil. & excessib. priuil.* ibique Io. Andr. firmans, quod proinde maiores Ciuitates duntaxat priuilegio Episcopatus sunt honorandæ, Butr. *cons. 19. n. 6.* Fagnan. *in d. cap. Episcopalia ferè per tot.* Francesc. *de Eccles. Cathedr. cap. 4. n. 7. cum seqq.* vbi refert plura Concilia.

8 Vel si locus situs sit ad littus maris, & sit expositus inuasionibus, & incursionibus hostium; Cathedrales enim non solùm non debent erigi in huiusmodi locis, quibus videntur imminere hostes, atque in summo res esse discrimine, verùm si in illis reperiantur erectæ, ad alia loca magis tuta transferri debent, *c. de tribus 36. d. 1. de consecr. c. temporis 7. q. 1. & c. Ecclesias* ibique Glos. *16. q. 7.* Rebuf. *in prax. tit. de trasl. Episcop. n. 8.* Francesc. vbi supra *cap. 7. n. 26.*

9 Aut si Ecclesia dicti loci sit perpauper, tenuissimos habeat redditus adeò, vt non sufficiant pro manutentione Ministrorum, & cultus diuini, vt proinde reddatur incapax Sedis Episcopalis, vt aduertit Lotter. *d. q. 11. n. 27. & seq. lib. 1.*

10 Item si in antiquo Episcopatu ex partitione dignitas Episcopalis ita suo diminuatur splendore, vt vilescat, aduersus quod exclamat textus *in c. præcipimus 16. q. 1.* D. Fagnan. *in d. cap. Episcopalia sub. n. 24. de priuil. & excess. priuil.* ac Lotter. *d. q. 11. n. 253.*

11 Ita quidem, vt non obstet consensus forsitan pręstitus partitioni ab Episcopis pro tempore, ac etiam à moderno. Quoniam vel illum præstiterunt ob suum commodum priuatum, quod non attenditur, cùm in hac materia solùm publicæ vtilitati, & iuri Ecclesiæ sit prospiciendum, Garz. *de Benef. p. 12. cap. 3. n. 8. & seq.* Rot. *in rec. dec. 224. n. 11. p. 10.* Vel cognita veritate consensum reuocare possunt, vel propter coactiones clandestinam protestationem antecedenter facere, quæ à iure præmissa est, & tantæ est efficaciæ, vt subsecutus consensus reddatur ipso iure nullus, Din. *in l. qui in aliena § fin.* ibique Cast. *n. 4. ff. de acquir. hæred.* Ruin. *cons. 122. n. 24. lib. 4.* Gabr. *cons. 149. n. 95. l. 2.* Honded. *cons. 23. n. 21. & 22.* ac Merlin. *dec. 46. n. 13.*

12 Vndè, licèt Summus Pontifex ex plenitudine potestatis inquirendo ex officio de iustis causis soleat, ac sine eis etiam possit, ad huiusmodi partitiones, nouasque erectiones procedere, vt habetur ex allegatis à Lotter. *d. q. 11. n. 1. cum seqq. & n. 19.* cum alijs. Neque in hoc haberi soleat ratio præiudiciorum, quę Capitulis, ac Ciuitatibus, alijsque euenire possunt, sed consideratur id solùm, quod magis expedit Dei seruitio, & animarum saluti, nam huiusmodi erectiones perpetuò sunt de sui natura præiudiciales, cùm pro vna Ecclesia erigenda, eiusque territorio assignando, necessariò oporteat illud ab alia Ecclesia partiri, Seraph. *dec. 1445. n. 5.* Buratt. *dec. 193. n. fin.* eiusque Add. *dec. 576. n. 13.* Hinc formalis appositio partis non obstat, quia etiam dissentiente ipso Episcopo proceditur, Lotter. *alleg. loc. n. 30.* Ideòque in hac re non sit subtiliter inquirendum, sed ex officio bona fide agendum sit, & animarum periculo citiùs remedium adhibendum, vt admonet Lap. *alleg. 66. n. 1.* qui loquitur in terminis fortioribus Episcopi, cuius potestas est longè minor, vt loquitur Lotter. *d. lib. 1. q. 28. n. 34.* multò fortiùs in Pontifice Summo, cuius arbitrium est liberum, & absolutum, atque de iustis causis pro sua tantùm informatione ex officio à Sedis Apostolicæ Ministris, non in forma contentiosa, sed informatiua potest inquirere.

13 Nihilominùs solet idem Pontifex, huiusmodi partitiones ad S. Congregationem Consistorialem remittere, quæ in illis procedit, iuris ordine seruato. Iuris autem ordine seruato non proceditur ad partitionem, nisi concurrentibus causis vrgentissimis, & nisi citatis, & auditis in iuribus suis ijs, quorum interest, Glos. *in cap. causam, quæ v. assensu, vers. sic, & Prælatus, extr. de iudic.* Mandos. *de signat. grat. v. Erectiones, vers. Vnde Episcopatus*. Immò aliquo ex pręfatis requisitis deficiente, semper excluditur partitio iuxta dispositionem S. Concilij Trid. *sess. 7. c. 6. & sess. 24. cap. 15. de ref.* Petr. de Petus. *de vnion. cap. 5. n. 1.* Garz. *de benef. d. p. 12. cap. 2. n. 203.* Rot. *dec. 133. n. 4. p. 2. diu.* & *in rec. dec. 6. n. 4. & dec. 68. n. 4. p. 7. & d. dec. 6. n. 8. & 9.* coram Em. Otthobono, &, quando allegatis, & adductis causis alia via prouideri potest, nunquam permittitur partitio, Lap. *d. alleg. 66. sub n. 6.* Rot. *dec. 239. sub num. 4. p. 1. & dec. 223. num. 10. & 11. p. 6. recent.*

14 Itaque faciendæ sunt formiter probationes ab vtraque parte, tàm pro erectione, quàm pro eius reiectione. Quia hæc est iuridica praxis in causis ciuilibus, præsertim de maioribus, in quibus proceditur iuris ordine seruato. De iure enim in causis ciuilibus processus fieri debet super deductis, ac deducendis a parte, tam actrice, quàm rea, non autem per Iudicem ex officio. Et sicut licet actori producere, & examinare testes pro fundanda sua intentione, ita licitum est reo producere, & examinare testes super materijs etiam directè contrarijs pro fundanda sua exceptione, vt consuluit Dec. *cons. 162.* ante finem Gregor. XV. *dec. 581. n. 2. & seqq.* Merlin. *dec. 881. n. 1. & seq.* Aliàs enim sequeretur absurdum, quod scilicet altera pars esset legitima ad contradicendum, non autem ad probandum. Et licèt textus *in l. 1. §. vlt. & in l. si inceptum §.*

ad

ad officium, ff. fin. regund. determinet, quod Iudex accedendo ad locum suis oculis inspiciat, & cum peritis consiliũ habeat, nihilominùs non negat partibus proprios testes exhibere, & in faciem loci super suis articulis examinate, Eòque magis id procedit in casu, quo prętensio partitionis, & respectiuè eius exclusio, non pendeta sola oculari inspectione loci, sed etiam copulatiue, ex concursu aliorum requisitorum, quę ex altera parte prętenduntur excludi, præuio examine testium.

15 Atque ita sæpè, ac demùm Summus Pontifex processit in Burgensi dismembrationis, remittendo causam ad S. Congregationem Consistorialem, quę ita censuit: *Sacra Congregatio rebus Consistorialibus præposita in causa dismembrationis à Metropolitana Ecclesia Burgensi, eius partis, quæ vulgò dicitur, le Montagne basse, ad effectum erigendi nouum Episcopatum in Collegiata Oppidi de Santander, visis, & maturè discussis probationibus tam pro dismembratione, quàm contra legitimè factis, & vnà cum alijs documentis, vtraque parte informante latissimè deductis, censuit, nisi aliter SS. D. N. placuerit, non esse locum dismembrationi eiusmodi. Et facta relatione, Sanctitas Sua Sacra Congregationis sententiam probauit. Datum Romæ die 27. Septembris 1669.*

CONSVLTATIO LXXII.

An Clericis concedenda sit licentia exercendi agriculturam pro sua, suorumque sustentatione, ac retinendi apum aluearia? vbi aliqua de conductoribus bonorum Ecclesiæ, eorumque immunitate à vectigalibus.

1 AFfirmatiuè respondendum est. Et quo ad Clericos in minoribus res caret difficultate; quia prohibitio negotiationis à Sacris Canonibus indicta eos non comprehendit, cum sint ijs permissa negocia secularia, Innoc. Host. & Abb. in *can. 5. ne cler. vel Monach.* & prosequitur Genuens. *in prax. cap. 77. in addit. n. 9.*

2 Quod verò ad constitutos in sacris, licèt sit prohibita negotiatio, *c. consequens est, d. 88. c. Quoniam multi 14. q. 4.* hæc tamen prohibitio est ob causam turpitudinis, & cupiditatis, non autem ob vrgentem necessitatem, vt ait Glos. 1. *in c. 1. 14. q. 4.* & tunc negotium iustum non est interdicẽdum propter diuersas necessitates, *d. cap. 1. ne Cler. vel Monach.* & quando sua ipsis non sufficiunt, d. Glos. 1. Clericus enim, quantumlibet verbo Dei erudirus, artificio victum quærat, ait Concil. Cartag. 4. *can. 51.* & habetur in *can. Clericus d. 91.* ac sequitur huic similis *can. 52. Clericus victum, & vestitum sibi artificiolo, vel agricultura absq; sui officij detrimento paret.* Eadem docet, iubetque Clemens Papa *lib. 3. const. Apost. cap. vlt.* adducens Apostolorum exempla, & speciatim Pauli, qui tabernaculorum opificijs victum sibi comparabat, *Act. 18. v. 4. & cap. 20. v. 34. 2. Thesal. 3.* Epiphan. *hær. 80.* fidem facit suo tempore plerosque Sacerdotes solitos esse proprijs manibus operari. De Spiridione, qui in magna Synodo Nicena consedit, perhibent Ruffinus, & Socrates, illum simul, & Thremituntis in Cypro Episcopum, & Capellarum gregis fuisse pastorem. Synodus verò Nicena 2. *can. 15.* pauperibus Clericis exemplum proponit Pauli Apostoli, vt ad eius imitationem victum manibus proprijs operando sibi parent. Admodum notabile est, quod duabus epistolis scribunt Agatho Papa, & Romanum Concilium ad Imperatorem Constantinum cognomine Pogonatum, suos ei commendantes ad sextam Synodum Legatos. Se enim primùm excusant, quod cùm cupiuissent doctiores, & eloquentiores mittere pro tanti muneris, & officij dignitate, ideòque ex vltima Britania Clericum his ornatum dotibus acciuissent, iste tamen aduentare non potuerit, nec alius reperiri queat Clericus insigniter doctus, ex quo direptis, & vastatis per Longobardos Ecclesijs, tàm hi, qui mittuntur Legati, quàm cęteri Clerici non valuerint studijs literarum incumbere, adacti necessitate ad manuum laborem assiduum, quo vitã sustentare possent. Denique Aquileiense Concilium, cui Ambrosius Mediolanensis interfuit, pauperiem dicit in Sacerdotibus esse gloriosam. Verùm ad huiusmodi gloriam non sunt ambitiosi nostrorum temporum Clerici, vel Monachi.

Cùm igitur presbyteri sint pauperes, non solùm ob tenuissimos redditus Ecclesiarum, sed etiam ob Regionis, suamque inopiam, quæ constare debet ex relatione Ordinarij, non videtur eis deneganda licentia exercendi agriculturam ex clara sacrorum Canonum dispositione, ex quibus habetur, quod cùm Sacerdos altari seruiens ex oblationibus Ecclesię stipendia consequi debeat, si Ecclesia ei sufficere non poterit, proprio artificio, vel agricultura, exemplo Apostoli, qui de labore manuum suarum viuebat, sibi necessaria paret, ita tamen, vt occasione sui operis vigilijs Ecclesię non desit, sunt verba *c. in princ. d. 91.* & illis victum, ac vestitum quęrat *c. 3. ead. d.* 3

Porrò agriculturæ exercitium pauperibus Clericis esse permissum, quando habent Ecclesiam pauperem, tradit Glos. *v. necessitatem c. 1. 2. q. 1.* & ex Concilio Agathensi habetur quod presbyter, si voluerit, exeat ad opus rurale, vt non solùm proprijs necessitatibus, sed & peregrinorum, & hospitum succurre possit, *cap. 2. de celeb. miss.* vbi Glossa cecinit: *exeat omnis inops opus ad rurale Sacerdos.* 4

Dubitari autem non licet, quin opus manuum possit à negotiatione seiungi; quia pleraque opera manuum sibi solis suscipiuntur ab Ecclesiasticis, non quærentibus ea vendere, vel ex suo labore quęstum facere, sed vel sibi prospicere quoad corporis necessitates, vel animæ consulere per otij deuitationem. Habemus exemplum luculentum in Cisterciensibus, qui agros suos, ac fundos sua manu operabantur, non ad fruges, quas ipsi quoque metebant sua manu, exportandas in mercatum, sed vt victus inde suppeteret, & pauperibus de sua tenuitate non deessent. Quod Stephanus Tornacensis Episcopus collaudat. Nec aliter sentiunt D. Bernardus, & Petrus Cliniacensis, ac S. Basilius, alijque, qui omnes nimium duntaxat laborem in eo opere externo, qui spiritum suffocaret, & corpus plus iusto maceraret, non approbarunt. Vide D. Hieronymum *epist. ad Rusticum de Monach. instit.* & Cassianum *lib. 10. cap. 24.* ac ipsum D. Basilium, qui *ad regul. 38. fusar.* inter artes, quæ decent Religiosos, alijs maximè anteponit agriculturam, quando, ait, ex ea facillimè res ad vitæ vsum necessarię haberi possunt, & qui in ea versantur nullas hi sursum, ac deorsum cursitationes coguntur subire, modò, vt dixit, ea nobis neque à vicinis, neque ab accolis tumultus afferat, aut turbas. 5

Neque huiusmodi exercitium restringi debet in bonis proprijs Clerici, cum nullibi reperiatur Clericis interdicta per suos famulos in bonis proprijs agricultura, & consequenter non prohibitum, censetur concessum, Glos. *v. licet c. Consuluisti 2. q. 5.* sed debet intelligi in prędijs conductis, ponderatis verbis d. Glos. 1. *c. 1. 14. q. 4.* ibi: *Cum eis sua non sufficiant*, & ita declarat. Abb. *in cap. secundum instituta, n. 3. ne Cler. vel Monach.* ex textu iuncta Glos. *in c. Peruenit d. 86. & can. 3.* Concilii Chalcedonensis solum interdicit Clericis alienas possessiones lucri causa conducere. Vndè quando Sancti Patres videntur damnare in Clericis negotiationem, intelligendum de ea, quæ tantùm lucri causa fit. Talis enim turpis, & sordida est. Patrum testimonia habentur apud Gratianum *d. 88.* 6

Atque ex his aliàs S. Congregatio super Episcopis, & Regularibus mota est ad concedendum hanc licentiam toto Clero diœcesis S. Seuerinæ, & Martyrani. Et S. Congregatio Concilij sępè censuit, esse quidem permissam conductionem bonorum patrimonialium, & beneficiorum, eorumque culturam pro sua, & suorum sustentatione, non verò conductionem aliorum bonorum, nisi ex vrgenti, & pręcisa necessitate, vt die 23. Maij 1627. in Cassanensi, & 11. Iulii eiusdem anni. Idque pro eorum necessaria sustentatione ab Ordinario declaranda, & petendo prius licentiam à S. Congregatione, vt alibi dicebamus. 7

Ad apum aluearia quod attinet, illa inter opera quotidiana Monachorum enumerantur *in c. Nunquam, de consecr. d. 5.* atque adeò sunt permissa. Sic enim ibi habetur: *Apum fabricare aluearia, ad quas te mittunt Salomonis prouerbia, & monasteriorum ordinem, ac regiam disciplinam in paruis disce corporibus.* Quippè illorum vsus prouenit 8

venit ex artificio, & industria, ac proinde licitus est.

9 Quod verò ad conductores bonorum Ecclesiæ, eorumque immunitate præter alia alibi à me dicta hæc accipe. In causa Melphictensi vertente inter Capitulum, & Clerum ex vna, & Ministros, & Dohanerios eiusdem Ciuitatis, partibus ex altera, propositis infrascriptis dubijs, nempè.

10 Primò, *an Conductores bonorum Ecclesiæ, quando sunt laici, in introducendis, & extrahendis fructibus dictorum bonorum à Ciuitate, gaudeant exemptione?*

11 Secundò, *an Clericis liceat prædicta bona conducere, & casu, quo liceat, an productione, & extractione fructuum, è reconducta recollectorum, sint immunes à Gabellis?*

12 Tertiò, *an Ius Immunitatis possit per Ecclesiasticos in Conductores cedi, & transferri per contractum, etiam ad effectum introducendi, & transportandi fructus extra locum?*

13 *Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Partibus hinc inde informantibus, referente Eminentissimo Carpineo, respondit, Affirmatiuè in omnibus. Romæ 30. Aprilis 1683.*

14 Item & ista. *S. Congregatio Immunitatis in Agrigentina die 14. Februarij 1628. censuit affictuarios bonorum Ecclesiasticorum, seu Clericorum non teneri ad solutionem gabellarum pro fructibus recollectis in eorumdem bonis.* Et in Fanensi, instante R.P.D. Castracano, 27. Septembr. 1623. censuit, *Affictuarios bonorum Oratoris pro eiusdem bonis gaudere exemptionibus, priuilegijs, & immunitatibus eidem competentibus.* Et in Ostunensi die 24. Iulij 1634. *esse etiam exemptos à gabellis laicalibus pro portione Colonica. Secundò, fructus vniuersos, qui colliguntur in bonis, tàm beneficialibus, quàm patrimonialibus Clericorum, esse exemptos; nec exemptionem restringendam esse ad certam ratam. Tertiò, eadem exemptione gaudere Clericos conducentes pro necessaria tamen sui, & suæ familiæ substentatione, agros, & bona laicorum,* (quod vltimum pro vberiori doctrina non displicet referre.) Et in Assisiensi, Abbas Brianza, & Hieron. Cerichellus, eius Affictuarius, ex vna, & Gabellarij die 4. Octob. 1657. censuit, *Affictuarium gaudere exemptione à solutione gabellæ transitus pro frumento recollecto in bonis Abbatiæ ad formam instrumenti affictus.*

15 Vndè eadem S. Congregatio scripsit D. Episcopo Melphictensi 14. Ianuarij 1679. se pluries ad fauorem Immunitatis affictuariorum bonorum Ecclesiasticorum decidisse; ipsique mandauit, quod illos defendat, iuxta petitionem Capituli, & Cleri; & in alia Epistola 10. Septembris 1682. idem firmauit, & præcepit, vt ex scripturis præsentatis pro parte supplicantium Sacræ Congregationi Episcoporum, ac Regularium negotijs præpositæ.

16 Tandem, quod Ecclesiasticis non fuerit interdicta conductio bonorum Ecclesiasticorum, non solùm pro eorum substentatione, sed etiam pro alijs causis honestis, deducitur ab infrascriptis Decretis eiusdem S. Congregationis Episcoporum, quæ tunc erat etiam Immunitatis; ita anno 1595. definiuit, Clerici cultores agrorum suorum, quin & conductores agrorum Ecclesiasticorum, non debent titulo negotiationis illicitæ molestari; refertur à P. del Bene *tom. 2. de Immun. cap. 5. dub. 3. sect. 5. num. 7.* & in Vlysipponensi censuit 16. Nouemb. 1618. Clericos conducere posse res Ecclesiasticas; dummodò opera manualia per laicos exerceant, vt refero *tom. 2. consult. 34. in fine num. 11.* & habetur in Secretaria eiusdem Sacræ Congregationis.

(• •)

CONSVLTATIO LXXIII.

QVoniam S. Congregatio Concilij sępiùs censuit, Ecclesiam, siue Abbatiam tunc esse nullius, quando habet temporalem, & spiritualem iurisdictionem quasi Episcopalem, proprium territorium, ius congregandi Synodum, & in ea eligendi examinatores Synodales pro habendis concursibus, illamque congregasse, examinatores elegisse, & concursus habuisse, exercendo supradictam iurisdictionem, vt in Farfensi 22. Nouembris 1578. & 1579. Ideò quæritur.

An loca per Summos Pontifices dismembrata ab huiusmodi Abbatijs, & de diœcesibus aliorum Ordinariorum effecta, in quibus aliquæ Ecclesiæ existunt, quæ ante dismembrationem erant de iurisdictione earumdem Abbatiarum Nullius, & de illarum territorio, remanserint in eodem statu, & qualitate post dismembrationem dictorum locorum?

AFfirmandum censeo. Quia cum dictæ Ecclesiæ 1
non fuerint dismembratæ, sed vti prius remanserint subiectæ Abbatiæ, censeri debent eiusdem status, & qualitatis Nullius, & de eodem territorio, prout ipsa Abbatia, cuius membra remanserunt, dum in ipsa dismembratione fuerit illius Abbati quo ad illas præseruata iurisdictio quoad temporalia, & quoad superioritatem absque vllo præiudicio. In hoc enim casu censentur remansisse in statu, & qualitate primæua nullius, Rota coram Seraph. *dec.* 1025. *num.* 18. *& in Montis Casini 27. Martij 1651. coram Bichio* 459.

Idque procedit, etiam si hodie dictæ Ecclesiæ extiterint 2
in locis ex dismembratione effectis de diœcesibus aliorum Ordinariorum iuxta doctrinam Abb. *in cap. Super eo, num. 6. de paroch.* Gemin *in cap. Statutum, §. cum verò sub. num. 3. de rescript. Et in cap. Cum Episcopus num. 4. de offic. Ord. in 6.* Quibus concinit Franch. *in cap. 2. §. Statuto sub num. 11. de constit.* pariter *in 6.* ac Rot. *dec. 207. n. 5. par. 2. diu.* & coram Matt. Andr. *dec. 54. n. 9.* & in d. Montis Casini. Ac etiamsi dicta Abbatia redacta fuerit ad statum secularem.

Nam per reductionem ad statum secularem non ex- 3
tinguuntur primæuæ qualitates, vt firmat Abb. *in cap. Dilectus num. 9. de capell. Monach.* Rot. coram Coccino *dec. 452. num. 8.* & in Aquilana iurisdictionis apud Manches *de commiss. p. 1. num. 3.* cum aliis *ibi* allegatis.

Atque etiamsi in Constitutione secularitatis adsit clau- 4
sula, Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non contraria. Nam ex quo est immediatè adiecta facultati statuendi, ad illam debet restringi, vt ponderatur in *dec. 294. num. 2.* coram Pegna ex theorica Bartoli, communiter recepta *in l. fin. nu. 1. ff. de reb. dub.* Rot. *dec. 670. num. 1. par. 1. & dec. 762. num. 2. p. 2. recent.* Præsertim cum gratia dismembrationis semper restringatur, vt minùs lædat ius tertij, *l. 2. §. merito, ne quid in flumine.* Et quia nec Sacri Canones, neque Concilium contradicunt, quando Abbatia est Nullius, & habet territorium separatum, vt obseruatum fuit *in dec. 798. num. 2. p. 4. diu.* & in Anellina coram Eminentiss. Cardin. Otthobono.

(?)

CONSVLTATIO LXXIV.

1 *An Monasterium D. Gregorij Vrbis Congregationis Camaldulensis possit sibi retinere partem eleemosynæ missarum distributarum in Monasteria dictæ Congregationis?*

2 *An teneatur redditus omnes sacrarij, siue sacristiæ insumere pro eadem Sacristia?*

3 *An teneatur satisfacere pro missis quotidianis in sua Ecclesia exclusiuè quoad alia monasteria eiusdem Congregationis?*

4 *An satisfaciat menti fel. record. Vrbani VIII. in numero Missarum celebrandarum in eadem Ecclesia?*

1 AD primum negatiuè omninò tenendum est. Nam S. Congregatio Concilij in decretis pro *celebr. miss.* confirmatis ab Vrbano VIII. §. *Ac similiter*, omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui missam suscipit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem missam altari, parte eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat. Et quamuis loquatur de Sacerdotibus particularibus, tamen videtur etiam intelligi de Conuentibus, quando alter recipit eleemosynam, & missam altari committit.

2 Non obstat, quod prohibitio S. Congregationis videatur fundata in eo, quod sicut primus Sacerdos suscipiens obligationem celebrandi acquirit ius ad illud stipendium, ità etiam dum abdicat a se eamdem obligationem, transferendo in alium, abdicat à se ius ad stipendium, & transfert in alium, siquidem est annexum cum tali obligatione. Et ideò debet dare solum stipendium, quod accepit, tanquam totum connexum cum obligatione celebrandi. Igitur in tantum prohibet singulis Sacerdotibus, non posse alteri dari partem eleemosynæ, altera sibi retenta, quia dominium personæ dantis distinguitur à dominio recipientis. At in hoc casu non distinguitur. Quia quicquid habent monachi, retinent pro suis monasterijs suæ Religionis, quæ tanquam membra eiusdem corporis sub eodem capite debent sibi inuicem subuenire.

3 Et quia sicuti potest Superior regularis suis subditis præcipere applicationem Sacrificiorum in beneficium alterius Conuentus, vt tenent Sanch. *lib. 6. sum. c. 2. num. 9. 56. & 57.* Garzia *in sum. tr. 3. de Euch. diff. 3. dub. 5. punct. 1. n. 3.* & alij; quia potest illis determinare seruitium, quod hic, & nunc censetur expediens, & eos obligare ad ipsum exhibendum; ita etiam, ac multò magis poterit applicare partem eleemosynæ missarum alteri Monasterio.

4 Hæc inquam, & huiusmodi alia non obstant. Tum quia hic casus non est exceptus in dictis decretis, atque adeò neque à nobis excipi debet. Tum quia monasteria sunt distincta, & ideò habent ius, ac dominium distinctum, quod eorum Superiores non possunt confundere, & in aliud monasterium trãsferre absque Sedis Apostolicæ permissu. Et tum quia id non videtur absimile propositioni nonæ damnatæ ab Alexandro VII. 24. Septembris 1665. ac proindè seruanda sunt supradicta decreta Vrbani VIII. donec aliud à præfata S. Congregatione fuerit declaratum.

5 Ad secundum respondeo, non teneri. Quia Sacristia non est membrum separatum à Monasterio, imnò penitus illi vnitum, & quotiescunque Sacristia est abũdè prouisa, adimpleta est mens fel. rec. Sixti IV. concedentis, confirmantisque priuilegia, ac Indulgentias eiusdem Ecclesię, quæ fuit, vt fideles ad structurarum, ædificiorumque reparationem, restaurationem, & conseruationem Monasterij manus promptiùs adiutrices porrigerẽt, vt in eius literis habetur, datis 3. Kal. Octobris anno 1472. Et in literis vnionis fel. rec. Gregorij XIII. anno 1573. duodecimò Kal. Octobris expeditis inter alia Summus Pontifex vnit, incorporatque, ac subijcit præfato monasterio omnes oblationes, iura sepulturæ, funeralia, eleemosynas, legata, & alia quæcumque emolumenta ex largitione, ac pia fidelium deuotione pertinentia. Ex quibus colligitur, non esse quid distinctum dominium Sacristiæ à dicto Monasterio.

6 Excipio eleemosynas pro Missarum celebratione. Nam adducta verba Pontificis non sunt apta comprehendere ea, quæ indigent speciali nota; est enim facultas generalis. Facultas autem generalis non se extendit ad ea, quæ indigent speciali nota, vt desumitur *ex §. Sed & quod, Instit. de iur. nat. gent. & ciu. & l. 1. ff. de constit. Princip.* & notant Ias. *in l. 1. n. 21. ff. de leg. 1.* Natt. *cons. 4. n. 6.* Butr. *cons. 19. n. 4.* Riminal. iun. *cons. 46.* Rot. coram Coccino *dec. 269. n. 3.* & coram Buratto *dec. 104. n. 13.* & coram Merlino *dec. 855. n. 6. & dec. 54. n. 4. p. 2. diu. & dec. 214. n. 15. p. 2. rec. & dec. 40. n. 5. p. 4.* Atqui facultas incorporandi Missas monasterio est gratia, quæ indiget speciali nota; nam tangit dispositiones vltimarum voluntatum, quarum mutatio est reseruata Romanæ Sedi, ac proindè non comprehenduntur, nisi speciatim exprimantur, vel saltem per æquipolentiam iuxta *l. Item apud Labeonem, §. hoc edicto, ff. de iniur. & cap. Quia, de sent. excom. in 6.*

7 Ad tertium respondeo in hoc casu negatiuè ex clara dispositione sa. me. Vrbani VIII. concedentis facultatem Abbatibus pro tempore existentibus in præfato Monasterio, vt pro oneribus Missarum, quibus non potest satisfieri in dicta Ecclesia, procurent, satisfieri in Vrbe per Sacerdotes seculares, vel regulares, vel per monasteria, & Ecclesias eiusdem Congregationis. Et certè Summus Pontifex non distinguit onera, quæ recipiuntur in octaua mortuorum ab oneribus recipiendis per annum, vel à receptis. Et sicut particula *Vel* ponitur facultatiuè quoad Sacerdotes seculares, ita potest satisfieri per Sacerdotes Monasteriorũ dictę Cõgregationis exclusiuè quoad alios omnes in Vrbe existẽtes, cũ eadem sit ratio fulcita à iuris dispositione. Dictio enim *Vel* est alternatiua, vt obseruant Doctores, præcipuè Paris. *cons. 91. n. 29. l. 2.* Menoch. *cons. 3. n. 21.* Honded. *cons. 15. n. 11. vol. 1.* Surd. *cons. 392. n. 8.* Per alternatiuam autem conceditur illi electio, cuius fauore est inducta, *l. plerunque, ff. de iur. dot.* vbi Glos. *v. Electio, & cap. In alternatiuis de reg. iur. in 6.* Menoch. *cons. 1100. n. 3.* Rot. coram Merlino *dec. 841. n. 7. & dec. 207. n. 5. p. 5. recent.*

8 Ad quartum respondeo, id pendere ab obseruatione Breuis Vrbani VIII. Cęterum extat decretum S. Congregationis Concilij sub die 15. decembris 1663. ac etiam S. Visitationis Apostolicæ tenoris sequentis. *Atque in Sacristia liber quotidiano vsui paratus sit, in quo singuli Sacerdotes, qui in ea Ecclesia Sacrificium obtulerint, Missam à se tali die celebratam adnotent, & cuius oneris ratione celebrauerint propria manus subscriptione testentur.* Et cum idem Summus Pontifex facultatem fecerit Abbati dicti Monasterij, vt pro satisfactione eleemosynarum manualium in eadem Ecclesia de cętero elargiendarum maiorem, quam poterit, diligentiam adhibeat, vt dubito eleemosynarum huiusmodi numero in Ecclesia prædicta satisfiat, pro illius autem, quibus satisfacere non poterit, &c. ideò curandum est, vt in ipsa Ecclesia, & Oratorijs illi coniunctis, vel toti, vel maiori numero Missarum assiduè satisfiat, & illis pręcipuè, quę manuales dicuntur, quàm primum satisfieri debet. Debet tamen considerari numerus Missarum quotidie elargitarum, & damnum monasterij. Nam si omnes Missæ celebrarentur in eadem Ecclesia, sentiret incommoda seruitutis, & stipendij quàm plurium Clericorum, ac id genus alia.

9 Neque verò sensus vulgi contrarius scrupulum inijcit, dum ait, quod si fideles scirent, ac sibi persuaderent, non satisfieri suis pijs mentibus in eadem Ecclesia, vel saltem non nisi per paucos dies, non erogarent pro missis eleemosynas. Tum quia contractus omnes, non adimpleta conditione sine qua non, valent, D. Thom. *in 2. d. 28. q. 1.* Nauar. *in sum. cap. 23. n. 101.* Tiraquel. *tr. cessante causa lim. 1.* & cęteri. Tum etiam quia Summus Pontifex, cum sit supremus Rector, & gubernator animarum, quę ad eas pertinent, abundè prouidit, & ne sequeretur ea longa dilatio in celebrandis Missis, concessit priuilegium, vt possit satisfieri per alios Sacerdotes, neue fideles irrationabiliter sint inuiti, debent necessariò à sacrista moneri

de

de tempore, intra quod Missæ ab ijs requisitæ probabiliter celebrari poterunt juxta dispositionem decretorum S. Congregationis Concilij, quę alibi adduxi, & d. Breuis Vrbani VIII. quod huc afferre non grauabor.

10 *Vrbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cùm, sicut accepimus, quamplures eleemosyna pro missis in Ecclesia Monasterij S. Gregorij de Vrbe Congregationis Camaldulensis pro animarum Christi fidelium defunctorum refrigerio, & salute celebrandis, eidem Ecclesiæ in dies erogentur, omnes verò missæ huiusmodi ob nimiam earum quantitatem in dicta Ecclesia celebrari nequeant, Nos qui omnium saluti paterna charitate intendimus, piæ Christi fidelium intentioni, atque desiderio, quantum nobis ex alto conceditur, consulere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, dilecto filio moderno, & pro tempore existenti dicti monasterij Priori in virtute Sanctæ Obedientiæ per præsentes præcipimus, & mandamus, vt, satisfactis prius oneribus perpetuis missarum, siue Anniuersariorum, quibus monasterium huiusmodi obnoxium est, pro satisfactione eleemosynarum manualium in eadem Ecclesia de cætero ad effectum prædictum elargiendarum, siue erogandarum, maiorem, quam poterit diligentiam adhibeat, vt debito eleemosynarum huiusmodi numero in Ecclesia prædicta satisfiat; pro illis autem, quibus satisfacere non poterit, in Vrbe per Sacerdotes seculares, vel cuiusuis Ordinis Regulares de Superiorum suorum licentia, alteri missarum celebrationis oneri non obnoxios, vel eas Monasterijs Congregationis huiusmodi, vt in eorum Ecclesijs celebrentur, distribuendo satisfieri omnino curet, quæ Monasteria nulli Missarum celebrationi, quæ distributionis vigore præsentium facienda executionem non impediant, sint obligata, dictusque Prior sexto quoque mense notulam peractæ distributionis, ac satisfactionis dilecto filio nostro in alma Vrbe Vicario in spiritualibus generali, vel ab eo specialiter deputato consignet; quodque de cætero eleemosyna pro missis in eadem Ecclesia S. Gregorij celebrandis, quæ infra modicum tempus ibi celebrare non potuerant, illic minimè recipiantur, nisi Sacrista, vel alius Minister missarum numero describendo, atque oblationibus recipiendis Præfectus, prius admoneat singulos, qui eleemosynas offerunt de tempore, intra quod missæ ab ijs requisitæ probabiliter celebrari poterunt. Præterea, quod pecunia quæ ad præsens in deposito ex eleemosynis missarum conflata reperiuntur, per alios eiusdem Congregationis, seu almæ Vrbis nostræ Ecclesias arbitrio Abbatis generalis eiusdem Congregationis, & dicti ordinis Prioris, vel Sacerdotibus nulli pariter alteri celebrationis missarum oneri, vt præfertur, obnoxijs, præuio consensu, & approbatione eiusdem Vicarij nostri, vel eius deputati, quamprimum distribuantur, ad hoc vt totidem missæ pro fidelibus defunctis quàm primum celebrentur, & infra sex menses proximos eidem Vicario nostro, vel eius deputato notula iam peractæ distributionis, quàm celebrationis missarum per eumdem Priorem consignetur. Insuper Ecclesijs, seu altaribus, in quibus missæ pro eleemosynis dictæ Ecclesiæ S. Gregorij elargitis, vt supra, celebrabuntur, easdem Indulgentias, quæ ipsi Ecclesiæ S. Gregorij à Sede Apostolica concessæ reperiuntur auctoritate nobis à Domino tradita, ac de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, earumdem tenore præsentium concedimus. Decernentes præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, semper & perpetuò valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per dictum Priorem, aliosque, ad quos quomodlibet spectat, & in futurum pro tempore spectabit, inuiolabiliter obseruari, sicque & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, & causarum Palatij Apostolici Auditores vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dictæ Congregationis, illiusque monasteriorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 9. Decembris 1626. Pontificatus nostri anno quarto.*

Quæ omnia religiosissimè obseruantur, me teste locupletissimo, qui annis viginti, & amplius ab Eminentissimis Cardinalibus Vicarijs ad hęc deputatus fui.

CONSVLTATIO LXXV.

Vtrum ad effectum priuandi Canonicatu, requiratur integrum triennium, siue necessarium sit præmittere pœnas à S. Concilio statutas, antequam deueniatur ad priuationem beneficij ob non residentiam?

1 Mirum est, quàm variè simul, & obscurè Doctores materiam hanc pertractent. Difficultatem illis facit decretum S. Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 12. de ref. §. Præterea*, his verbis: *Præterea obtinentibus &c. non liceat &c. vltra tres menses ab eisdem Ecclesijs quolibet anno abesse. Alioquin primo anno priuetur vnusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione, etiam prebendæ, ac residentiæ fecit suos. Quod si iterum eadem vsus fuerit negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente verò contumacia contra eos iuxta Sacrorum Canonum Constitutiones procedant.* Ex quibus videtur non requiri integrum triennium. Sed ad incurrendam pœnam satis esse, vt quis absit vltra tres menses quolibet anno.

2 Idque confirmatur ex eo, quod non est necessarium pręmittere aliquas pœnas, ac proinde seruare interualla temporum, antequam deueniatur ad priuationem ob nō residentiam, sed potest immediatè hæc pœna infligi, si ita Episcopo visum fuerit, ita ut sit in electione ipsius, vel immediatè priuare beneficio, vel præmittere alias pœnas, quemadmodum post longissimam discussionem maturè firmauit Rota coram Mantica *dec. 67. num. 6.* quę prę cęteris veritatem hanc est assequuta, asserens, ita intelligendum esse Concilium *d. sess. 24. cap.* 12. ac testans, ita declarasse eiusdem S. Concilij Congregationem, & coram Coccino *dec. 10. num. 5.* ac tradit Tondut. *resol. benef. 42. num. 6. & 7. in fin.* & Lotther. *de re benef. l. 2. c. 27. n. 55.*

3 Ratio autem est, quia in iure Clericis non residentibus imposita est immediatè pœna priuationis beneficij, si post citationem non comparuerint. Ita in *cap. Ex parte 1. & cap. Qualiter*, etiam quoad Episcopos, & *cap. inter quatuor, de Cler. non resid.* Cùm ergo per hos textus possit deueniri immediatè ad priuationem, non pręmissis aliis pœnis, & iura concordanda sint, quoad fieri possit, *l. vn. C. de inoffic. dot.* non est dicendum, quod per alias leges sit sublata facultas immediatè procedendi ad priuationem, atque adeò quod requiratur spatium trium annorum, sed quod indulgeatur Episcopis, vt possint, si velint, aliis pęnis minoribus prius experiri, an possint obtinere finem residentiæ, antequam deueniant ad priuationem.

4 Vndè sufficit vnica citatio personalis per text. *in d. cap. de tua*, & ibi Abb. *num. 10. & 13.* cum aliis relatis à Rota eadem *dec. 67. num. 5.* coram Mantica, sufficitq; citatio perēptoria ex communi Doctorum sententia per *Clem. 1. de vit. & honest. Cler.* Imol. in *d. cap. Ex tua* per textum in *cap. Constitutionem de sentent. excommunicat. in 6.* iuncto *cap. Sacro eod.* vbi licèt ad pœnam imponendam requiratur tertia citatio, tamen in aliis sufficit vna citatio peremptoria pro omnibus, Afflict. *d. 289. num. 7.* vbi testatur de communi.

5 Neque obstat, quod requirantur tria edicta, vel citationes cum interuallo vnius anni pro quolibet, quemadmodum videtur exigere Concilium *loc. cit.* in priuatione Canonicatuum, quicquid sit in parochis, aliisque curam animarum habentibus, de quibus loquitur idem Concilium *sess. 23. c. 1.* Quia Concilium *d. sess. 24. c. 12.* in priuatione Canonicorum requirit duntaxat absentiam triennalem, & ordinem pœnarum, vt primo anno absentiæ medietate fructuum, secundo omnibus fructibus, & tertio anno Canonicatu priuentur; absentia enim currit à die, quo quis se absentauit, non autem à die monitionis. Quia monitio non præcedit, sed subsequitur, & Canoni-

cus

cus absens non citatur, aut monetur ad residendum, sed ad dicendum, & allegandum causam, quare non debeat ad pœnas iuxta formam Concilij condemnari propter absentiam, Garz. *de benef. p. 3. c. 2. num. 145.* Fregos. *de regim. Respub. p. 2. lib. 10. disp. 51. num. 5.* Barbos. *de Episc. alleg. 53. sub. num. 146.* Ventriglia *in pr. co. 1. a num. 19. §. 3. num. 3.* Et arbitrio boni viri remittitur quantum tempus vltra permissum expectari debeat, antequam Episcopus pœnas exequatur contra Canonicos absentes, Garz. *d. num. 145. in fin.* Fregos. *d. loco num. 15.* Quod declarauit S. Congregatio Concilij in Vercellensi, cuius meminit Io. Franc. Leo *in thes. for. Eccles. p. 3. cap. 2. num. 33.* & alij, *Sacra &c. Canonici absentes vltra tres menses non sunt citandi, aut monendi ad residentiam, sed ad allegandum causam legitimam absentia, & quare non debeant puniri.*

6 Ita etiam à pari, quando Canonicatui, & præbendæ Cathedralium est annexus ordo sacer, nisi ad eum obtinens faciat se promouere intra tempus à Concilio statutum, post monitionem potest priuari non modò distributionibus, sed etiam Canonicatu ipso, Clem. *vt ij, de at. & qual.* Glos. *penal. in cap. licet canon. de elect. in 6.* & declarauit S. Congr. Concilij die 12. Februarii 1588.

7 At nihilominùs tenendum est, præmittendas esse minores pœnas priuationis fructuum, antequam deueniatur ad pœnam priuationis impositam per Sacros Canones, & S. Concilium Tridentinum. Quod etiam iure statutum videtur, quatenus *in d. cap. ex tua, §. Contra eos, de Cler. non resid.* decernitur, quod contra recusantes post monitionem venire ad residentiam, procedatur per suspensionis, & excommunicationis sententiam, & si postea contumaces fuerint, deueniatur ad priuationem. Vndè de iure quoque videtur necessarium, non statim deuenire ad priuationem, sed præmittere alias pęnas per modum correctionis. Et ideò Glossa quoque *in d. cap. ex tua, v. Spoliari*, sensit, quod prius præcedere debeat suspensio ab administratione temporalium, antequam deueniatur ad spoliationem. Et quod præmittenda sit illa duplex spoliatio fructuum, de qua Concilium loquitur, aliàs priuatio sit nulla, tradunt Zerol. *in pr. par. 1. v. Priuatio, §. 3. & 4.* Zecch. *de republ. Eccles. tit de benef. n. 6.* Piasec. *in pr. p. 2. c. 3. n. 10.* alijque infra citandi.

8 Nam per dictum decretum Concilij eo *cap. 12. sess. 24. de ref.* correcta est Sacrorum Canonum dispositio, iuxta quam Canonici absentes poterant priuari Canonicatu, si intra congruum terminum, illis præfixum, non redirent ad residentiam, vt per *cap. peruenit, de appel. cap. Inter, & cap. fin. de Cler. non resid.* atque inducta est noua forma; nam quando lex pręter ius commune aliquid de nouo introducit, quicquid exprimitur, reputatur de forma, vt tradunt Roland. *cons. 182. num. 61. lib. 3.* Anchar. *cons. 241. num. 6.* Surd. *dec. 298. n. 9.* Boccat. *ad Constit. March. glos. 6. n. 163. & 165.* & Rota in Romana Societatis 5. Decembris 1616. coram Remboldo.

9 Quare hodie non potest Episcopus, qui comminatur pœnam priuationis Canonicatus vltra tres menses absenti eam exigere, nisi per triennium fuerit absens, & primo, ac secundo anno fuerit antea priuatus fructibus iuxta formam eiusdem S. Concilii, quemadmodum rescripsit eius S. Congregatio Archiepiscopo Tarentino, ac testatur D. Fagnan. in *cap. licet n. 26. de præb.* Neque oportet, vt absentia sit continua ad incurrendas pœnas dicti S. Concilii, sed sufficit, vt dies absentiæ etiam interpellati superent trimestre, vt ait idem D. Fagnan. *loc. cit. num. 55.* censuisse eamdem S. Congregationem, quam quoque subdit respondisse, contrarium statui ab Episcopo non posse, ac eadem S. Congregatio in Abulensi censuit, non residentes, quamuis amittant tertiam partem fructuum in distributiones conuersam, compelli nihilominùs posse ad residendum aliis iuris remediis ex hoc decreto Concilii, sed non excedendam esse formam in eo descriptam. Et alibi declarauit, primo anno absentiæ Canonicum non posse priuari Canonicatu, sed dimidia tantùm parte fructuum, & aduersus eum procedi non posse, nisi seruata forma huius decreti, & ad eumdem priuandum, durante contumacia, non requiri citationem, vel monitionem, sicuti fit in Curatis iuxta *cap. 1. sess. 23.* sed sufficere, eum citare ad allegandam causam, quare non debeat priuari iuxta dispositionem *d. cap. 12. sess. 24.* de quo in priuatione facienda est expressa mentio. Et in Vrbinatensi scripsit Vicario, *Che l'editto fatto da lui sopra la residenza non deue contenere maggior rigore di quello, che dà il Concilio. Però lo moderasse riducendolo ad terminos Concilij die 21. Martij* 1590.

Reuocari ergo Canonicus debet ad residentiam citationibus, quæ debent continere spatium vnius anni pro qualibet, vt in puncto est decisio Dunozet iun. 878. *n.* 8. confirmata coram eodem *dec.* 889. 10

Neque obstat, quod hoc tempus sit Episcopo priuanti arbitrarium, ac Doctoribus adductis. Nam loquuntur de Parochis, in quibus ex Concilio Trid. *cap. 1. sess. 23. de ref.* tribuitur Episcopo arbitrium, non quidem circa huiusmodi triennii restrictione, sed circa pœnam excommunicationis, vel sequestrationis fructuum, vel priuationis inclusiuè, dum tamen præcesserint trina edicta publica, & elapsi sint sex menses iuxta *d. cap. ex tua, de Cler. non resid.* vt præter verba Concilij declarat Lotther. *de re benef. lib. 3. q. 27. n. 115. & seq.* Tondut. *resol. benef. 42. n. 7. in fin. lib. 1.* Fregos. *d. p. 2. disp. 21. §. 5. num. 15.* Castropal. *tr. 12. disp. 5. punct. 3. n. 11.* non autem de Canonicis, ac dignitatibus etiam Curatis, de quibus loquitur Concilium *d. cap. 12. sess. 24.* & firmat Rota in Anglonensi Archipresbyteratus 1. Iulij 1667. §. *Quod autem*, coram Taia, & Bulla B. Pij V. ac S. Congregatio Concilij in Tarentina 27. Iulij 1576. Immò & secundùm benigniorem, etiam in Parochis, siue personaliter, siue per dicta citentur, debent sex menses pro quolibet edicto expectari, vt reprobato Garzia tradit Castropal. *vbi supra*, Ricc. *collect. 8065. n. 11. in fin.* Barbos. *allegat. 53. n. 105. & de Canon. & Dignit. cap. 20. n. 15. in fin.* 11

Neque vrget decisio Manticæ. Tum quia oppositum docet in præsente non residente, personaliter citato non autem in absente contumace non personaliter citato, vt declarat, exploso Lottherio, Tondut. *loc. alleg. resol. 42. n. 3. p. 1:* Antonel. *de regim. Eccles. lib. 3. cap. 12. n. 14.* Seraph. *dec. 1346. n. 3.* Pegn. *dec. 104. n. 2. & 3.* Tum quia loquitur de Cappellania ex lege fundationis, de qua Concilium Trid. nec in *d. cap. 1. sess. 23.* nec in eo *cap. 12. sess. 24.* aliquid decernit, vt proinde remaneat in dispositione iuris, & arbitrio Episcopi, intra quantum tempus Capellanus illa debeat priuari, vt explicat Antonel. *de temp. legal. lib. 3. cap. 19. n. 6.* 12

Tandem vera sententia est, tempus triennij pro priuatione non incipere à die, quo quis se absentauit, sed à die, quo cœpit moneri pro incusandis pœnis statutis à Concilio, vt relato decreto S. Congregationis docent Fregos. *de Repub. vbi supr. n. 15.* & Salgad. *de reg. protect. p. 2. c. 15. n. 2.* 13

Moneo cum D. Fagnano, quem in his rebus occulatissimum iudico in *d. cap. licet d. n. 55. de præb.* S. Congregationem Concilij censuisse non licere omnibus Canonicis abesse eodem tempore, ne Ecclesia deseratur, sed tantùm tot, per quorum absentiam Episcopus suo arbitrio Ecclesiæ seruitio præiudicium non inferri existimabit, & Sanctissimum probasse hanc S. Congregationis sententiam ad se relatam, ac dixisse, Concilium tres menses non Capitulo, sed Canonicis, scilicet singulis per vices indulsisse. Et *n. 65.* ex sensu ipsiusmet S. Congregationis refert, quomodò computandum tempus absentiæ trium mensium, & seruitium præstitum in reliquis nouem mensibus. 14

CON-

CONSVLTATIO LXXVI.

An, & quatenus Canonicatus, & præbenda diuidi possint?

1 Licèt Canonicatuum, ac præbendarum diuisio regulariter prohibita sit ex Concilij Turonensis decreto, quod habetur *in cap. Maioribus, de præb.* tamen hoc fallit, quando diuisionem suadet rationabilis causa, vt expresse disponitur *in cap. Vacante, eod. tit.* quando igitur in aliqua Ecclesia adest penuria ministrorum deseruientium, habito respectu ad multiplicitatem, ac prolixitatem officiorum, quæ in ea quotidie celebrantur, ac decantantur, clarum est, tunc subesse causam rationabilem ex notatis per Abbatem, & Imolam, quos omnes sequuntur in *d. cap. Vacante*, vbi narrantur requisita ad hoc, vt fiat diuisio, nimirùm vt accedat diœcesanorum, & Capituli consensus, vt subsit rationabilis causa, nimirùm paucitas Canonicorum proseruitio, seu quod Ecclesia patiatur defectum ministrorum deseruientium, & vt redditus præbendæ diuidendæ sufficiant competenter vtrique præbendato.

2 Neque obstare debet inæqualitas redditnum, quæ per hanc diuisionem inter Canonicos inducitur, cum illa de iure non attendatur, dummodò redditus sint sufficientes honesto victui, & sustentationi, vt notant Abbas, & Imola loco citato. Eòque magis est indulgendum Capituli precibus, quod ipse Episcopus posset de iure, concurrentibus supradictis requisitis, hanc diuisionem facere, vt testatur Imola vbi supra *num. 5.* & recurritur ad Sedem Apostolicam, vt res maiorem habeat firmitatem, & vt omnis litium occasio præcidatur.

CONSVLTATIO LXXVII.

An susceptio Sacrorum Ordinum ex metu reuerentiali, concurrentibus minis, sit irrita?

1 Metus ex Aristotele *2. reth. cap. 5.* est ægritudo, seu perturbatio, orta ex cognitione mali imminentis. Est autem duplex. Alius, qui cadit in virum constantem, & est ille, qui rationabiliter mouet voluntatem, vt cùm eligitur minus malum ad vitandum maius. Alius verò, qui non cadit in virum constantem. Vir autem constans est ille, qui est medius inter timidum, & andacem. Aliudque est fieri cum metu, & aliud fieri ex metu. Primum dicit, quod metus non sit causa operationis, sed concomitanter se habeat. Secundum dicit, quod metus moueat ad operandum, pro quo requiritur, quod non perturbet vsum rationis; alioquin operatio non esset libera. Et quod id, quod fit ex metu, sit contra inclinationem elicitam voluntatis, atque adeò interueniat actus oppositus ex diuerso motiuo circa idem obiectum.

2 Itaque affirmo; quia huiusmodi metus semper excludit consensum ex *l. Nihil, ff. de reg. iur.* & ex traditis ab Innoc. *in cap. Causa num. 1. in fin.* & ibi Io. Andr. *num. 3.* Butr. *num. 10.* Bald. *num. 4. de offic. deleg.* Abb. Felin. Salic. Roland. Dec. & alij, quos in specie susceptionis Sacrorum Ordinum refert, ac sequitur Rot. *dec. 1286. nu. 3. & dec. 1199. num. 6.* coram Pegna, & in fortioribus terminis, quod metus reuerentialis, concurrentibus minis, exuberet ad nullitatem matrimonij carnalis, admisit Rot. *dec. 326. num. 11. & 12. & dec. 374. num. 9. & 10.* coram Gregorio XV. Sicuti huiusmodi metus reuerentialis vnà cùm minis regulariter sufficit ad inualiditatem matrimonij spiritualis, scilicet professionis religiosæ, quæ liberam voluntatem, ac plenam libertatem requirit, ex quo voluntarios milites assumpsit Deus, & coactos diabolus, vt inquit Glos. *in c. Abbas de his, quæ met. cauſ.* Butr. *in cap. Nullus num. 2. & 10.* Anchar. *n. 2.* Abb. *in cap. 1. eod.* & articulo naturè discusso, firmauit Rot. *dec. 590. n. 2. & 3. & dec. 720. num. 3.* coram Merlino cum alijs in Meleuitana nullitatis professionis 3. Ianuarij 1653. *§. nec dicatur* coram Tarraconensi, quæ est decisio 491. inter illius impressas, vbi speciatim *num. 6.* firmatur, sufficere solum metum reuerentialem, etiam absque minis propter summam libertatem; quam huiusmodi actus requirit, vt ex mente S. Congregationis Concilij tuetur Dian. *p. 3. tr. 2. de Regular. resol. 92.* Sperell. *dec. 79. num. 28.* cum alijs per Rot. in Burgensi nullitatis professionis 16. Aprilis 1649. *§. Quæ omnia*, coram Arguellas, & nos fusius alibi.

3 Quinimmò ad effectum annullandæ professionis solus defectus spontaneæ voluntatis, aut consensus exuberat, vt in fortioribus terminis huiusmodi defectus propter solas importunas preces mulieris cognatæ, nouissimè admisit Rot. in Mediolanen nullitatis professionis 28. Iunij 1666. §. 1. & 2. coram Em. Carpineo.

4 Dum igitur cum huiusmodi metu reuerentiali, ad effectum susceptionis Ordinum, concurrerint repetitæ, ac importunæ obiurgationes patris, vel matris, vel auunculi cum minis carcerationis, exhæredationis, eiectionis è domo paterna, ac denegatione alimentorum, aliaque huiusmodi, quæ inducunt metum cadentem in constantem virum, dicendum est, susceptionem eiusmodi esse irritam, cum ad hunc effectum sufficiat solus timor cruciatus corporis, aut amissionis bonorum, vt tradunt communiter Doctores *in d. cap. Abbas, de his, quæ vi, met. cauſ.* Crauet. *conſ. 387. num. 19. & 20.* Menoch. *conſ. 1. nu. 280.* Rot. *d. dec. 326. num. 19.* & coram Gregorij XV. *dec. 205. num. 8.* & coram Buratto cum alijs in Bononiensi nullitatis professionis 5. Maij 1660. *§. Prout etiam*, coram Betulaqua. Iustum autem metum incutiunt sola quandoque alicuius potentia, *l. penul. & vlt. C. de his, quæ vi, met. cauſ. gesta sunt*, Abb. *conſ. 2. in 6. q. vol. 2.* Cruciatus corporis, *arg. cap. 1. de rest. spol. in 6.* Beto. *conſ. 35. n. 19.* mala à constante viro metui solita, *cap. 1. de his, quæ vi, met. cauſ. fiunt*, *l. 4. & 7. C. eod.* Azor. *d. loc. q. 3.* & Excommunicatio, Fachin. *conſ. 55. in fin. lib. 1.* iniusta, Roman. *conſ. 368. num. 10. & seq.* & quæ omninò non, vel non nisi cum difficultate euitari queat, Abb. *in cap. 6. n. 6. de his, quæ vi, met.* & Azor. *d. loc. q. 7. & 9.* Instans omnium, maiorisue partis bonorum amissio, Azor. *inst. mor. tom. 1. lib. 1. cap. 10. q. 4.* cum res, siue patrimonium sint quasi secundus hominis sanguis, & vitæ quodammodo æquiparentur *in l. Aduocati 14.* vbi Glos. communi consensu approbata, *v. vitam, C. de aduoc. diu. iud.* Bald. *in l. si tuis numis, C. de ap. lib. & in l. pen. C. de conſt. pec.* Doctores *in d. l. vt vim 3.* vbi Ial. *num. 23.* & alij. Et propterea quasi paria censeantur insidiari vitæ, ac insidiari bonis, atque ita metus perditionis omnium bonorum æquiparetur metui mortis, *auth. quod mater, C. de reuoc. don.* Bart. *in l. pen. de cond. ob cauſ.* Menoch. *de arb. q. lib. 2. cent. 2. caſ. 110. num. 6. & 135. num. vl.* Tiraquel. *de nobil. cap. 13. n. 364.* & aliquot *seq.* vbi plura notatu digna ea de re congessit.

5 Ad hunc autem metum probandum admittuntur, non solùm testes singulares, sed etiam indicia, & coniecturæ, cùm agatur de rebus fieri solitis intra domesticos parietes, Alex. *conſ. 98. num. 6. lib. 3.* Paris. *conſ. 60. num. 20. lib. 4.* Rot. *d. dec. 374. num. 1. & 9.* coram Gregorio XV. *& d. dec. 590. num. 6. & 7.* coram Merlino cum alijs in d. Bononiensi nullitatis professionis, *§. non obstat.*

6 Quæ fine aliqua difficultate videntur admittenda, quando non agitur de annullanda Ordinum susceptione, sed dumtaxat ad effectum committendi causam illius nullitatis, & propterea sufficit fumus, & semiplena, aut summaria probatio, vt de stylo Curiæ testatur Barbos. *in collect. ad Concil. ſeſſ. 25. cap. 9. num. 9.*

7 Neque obstat prætensa ratificatio, quæ forsitan præsumi posset ex lapsu temporis post Ordinum susceptionem; quia præsumptio corruit, durante causa metus, quæ semper durare præsumitur in vita eorum, qui illum incusserant, Bart. *in l. 2. C. de his, quæ vi, & met. & ibid.* Bald. *num. 2.* cum alijs per Rot. *dec. 392. num. 2. & 3.* vbi Add. *n. 8. & dec. 628. num. 2. & seq.* coram Merlino. Vel quando nullus apparet actus, ex quo desumi possit huiusmodi ratificatio, quæ regulariter probari debet per actus illam necessariò inferentes, Bart. *in l. Procurator in fin. ff. rem rat. hab.* Gabr. *conſ. 26. num. 67. lib.* Surd. *conſ. 523. num. 16. lib. 3. & dec. 221. n. 2.* Rot. *dec. 535. num. 1. p. 2.*

13. *p.* 1. *rec.* Vel quando protestatio ante susceptionem emissa omnem excludit ratificationem, *l. mater*, §. *caeterum*, *ff. de inof. test.* *l. Paulus ff. rem rat. hab.* Cyriac. *contr.* 139. *num.* 36. cum alijs per Rot. *dec.* 16. *nu.* 23. coram Em: Orthobono. Siquidem ratificatio, quæ præsumitur ex taciturnitate, tollitur, atque impeditur per contrarias præsumptiones; quia vna præsumptio elidit aliam, & à fortiori per contrariam animi declarationem, vt traduot Cardinal. *in cap.* 1. *in fin. de his, quæ vi, met. cau∫.* Anchar. & Innoc. *ibid. in fin.* Io: de Arian. *num.* 7. & 9. Abb. *in cap. Consultis n.* 1. *de Regular.* Butr. *in cap. Cum M. Ferrariensis num.* 43. *de const.* Bald. *cons.* 296. *num.* 4. Barbat. *cons.* 59. *n.* 2. Decian. *cons.* 18. *num.* 5. *lib.* 3. Nauar. *cons.* 34. *n.* 3. *de Regul.* Rodriq. *q. reg.* 17. *a.* 15. *tom.* 3. Rot. *dec.* a16. *n.* 21. *p.* 2. *diu.* & in Neapolitana professionis 26. Iunij 1599. coram Gyptio, & *dec.* 179. *num.* 1. *p.* 4. *rec.* & *dec.* 533. *n.* 5. *ead. p.* & in Vlysiponensi nullitatis professionis 10. Decembris 1646. §. *Cum ergo* coram Arguelles cum iofinitis concordantibus, quæ adduci possent.

8 De iure autem solùm à suo Prælato qois potest cogi, Ordines suscipere, si adsit iusta causa, vt ob magnam Ecclesiæ vtilitatem, aut necessitatem, & dummodò coactio non sit absoluta, & omnimoda, neque graui metu illata, sed moderata, & conditionalis, vt per censuras, aut mulctas, *cap. Siqui* 74. *d.* ibique Turrecrem. & Præpos. Sylu. *v. Ordo* 3. *n.* 10. vt simile de coactione ad matrimonium carnale dicitur *cap. Ex literis* 10. *de spons.* Sanchez *lib.* 2. *disp.* 27. & Coninch. *disp.* 28. *num.* 50. Ordinatus siquidem coactione omnimoda non recipit Sacramentum, vt si vi detentus. Si autem metu graui coactus sit, recipit Sacramentum; quia adest voluntas, licèt non omninò libera, sed conditionata, id est ex suppositione. Ita Turrecrem. *in cap. Episcopus d.* 74. *concl.* 1, & 2. Præpos. *n.* 1. & Bellam. *ibid.* Card. *in Clem. generalem, de æt. & qualit.* & de communi testatur Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 39. *num.* 1. Verùm iste metu graui adactus non recipit gratiam Sacramentalem ex opere operantis; quia non est actio meritoria quoad ipsum, cùm indeuotus, & inuitus recipiat Sacramentum, Turrecr. & Præpos. estque textus *in cap. Maiores*, §. *Item quæritur, de bapt.*

9 Certum itaque est, metum leuem, eum nempè, qui virum constantem minimè percellat, non censeri obesse, quominùs qui ordinationi ingrato animo consentit, verè castitatem voueat, & sese cœlibatus lege constringat. Quemadmodum enim, vt omnes Iurisconsulti consentiuot, matrimonia per metum leuem non censentur irritari, ita nec vota, ideòque Innocentius III. io *cap. Cum dilectus, de his, quæ vi, metusue caus. fiunt*, & *cap. Insinuante qui Clerici, vel vou.* vota, & iuramenta valida ceosuit, quæ leui metu extorta fuissent. Si quis tamen reuera ordinationi non consenserit, quocumque tandem metu à consensu impeditus fuerit, non est validè ordinatus, cùm ad ordinationem validam consensus suscipientis ex prædictis requiratur, nihilque, vt habent iuris regulæ *reg.* 116. *de reg. iur.* tam consensui contrarium sit, quàm vis, atque metus, quem comprobare contra bonos mores est.

10 Neque verò sufficit, quòd postea consentiat, quia absentibus mioistro, materia & forma, consensus de nouo adhibitos ordinationem reuocare non potest, & characterem animæ imprimere. Ideòque talis vel denuò ordinandus, vel ab Ecclesia pro non ordinando declarandus, In quo casu, si castitatem oon vouerit, solutus est eios obseruantia, potest nubere. Si verò ordinationi quidem consenserit, sed castitatem vouere mioimè intenderit, quio potiùs animo reluctatus fuerit, non tenetur quidem ex voto ad castitatem seruandam, quia oullum emisit; attamen quia Ecclesia præsumit metum leuem non fuisse huius momeoti, vt nisi volentem ad sacros ordines adigeret, ideò huiusmodi hominem ad castitatem seruandam obligat, teneturque ordinatus Ecclesiæ præsumptioni se se conformem exhibere, & castitatem, quam non vouit, vouere, ad quam etiam absque voto, communi Ecclesiæ lege, teneretur, quæ omnes ordinationi consentientes, nisi graoi metu ad consensum adacti fuerint, ad eius obseruationem constringit, eo modo, quo qui non consensit matrimonio leui metu, à consentiendo deterritus, ab Ecclesia præsumitur verè esse coniugatus; ideòque nisi contrarium probauerit, & Ecclesiæ iudicio matrimonium eiusmodi metu cōtractum dissolutū fuerit, consentire tenetur, & ad onera matrimonij subeunda obligatur.

Nec valdè dubium videtur inter auctores, quin Eccle- 11
siæ iudicio, & in foro exteriori à vinculo cœlibatus liber censeatur, qui cadente metu in constantem virum, & iniustè incusso perterritus ad ordinationem sacram compulsus fuerit. Cum enim matrimonia, vt patet ex pluribus iuris Canonici aoctoritatibus *cap. Cum locum, cap. Veniens*, & *cap. Consultioni de sponsal.* & *can. de nuptijs*, & *can. Si verum* 33. *q.* 2. huiusmodi metu irritentur, quidni & vota? Cum ad hæc noo minor consensus, vel libertas, quàm ad illa requiratur.

Coofirmatur etenim, Alexandri III. *cap. Perlatum de* 12
his, quæ vi, metusue caus. fiunt, professionem religionis tali metu extortam, irritam declarauit, & taliter castitatem voventi ad nuptias ineundas liberam potestatem fecit; pari ergo ratione votum castitatis nullum ab Ecclesia esse præsumitur, quod graui metu in coostantē virum cadente iustè incusso extortum fuerit. Quæ enim metu, & vi fiunt, de iure debent io irritum reuocari, idem Alex. *cap.* 2. *dicto tit.* Item memini Ecclesia, nisi fortè in caso necessitatis, castitatis obligationem, præterquam volenti, imponit, ne à Christi, & Apostolorum exemplis deflectat. Ij eoim nullum ad eam seruandam compellere, sed solùm inuitare æquum censuerunt. Intelligens certè Saluator, quaotæ difficultatis esset, & excellentiæ castitatis obseruatio, noluit illam intra necessitatem legis conclodere, sed dixit, *non omnes capiunt verbum istud. Qui potest capere, capiat*, Matth. 19. lege Chrysost. *hom.* 63. *in Matth. sub med.* Et Apostolus 1. *Corinth.* 7. *de virginibus*, inquit, *præceptum Domini non habeo, consilium autem do.* Quorum exemplis edoctus Ambrosius *in lib. exhor. ad Virg.* vt refertur *can. integritas* 32. *q.* 1. *integritas*, inquit, *corporis expetenda à vobis est, quam ego pro consilio suadeo, non pro imperio præcipio. Sola est enim virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest, sed res magis voti, quàm præcepti est.* Et similiter Ecclesia nullum inuitum ad castitatem compellit, nullum renitentem à nuptijs reuocat. Compelleret autem ad castitatem, si graui metu incusso extortum consensum ad obligationem castitatis sufficere voluisset. Nec multum interest, quod protestatus in ordinatione non fuerit, qui violentiam passus est, se continere non posse. Protestatio siquidem ad hoc solùm adhibetur, vt de metu incusso, & violeotia illata constet; quod si aliundè metus probari possit, qoidni Ecclesiæ iudicio, quæ nec vult, nec fortè potest sine necessitate, inuitos castitatis vinculo constringere, nulla fuisse eiusmodi professio cœlibatus declaretur?

Quod si dicas, protestationem coram bonis, & probatis 13
viris necessariam esse ad appellationis beoeficium, cum te iustus metus, oe appellare possis, excusat, vt ex Gregorij IX. responso *in c. fin. de appel.* innotescit. Ideòque inferas graui metu vrgente, ei, qui ordinationi palā contradicere non possit, protestari necessariū esse, vt se continentiæ Sacerdotalis, vel monachalis professiooi refragari testetur.

In contrarium reponemus, appellationis refugium, etsi 14
in fauorem eius partis, quæ se læsam conqueritur, iostitutom sit, odiosum tamen esse, tum quod iudiciorum publicorum authoritatem infringat, tum quod in alterius saltem ex litigantibus incommodum, & detrimentum cedat; quare vt litigantium temeritas coerceatur, qui sæpè iniustam causam appellando prosequuntor, & alios irrationabiliter fatigant, iustè appellandi ei licentiam lex interdicit; qui facultate appellationis iusto metu interclusa, de violentia protestatus non fuerit, maximè cum appellationis beneficium iuris naturalis non sit, sed positiui. E contra verò cùm vnicuique naturalis sit potestas de suo corpore disponendi, & cœlibatus vel vouendi, vel eiurandi, vel amplectendi, vel renunciandi, eaque libertas vnicoique sit maximè fauorabilis, ac gratiosa, in nullius verò odium ac iniuriam, & vbi bona fides est, ex prædictis iuris regulis vim, vel metum comprobare contra bonos mores sit; ob id, oon seruatis istis iuris solemnitatibus, faciliùs in integrum restituitur, qui graui metu perculsus cœlibatum io ordinum susceptione, vel monasticæ vitæ professione visus fuerit oouisse, quàm licentia

per-

permittatur appellandi ei, qui graui metu deterritus appellare non potuerit.

15 Hæc autem ita intelligenda sunt, nisi progressu temporis emissa ab inuito castitatis professio rata habeatur. Nam statim atque rata habetur, obligationem inducit. Ideòque in causa cuiusdam mulieris, quæ se inuitam, intentato à marito metu mortis, conuersionis velum de manu Episcopi, in cuius præsentia de vi fuerat protestata, suscepisse allegabat, Oscensi Episcopo, & Priori S. Mariæ Cæsaraugustanæ mandauit Alexander III. in *cap. Perlatum, de his, quæ vi, met. caus.* quatenus eam ad monasterium redire compellerent, si legitimè probatum non fuerit non timore mortis prædictam mulierem religionem intrasse, aut quod fecit, postmodum ratum habuisse, ac si nimirùm diceret, & si votum ab initio violenter extortum fuerit, illud ipsum tamen per ratihabitionem sequentem vim, & firmitatem obtinere posse: non enim ex altera eiusdem Alexandri Epistola decretali ad Episcopum Bellouacensem *cap. Significatum de regular.* & alia Clementis III. *cap. Cùm virum eod. tit.* dubium relinquitur, quin in his similibus casibus ratihabitione subsecuta quod ante fuerat etiam inualidè gestum, roboretur. Vndè quemadmodum mulier, quam inuitam contraxisse cum viro suo constabat, Canonici iuris auctoritate *cap. Ad id de Sponsal.* proferendorum ad violentiam probandam testium facultate excluditur, quod per annum, & dimidium cum ipso cohabitans consensisse in matrimonium videretur; ita quoque anni vnius integri spatio professionem religionis inualidam Concilia Triburiense *cap. 14.* quod refertur *cap. Puella 20. quæst. 2.* & Moguntinum relatum in *cap. Si quis de regular.* prout nempè citatur in decretalium libro, quamuis in Concilijs Moguntiniæ editis nullum eiusmodi decretum legisse se referat Antonius Augustinus in illud, & *cap. 9.* huius tituli, Tridentinum verò *sess. 25. de regular. cap. 19.* quinquennio, nisi habitum spontè dimiserit, quo casu in pœnam temeritatis suæ nullatenus ad allegandam quamcumque causam vult admitti, roborari, & conualescere testantur: Sic enim diuturnitate temporis conualescunt, quæ cum à consensu voluntatis pendeant, vix sine eo voluntatis consensu multo tempore esse potuerunt. Et quemadmodum vel habitus gestatione, vel alijs similibus actibus ratihabitio professionis monasticæ in iure præsumitur, *cap. Vt Clerici, cap. Vidua de regular.* ita exercitio spontaneo ordinum susceptorum vel promotione ad superiores, castitatis in Subdiaconatu emissa professio rata haberi videtur.

16 An etiam habeat commoda, & incommoda Clericatus, seu ordinis suscepti? Respondeo, si metu leui ordinatus est, habere, Sanch. *loc. cit. num. 8.* si autem metu graui compulsus est compulsione iniusta, id est non ex iusto præcepto Superioris, & non vult vti ordine, & non ratificauit ordinationem, non habet priuilegia ordinis, neque onera; vnde neque continentiam, neque cœlibatum tenetur seruare, vt Sanch. *ibid. n. 5.* secundùm probabiliorem, & validè potest matrimonium contrahere, vt Sanch. *ibid. num. 6.* Barbos. *alleg. 15. & in cap. Maiores n. 18. de Baptism.* Ricc. *collect. 1579.* Gutier. *de matr. cap. 94. n. 14. &* 16. & communem testatur Dian. *res. 193. tr. 4. p. 2.*

17 Cùm tamen res hæc sit magni momenti, non debet matrimonium contrahere sine declaratoria sententiæ Iudicis Ecclesiastici competentis de meticulosa ordinatione, probatione legitima præcedente. Item neque tenebitur diuinum officium recitare, vt Sanch. *d. disp. 29. n. 7.* Item neque fruetur vllis priuilegijs clericalibus, vt Sanch. *n. 3.*

18 Si autem qui metu graui aut leui suscepit ordines, ratificet tacitè, vel expressè ordinationem suam, omnia habebit supradicta commoda, & onera Clericalia, Sanch. *num. 9.* quod si taliter coactè ordinatus, erat coniugatus, non posset ratificare ordinationem, vxore inuita, nisi quoad hoc, vt non possit petere debitum, sed reddere tenebitur, & vt fruatur ijs priuilegijs clericalibus, quibus fruuntur Clerici coniugati, Sanch. *num. 3.*

19 Si autem coactio fuit iusta, scilicèt ex præcepto iusto Superioris, omninò tenetur subire onera Clericatus, eiusque priuilegia consequetur, Sanch. *num. 10.*

20 Ex his apparet, quod metu ordinatus, non propterea est suspensus, vel irregularis, quandiù non assumit statum incompatibilem cum Clericatu, scilicet aliàs inducentem irregularitatem, vt statum coniugalem. Vndè etiam si ab initio, vel per aliquod tempus reclamauerit, & contradixerit ordinationi, si tamen statum incompatibilem non assumpsit, potest pœnitere, & ratam habere ordinationem, & ministrare in susceptis, & vlterius promoueri, Card. *in Clem. generalem, de æt. & qual.* Bellarm. *in cap. 1. 74. d.* ibique Præpos. *n. 1.* Turrecrem. *n. 1. col. 2.* Sanch. *loc. cit. n. 3.* cum alijs, quamuis Anchid. *in d. cap. 1.* existimet, talem esse irregularem.

21 Ordinans verò inuitum, scilicet iniusto metu compulsum, est suspensus per annum à celebratione Missarum, *cap. 1. d. 74.* Henriq. *lib. 13. cap. 38. n. 3.* Sayr. *lib. 4. c. 12. n. 23.* cum Syluestro, & aliis, & tenet Alter. *tom. 2. disp. 16. cap. 1. col. 7.* estque communis. Neque placet, quod ait Bonac. *de suspens. in part. q. 2. pun. 2.* hanc pœnam non esse in vsu. Aliud enim est legem esse abrogatam desuetudine, aliud verò eius casum contingere. Non habet autem locum ea pœna in casu, quo iustè quis compelleretur ordines recipere, Syluest. *v. Ordo 3. §. 10.* Abb. *in cap. Quæris n. 9. de æt. & qual.* Alter. & Sayr. *loc. cit.*

CONSVLTATIO LXXVIII.

De impedimento publicæ honestatis aliquæ observationes accommodæ ac vtiles, ex decreto Sac. Concilij Tridentini sess. 24. cap. 3. de reform. matrim.

1 DE hoc impedimento agitur in *cap. Iuuenis de sponsal. & cap. Continebatur de sponsal. impub.* & *de sponsal. in 6.* & in Constitutione B. Pij V.

2 *Quæro, an ita hoc Tridentini decreto præsupponatur validitas Sponsalium, vt vir, & mulier possit in executionem ipsorum compellere promittentes ad contrahendum?* Respondeo, totum hoc esse terminis iuris veteris à Concilio relictum.

3 Gradum autem, puta Petrus impediebatur, ne puellam in matrimonium duceret, cùm puella prius Petri germano, qui morte præuentus ipsam non attentauerat, sponsalia per verba de futuro contraxisset, sublatum esse à Concilio, declaratum fuit, cum debeat in linea transuersali fieri computatio à remotiori, & sic à secundo, *cap. fin.* ibique Abb. *de consangu. & affinit.* Nec obstat Bulla B. Pij V. hac de re edita die 20. Augusti 1566. quia procedit quando agitur de dispensatione obtinenda, non de declaratione facienda. Item procedit in gradibus consanguinitatis, & affinitatis, & non publicæ honestatis. Dicendum igitur primum, & secundum gradum publicæ honestatis ab eodem stipite à Concilio esse sublatum.

4 Ex sponsalibus verò contractis, & mutuo consensu dissolutis inducitur impedimentum publicæ honestatis. Concilium enim considerat quod à principio valida fuerint, per quod impedimentum induxerunt. Ex conditionatis tamen huiusmodi impedimentum non oritur ex *c. 1. in fin. de sponsal. in 6.* ante euentum conditionis.

5 Occasione autem huius publicæ honestatis impedimenti proposita fuit hæc facti species. Ludouica Mauritiæ matris impulsu cum Andrea sponsalia contraxit. Hæc, etsi sæpiùs Andreas matrimonium consumare conatus sit, non habuerunt effectum, quia, instante Ludouica, inter eos contrahi non posse, declarauit Ordinarius; quare ortæ sunt inimicitiæ, Ad has tollendas cupiebat Andreas sibi Mauritiam matrem, cum qua sæpiùs rem habuerat, & Ludouicam filiam Ioanni fratri germano matrimonio copulare. Hæc cum proposita fuissent, denegandam dixit Sac. Congregatio dispensationem, si Andreas cognouit matrem fornicariè post contracta sponsalia cum filia, cum tali casu sponsalia non possint dici nulla ex fornicatione matris, & sic præsupposita validitate sponsaliorum, ortum esse impedimentum publicæ honestatis, quia non potest appositi illa clausula, quod filia intacta, & in nullo penitùs intentata. Si verò fornicatio matris præcessit Sponsalia filiæ, eo casu sponsalia fuerunt nulla, vel alia ratione dici possunt inualida, quia per vim matris sine consensu filiæ fuerint contracta, ideòque possit declarari Sponsalia cum filia

nulla fuisse, atque adeò ex hoc decreto nullum impedimentum publicæ honestati processisse, licèt illud iure veteri inductum fuerit, posse Oratores contrahere absque alia dispensatione, & sic committendum Ordinario, vt permittat contrahere, matrem verò propter fornicationem, & Andream tuoc propter attentationem puellæ ante tempus puniat.

6 Quod autem ex Sponsalibus de præsenti non oriatur affinitas, sed impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, licèt fortiùs illo, quod oritur ex sponsalibus de futuro consultis Theologis, & Canonistis iussu Sixti V. in Congregatione iterum firmatum fuit, Consequenter orta dubitatione, an ex matrimonio per verba de præsenti, contra formam à Concilio traditam contracto, oriatur impedimentum publicæ honestatis? Et quatenus oriatur, an sit restrictum ad primum gradum per hoc decretum? Cùm ad Gregorium XIII. controuersia hæc delata fuisset vnà cum rationibus, & Doctorum pro vtraque parte opinionibus, Sanctitas Sua inclinauit in receptiorem sententiam, nempè vt ex matrimonio nulliter orta à scientibus contracto, oriatur impedimentum publicæ honestatis. Non enim probanit distinctionem inter contrahentes scienter, vel ignoranter, cùm ratio suggerat multò magis oriri debere huiusmodi impedimentum inter scientes, nempè in pœnam, *arg. cap. Nuper de bigam.* Tamen dixit dubitationem proponendam in Congregatione, quæ censuit impedimentum iustitiæ publicæ honestatis oriri etiam ex matrimonio nulliter contracto ob non seruatam formam Concilij.

7 Si etiam quæras, an hoc decreto, quo restringitur impedimentum publicæ honestatis ad primum gradum, comprehendantur ij, inter quos tale impedimentum ante Concilium inductum est, & an ad hoc decretum extendatur constitutio declaratoria B. Pij V. inserta inter Regulas Cancellariæ super decretis Concilii de compaternitate, & affinitate ex fornicatione, vbi B. Pius V. declarat eos, qui ante Concilium Tridentinum cognationem spiritualem contraxerant, dummodò non sint ex personis io dictis decretis enumeratis, & inter quas tantùm Concilium voluit deinceps contrahi hanc cognationem spiritualem matrimonij vinculo inter se absque dispensatione Apostolica liberè, ac licitè copulari posse, & matrimonia etiam post confirmationem Concilij absque dispensatione inter eo iam contracta valere Congregatio censuit comprehendi, declaratio verò Pij V. super impedimento publicæ honestatis emanauit ex sententia Congregationis. Cùm enim propositum esset dubium, an ex hoc decreto esset sublatum impedimentum publicæ honestatis vltra primum gradum prouenienes ex matrimonio contracto per verba de præsenti, non tamen consumato, dixit Congregatio, nooesse sublatum; quia licèt tam ex matrimonio contracto per verba de præsenti, quàm ex ipsis Sponsalibus passim à Doctoribus declaretur impedimentum publicæ honestatis, Abb. *in cap. Sponsam in princ. de sponsal.* Couar. *lib. 4. decr. p. 6. c. 2. in princ.* tamen negari non potest, quin impropriè vsurpetur; quia Sponsalia impropriè dicantur, quando matrimonium est contractum per verba de præsenti, nam propriè sunt ante contractum matrimonium, Abb. *in rubr. num. 3. & in cap. pen. num. 2. de sponsal.* vbi infert ad statuta odiosa, & quæ strictè intelliguntur, loquentia de vxore, quæ propriè dicitur contracto matrimonio per verba de præsenti, quod non comprehendantur Sponsalia per verba de futuro, & ibi latè Felin. *in rubr. col. 2.* At decretum Concilij est correctorium iuris communis, & ideò verba propriè debent intelligi, præcipuè cum ex Sponsalibus de præsenti oriatur maior honestas, quàm ex Sponsalibus de futuro, Abb. *in cap. Sponsam in pias de sponsal.*

8 Parerga. In Legionensi; qui promisit ducere in vxorem Bertam per verba de futuro, quæ cum esset mente capta, non poterat contrahere matrimonium, potest ducere in vxorem illius sororem germanam, nec adest impedimentum, dummodò non sit sequuta copula.

9 Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum intelligitur tantùm de sponsalibus de futuro, secùs si matrimonium fuisset contractum per verba de præsenti, vt per Bullam B. Pij V. publicatam anno 1568.

CONSVLTATIO LXXIX.

An honorantes Deiparam salutatione Angelica ad horarum ictus verè mille dierum indulgentias lucrentur?

Et an ad campana pulsum meridianum, & vespertinum sit necessariò orandum ita, vt ad huiusmodi preces iure quisque cogi possit?

AD primum affirmat Magius *de sacr. Carem. disq. 6. num. 10.* refertque extare hac de re in officio purissimæ, ac immaculatæ Conceptionis Deiparæ Antuerpiæ excuso anno 1613. testimonium io hæc verba: *Vt populus Christianus ad maiorem in dies Sanctissimæ Dei Matris cultum incitetur Leo X. felicis memoriæ Papa mille dies Indulgentiarum vis omnibus concessit, qui sonante Horologio salutationem Angelicam semel in memoriam horæ mysterij Incarnationis deuotè recitauerint; quod & Paulus Papa V. postea confirmauit.* 1

Eadem verba habentur in libello inscripto *Dies hominis Christiani*, quem Coloniæ excudit Ioannes Kinkius anno 1626. vbi auctor tradit hunc modum. *Quotiescumque auditur horam vnam Aue Maria, & Omnipotens factam donet mortalibus horam: Nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria.* Deque eisdem Indulgentijs scribit Franciscus de la Crois *in hortulo Mariano ariola 2. cap. 5.* Antonius Bolinghemius in duodecim motiuis ad frequentandam Salutationem Angelicam *mot. 10.* & in libro *de Omnipotente bellatrice p. 2. cap. 2.* Georgius Colunerius *in Kal. cap. 3. gen. comm. n. 3.* & Ignatius à Caruago *lib. 3. cap. 1. deu. 1.* 2

At verò Indulgentiam istam esse falsam, & apochripham declarauit iampridem sub die 9. Octobris anni 1613. sub ipso Paulo V. ac eo anno, quo typis euolgatum est Antuerpiæ superiùs relatum Officium, S. Congregatio S. Officij Inquisitionis. Quare ad id refutandum non immoror. 3

Illud verò prætermittendum non est, quod ex Laurentio Beyerlinchio decerpsit idem Magius loco citato *disq. 1.* nimirum: *Inoleuit mos apud Catholicos salutandi B. Virginem ad pulsum Campanæ maioris, quæ, desinente die triplici sonitu tunditur, cuius deuotionis initium tribuunt D. Bonauentura, vt qui coram Xisto IV. Pontifice perorans petijt à Pontifice, quatenus Religiosi S. Francisci mouere possint populum, vt, absolutis diei precibus, signo Campana audito, Aue Maria omnes recitarent.* 4

Quod planè falsum est, ac miror Magium, qui in plerisque tam accuratè quæstiones mouet, ac dirimit, vt nihil supra videri possit, hunc errorem non animaduertisse. Est enim aperta Beyerlinchij aberratio à chronologia. Nam Xistus IV. fuit D. Bonauentura posterior duobus sæculis; nisi velis dicere, non fuisse D. Bonauenturam, qui coram Xisto perorauit, sed eius vmbram, aut per anacronismum id dictum esse. Primom nusquam legitur. Alterum non permittitur, nisi poetis ex Scaligero *lib. 3. poet. cap. 49.* Quare in historico vel erit lapsus ex obliuione, vel ex inscitia, vel ex imprudentia; Quis verò fuerit qui coram Xisto perorauerat, mox dicetur. 5

Ad secundum. Haud alienum à nostro instituto fore puto, si hac de re aliqoid in præsentia in medium afferam, præsertim cum hæc quæstio à nemine, quod sciam, ex professo sit tractata hactenus. 6

Et affirmatiuam partem tuemur. Primò; experientia enim nos docet, Ecclesiam sine aliquibus externis ritibus constare non posse, præsertim vbi crassiores, & rudiores sunt homines. 7

Deinde omni loco ac tempore, iuxta Apostolum, orates nos debere, & id quidem vltrò. Sed quia tardiores sumus, quàm oportet, publico signo, quasi classico quodam, ad preces nos excitari debere. 8

Ad hæc negari non potest, veteres semper habuisse certas, & constitutas horas precum. Daniel domum suam ingressus apertis fenestris in cœnaculo suo contra 9

Hie-

Hierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat; Quæ autem illa tempora fuerint, explicat D. Hieronymus. *Tria*, inquit, *sunt tempora, quibus Deo flectenda sunt genua. Tertiam horam, sextam, & nonam Ecclesiastica traditio intelligit. Denique tertia hora descendit Spiritus Sanctus super Apostolos. Sexta volens Petrus comedere, ad orationem ascendit in cœnaculum. Nona Petrus, & Ioannes ascendebant in Templum.* Tertullianus præterea, quo inter Ecclesiasticos scriptores vetustiorem Latini non habent: *Intelligantur*, ait, *salua planè indifferentia, semper, & vbique, ac omni tempore orandum; tamen tres istas horas, vt insigniores in rebus humanis, quæ diem distribuunt, quæ negotia distinguunt, quæ publicè resonant, ita & solemniores fuisse in precibus diuinis; quod suadet etiam Danielis argumentum ter die orantis, vtpote per aliarum horarum exceptionem, non aliarum autem, quàm insigniorum, exinde Apostolicarum, tertia, sexta, nona.*

10 Omitto hic aliorum Patrum testimonia, & è Scripturis exempla, qui certis horis interdiù, atque etiam noctu Deum adorarunt. Satis sit Sanctis vtriusque fœderis certas horas fuisse precum; quod si eas horas diligere licuit, cur non etiam publico signo liceret ad earum obseruationem homines excitare? Et vnde probari poteris illud olim factum, nec ne? Certè Tertullianus tres horas, Tertiam scilicèt, Sextam, & Nonam *Resonare*, dicit.

11 At quod ex Tertulliano conijcere aliqui volunt, leuis est coniectura. Quis enim credat illis temporibus, quibus vix in publicum prodire licebat Christianis, quando priuatis in domibus, aut etiam in subterraneis cryptis metu persecutionis orandi causa conueniebant, tubis, aut campanis, aut voce præconis statas horas denunciatas fuisse? Loquitur Tertullianus de ciuili obseruatione, quæ apud Romanos in vsu erat. Tres horæ nominatæ totum diem in quadrantes distinguunt; & certa quasi officia singularum erant. Notum est illud Poetæ: *Exercet raucos tertia causidicos*. Item: *Sexta quies lassis*. Et rursus: *Imperat extructos frangere nona thoros*. Quare cum causas in foro agere tertia, sextam otio, & meditationi darent; nona cœnarent, hinc inquit Tertullianus, istis horis, vt insignioribus diem distribui, negotia distingui, & easdem publicè resonare, vel quod celebres, vel quod cum aliæ horæ clepsydris, & gnomonis vmbra lucente Sole indicarentur, hæ signo aliquo sonoro publicè indicabantur. Cùm igitur hæc tempora insigniora essent, veteres Christiani pro sua pietate illis horis, quibus alij in foro litigabant, aut domi delitiabantur, ipsi Deum inuocabant, & adorabant.

12 Veteres autem habuisse certas precandi horas, manè præsertim, ac vesperi fatemur quidem. Fuere autem hæ preces publicæ, in quibus ad Sacrificia peragenda conueniebant, aut ad Sacros cœtus conuocabantur. In priuatis etiam precibus easdem horas, & prætereà etiam alias obseruatas fuisse non negamus. Sed quoad publicos cœtus Ecclesiæ singulæ suam libertatem semper habuere de his rebus constituendi. Id, quod testatur magnum discrimen in Ecclesijs obseruatum circa has horas, vt in Ecclesiastica historia Socratis traditur *lib. 5. cap. 22.*

13 Prætereà assidua apud nos esse debet beneficiorum Christi memoria. Quis ergo inutile esse affirmare ausit, illa tempora, quibus Christus singulare opus salutis nostræ peregit, propriis notis insignire? Vt nimirùm homines illo tempore ad agendas Deo gratias excitentur. Itaque tres illæ horæ modò commoratæ, à veteribus ideò obseruatæ videntur, quod tertia hora sententia mortis contra Christum lata est, Sexta Cruci affixus, Nona spiritum in manus Patris tradidit; quid ergo vetat nos easdem, aut aliàs etiam horas obseruare? Matutinam scilicèt, qua vinctus, & ad Pilatum ductus: Meridiem, seu sextam, qua Crucifixus: Vesperam, qua de Cruce depositus, ac sepultus est, quo videlicèt memoria beneficiorum Christi animis rudium, & imperitorum hominum insereretur, & plebis assuefieret ad hæc beneficia Seruatoris meditanda, & ad agendas illi gratias. Cum igitur Passionis, mortis, & sepulturæ Christi his signis publicis admoneamur, quis Christianus ea obseruare inutile esse, & ad huiusmodi preces iure cogi non posse dixerit?

Quod verò ad Magium, & Beyerlinckium ita. Laurentius Surius *to. 4. de vit. Sanctor.* ex oratione ab Octauiano de Martinis Suessano coram Xisto IV. Pontifice habita, refert, D. Bonauenturam Ordinis Minorum Generalem Ministrum instituisse, vt Minoritæ populum hortarentur ad salutandam Virginem Mariam signo Campanæ audito post completorium, quod creditum sit, eamdem ea ipsa hora ab Angelo salutatam fuisse. Hoc institutum à D. Bonauentura annis circiter 70. ante Ioannem XXII. si verum est quod Surius indicat. 14

CONSVLTATIO LXXX.

Quisnam declarare debeat, vel possit, num occidens; vel mutilans defendendo vitam suam indigeat dispensatione ab irregularitate, Sedes ne Apostolica, an verò Ordinarius?

CErtum omninò est, quod si quis occiderit, vel mutilauerit defendendo vitam suam ab iniusto inuasore cum moderamine inculpatæ tutelæ non incurrat irregularitatem, vt expressè decernitur in *Clem. Si furiosus de homic.* per hæc verba: *Si furiosus, aut infans, seu dormiens hominem mutilet, aut occidat, nulla ex hoc irregularitatem incurrit. Idem de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens suum occidit, vel mutilat inuasorem.* Et docent omnes, quorum catalogum pudet allegare in re clarissima. Præ omnibus adi Sayrum de censur. *lib. 6. cap. 17. num. 1.* 1

Atque adeò non indiget dispensatione, idque declarare etiam poterit Ordinarius, vt censuit sæpiùs S. Congregatio super Episcopis, & Regularibus, præsertim in Lucetina 1580. in Sebenicensi 1587. & in Ianuensi die 23. Maij anno 1589. his verbis. 2

Al Vicario di Genoua: *Essendosi proposito à questi miei Illustrissimi Signori il motiuo del dubio, che fare sopra il particolare di N. doppo maturo discorso hanno risoluto, si come altre volte si è fatto in simil caso, che se egli vccise l'aggressore non potendo euitare altrimente la morte, non sia incorso in irregolarità, e non habbia però bisogno di dispensa secondo i termini della Clementina: Si furiosus de homic. E così ancora quanto alla dichiaratione da farsi sopra di ciò, che non sia riseruata à questa Santa Sede, ma possa farsi anche dall'Ordinario, essendo che il cap. 7. della sess. 14. sì come altra volta è stato dichiarato dalla Congregatione del Concilio, dee intendersi senza alteratione del ius antico per quello, che tocca a questo caso.* 3

Ratio autem est, quia ius naturale hoc dictat, vt quisquis potiùs vitam suam propriam, quàm vitam proximi tueatur; quod certum est, quando aliter vitam suam tueri non possit, quàm proximum occidendo. Vndè *in l. 1. ff. de iust. & iur. §. vim*, dicitur, *vim vi repellere licet*. Denique habetur *cap. 3. de sent. excom. & l. ei, qui aggressorem, & l. Si quis percussorem C. de sicar.* & nos de hoc aliàs abundè. 4

Vtantur igitur Ordinarii hoc iure suo, & mihi gratias, si non referant, saltem agant, quod ipsis id exhibui ad seruandum suas, suorumque conscientias. 5

CONSVLTATIO LXXXI.

An tolerandæ sint mulieres nuptæ, quæ publicè meretricio more prostituuntur omnibus in maximum Sacramenti matrimonij opprobrium?

Et quatenus negatiuè, quo salubriori, & faciliori remedio prouideri possit animarum saluti absque edictis, ac publicitate, & cum minori scandalo populi?

1 ARbitrantur plerique crimen adulterij comparari maiestatis delicto, vt per Mant. *singul.* 117. *num.* 2. & Vvesemb. *parat, ad titul. de adul. num.* 1. Et ideò rectè à Triboniano, reliquisque Pandectarum consarcinatoribus, Iuliæ legis de adulterijs tractationem subiectam legi maiestatis. Docet ex multis Dionys. Carthus. *libel. de conuers. peccat. ar.* 5. inter grauissima peccata hoc esse, & maius homicidio *in l. Codicillis* 91. *§. matre*, iuncta Gloss. *marg.* & ibi Bal. *de leg.* 2. Eòque referenda est parabola Nathani Prophetæ 2. *Reg. cap.* 12. per quam atrocitatem criminis adulterij Dauidi expressit, & ad quam ille dignum morte dixit. Et quamuis ob adulterium Betsabeæ Vriam virum eius Dauid occidi curasset, nihilominùs tamen pro adulterio tantùm punitus atrociter fertur. *Quamobrem*, inquit illi Deus, *non recedet gladius de domo tua in sempiternum, eo quod despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Ethæi, vt esset vxor tua. Suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius.*

2 Pro pœna imponenda in hoc crimine consideramus ipsum crimen pro re, personas delinquentium, & modum, seu actionem, qua delinquitur, hæcque simul considerari par est. In crimine perpendimus, non simplex crimen sit adulterij, an cum alio mistum. Adulterium simplex, quando innupta iungitur vxorem habenti, vel contra, si nuptæ qui vxore caret, vel si vterque delinquentium coniugio potiatur, Modest. *in l. stuprum* 34. *& l. inter liberos* 6. *ad leg. Iul. de adult. l. inter stuprum* 101. *de verb. signif.* Vel alter, vel vterque sponsalia cum alio, aliaue contraxerint. Et grauiùs peccat adulter vxorem habens, quàm solutus cum vxore alterius, *ca. quemadmodum §. sunt* 23. *quæst.* 7.

3 Pœna adulterij simplicis est iure diuino vtriusque delinquentis lapidatio, Deuter. *cap.* 22. Ioan. *c.* 8. Daniel. 13. *can. Satis* 33. *q.* 5. accusatione tamen præcedente, *Ioan.* 8.

4 Iure ciuili legis Iuliæ pœna erat vltimum supplicium, *l. quamuis* 30. *§. fin. C. ad leg. Iul. de adult. §. Item lex Iulia de adult. de publ. iud.* apud Iustin. quo tempore legem tulit Octauius Cæsar Iulij nomine *l.* 1. *&* 2. *ad leg. Iul. de adult.* Suet. *in Augusto cap.* 34. quia adoptatus à Iulio, Suet. *ibi cap.* 7. Flor. *epit.* & Zonar. *to.* 2. *annal.* Obtinuit tamen postea tempore Adriani, & Antonini Pij, quorum ætate vixit Arianus, Pantal. *in chronol.* ne mortis pœna esset. Nec vllam fuisse legem de coercendis stupris latam tempore Tarquinij Superbi, docent verba Ciceronis 2. *de legib.* quæ vt breuia, sic præclara producam: *Si regnante*, ait, *Tarquinio nulla erat Romæ lata lex de stupris, ex circo non contra illam legem sempiternam*, scilicèt rationem diuinam prohibentem, *Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit.*

5 Lex Iulia cum contemneretur renouata à Domitiano, teste Zonara *tom.* 2. Succedentibus temporibus, & licuit iure Romano marito deprehensum adulterum in domo sua cum vxore in ipso actu, humilem tamen, & vilem personam occidere, *l. marito*, *& l. Si adulterium*, *§. Imperatores ad l. Iul. de adult. l. Gracchus* 4. *C. eod l.* 3. *§. Si maritus ad Syllan.* Patri autem eumdem adulterum cum filia, in potestate tamen constituta in adulterio deprehensum, cuiuslibet fuerit is conditionis, & in sua, & in generi domo occidere licuit, dummodò quoque filiam occidisset, vel per eum non stetisset, *l. patri cum tribus seqq. & l. nihil* 32. *ad leg. Iul. de adult.* quod & in filijs occidentibus vtroque iussu patris obseruandum placuit Alexandro Cæsari, *d. l. Gracchus §.* 1. *eod. C.* & ibi Bald. Si tamen filia adulteraos extra sacra paterna fuisset, non permittebatur ius necis, quod in liberos in sua potestate constitutos pater habebat, *d. l. patri, & ll. seqq. §.* 1. *de patr. pot.* Dionys. Halicarn. *in* 2.

6 Pontificio iure non ita graue scelus ducitur adulterium pari, ac vxorem occidere, *can. Si quod verius* 33. *q.* 2. qui est D. Augustini *de adulterinis coniug. lib.* 2. *cap.* 15. per rationes ab eo deductas. Sicque in foro conscientiæ non licet occidere adulterum, aut vxorem adulteram marito, *can. inter hæc*, iuncta Glos. *& can. admonere d. caus.* 33. *q.* 2. quia soli Iudici licet occidere, seu Principi, qui habet gladij potestatem, *can. cum homo*, *can. homicidium* 33. *q.* 5. & ad Rom. 12. At scio displicuisse hanc sententiam Iulio Claro *lib.* 5. *sent. §. homicidium num.* 50. *&* 54. qui ait, hanc permissionem legis non esse contra conscientiam. Ego verò verissimam puto, & esse peccatum mortale occidere, etiam adulteram, fuitque damnata contraria ab Alexandro 7. quæ est 9. in ordine vbi dicitur: *Non peccat Maritus, occidens propria authoritate vxorem in adulterio deprehensam.* Cum parata sint iuris, & accusationis remedia ad vindicandum adulterium. Neque est singulis concedendum, quod per Magistratus solet expediri, *l. non est singulis ff. de reg. iur.* Et idcircò iudiciorum vigor in medio positus, ne quisquam sibi valeat permittere iniuriam, *cap. Nullus de Iudæ cap. Porro de diuort.* Nec licet inauditum, & indemnatum, quantumuis scelestissimum, priuato necare propter rationes *l. fin. C. de malef. & mathem. l.* 1. *C. quando lic. sin. iudic. se vind. l. inauditum, ff. ad leg. Cornel. de sicar.*

7 Quo circa neque excusatur omninò à delicto etiam iure ciuili occidens adulteram, sed pœna afficitur aliqua *in l. si adulterum §. Imperatores ff. ad leg. Iul. de adult.* priuarique debet lucro, quod alioquin ex consuetudine, vel pacto habiturus esset dotis, occidendo vxorem, *l. si ab hostibus §.* 1. *ff. sol. matr.* lucratur autem, si accuset, *cap. Plerumque de donat. inter vir. & vx. §. fin. de adult. auth. vt liceat matri, & auia.*

8 Hæc autem pœna iure Nouellarum in mulieribus est lenior, *auth. Sed hodiè C. ad leg. Iul. de adult. & §. Si verò quando, vt nulli iud. lic. hab. loc. ser. collat.* 9. *tit.* 9. quàm olim fuerit, per quam adultera verberata in monasterium detruditur, vndè intra biennium à viro extrahi potest, si ei reconcilietur. At biennio transacto, vel viro intra biennium priusquam reduceret, mortuo, mulier in monasterium tonsa, habitu suscepto, perpetuò adiudicatur, duabus partibus bonorum, si habeat, liberis applicandis, tertia monasterio. Si liberi non sint, tertia parte proximis applicanda, duabus monasterio. Et si illi non sint, monasterio omnibus bonis dandis, pactis dotalium instrumentorum in omni casu viro soluendis.

9 Putant aliqui, hanc constitutionem emendare pœnam capitalem tantùm in adultera, relinqui autem intactam in adultero, quam ad legem Iuliam refert Iustinianus §. *Item lex Iulia de adult. de publ. iudic.* quæ certè de adulteris loquitur. Verùm dubito, ne de viris tantùm, non etiam de mulieribus loquatur. Nam gladij vltionem in viros tempore Augusti fuisse inuenio, in mulieres adulteras non item, nisi exempla singularia sint, & ex clementia pœna commutata. Sicut & in posterioribus Imperatoribus obseruatum est, Suet. *in Octauio c.* 65. Senec. *lib.* 3. *de benef. cap.* 32. Vellei. Paterc. *lib. post. hist.* Cornel. Tacit. *lib.* 1. *&* 4. Dio Cass. *lib.* 54. Plin. *lib.* 6. *Epist. ad Corn.*

10 Erit fortassè monasterij inclusio interdùm sine verberibus referenda ad Iustiniani inuentum. Nam is, vt Procopius scribit *lib.* 1. *de ædific. Iustiniani*, etiam Byzantij ex suasu Theodoræ vxoris, turbam illam muliercularum, quæ in domibus lenonum erat, turpi quæstui seruientium haud quidem spontè, sed vi quadam adactarum, vt inopiam releuarent, sustulit, multòque sumptu in palatio antiquo versus Euxinum pontum monasterium magnificentissimum, futurum habitaculum mulieribus, quas vitæ prioris pœniteret, constituit, conuentumque hunc feminarum ideò vocauerit græcè Metanæam, latinè *Pœnitentiam* multòque pecuniarũ reditu dotauit. Tholosæ, ac Romæ, alibique sunt monasteria huic simile, quæ vulgò dicuntur Mariæ Magdalenæ. In Gallia, vt plerumque

sequun-

sequuntur iuris nouellarum Iustiniani in puniendis adulterijs regulas, de quibus *in auth. Sed hodie C. ad leg. Iul. de adult.* secundùm quam iudicatum in Senatu Parisiensi refert Papus *lib.22. Rhapsod. arest. tit. 9. ar. 1. & 2.* Refert & alia similia Curiarum placita Boerius *dec. 207. n. 12.*

11 Atque ex his respondeo ad primum, non esse tolerandas per ea, quæ latè congerit Titaquel. *ad leg. connub. tot. lib. 13.* quia non sunt simplices meretrices, quæ tolerantur dumtaxat respectu pœnæ, non peccati, cùm istæ aliàs reijciantur ab Ecclesia, tanquam infames, ac rebelles, vt per Bartol. *in l. verum num. 2. ff. de furt. & in l. Si uxor ff. de adult.* Et quãuis in foro fori pœna ex consuetudine in meretrice nupta dissimulari consueuerit, vt per Riccinl. *de person. quæ in stat. reprob. vers. lib. 2. cap. 3. n. 3.* nullo tamen modo à Pontifice Summo id tolerari debet, quando publicè prostituantur, quia in hoc casu non potest dari tolerantia, quæ consistit in tacendo, sed Pontifex cooperaretur in actu peccati.

12 Ad 2. Præ cæteris remedijs, ac pœnis adductis à Tiraquello loco allegato minùs exempli mali, vel nocentis continere mihi videtur, vsuque ferè sapientissimorum omnium Magistratuum probatum illud est, quod præbet *d. auth. Sed hodie C. ad leg. Iul. de adult.* vbi Glos. & Doctores, vt scilicet in monasterium, hoc est, iuxta præsentes mores in domos Conuertitarum, seu mulierum malè nuptarum detrudantur. Hoc asserunt Petr. Barbos. *in repet. l. 2. in princ. p. 1. num. 6. ff. sol. matr.* vbi quod ita aliàs fuit seruatum, Anton. Gomez *in l. Tauri 80. num. 47.* vbi quod ita etiam communiter tradunt Canonistæ *in cap. tuæ de procur. & in cap. gaudemus de conuers. coniug.* Quibus concinit Statutum Vrbis *lib. 2. cap. 50.* vbi quod pro adulterio mulier tonsa in loco malè nuptis deputato, vel alio sibi pro carcere deputando, detrudi debet. Quibus fauet Constitutio Sixti V. *de adulteris.*

13 Interim ego producam adulteram portento iucundè punitam. Sanctus Gangulphus Martyr Burgundus fuit, valenti habitudine, forma etiam dignitate honestus. Adhuc adolescens spectacula quæque, & petulantium iuuenum lubrica consortia vitabat. Quum amplissimi patrimonij facultates ad eum deueoissent, non facilè dixerim, quantam sibi imperauit in pauperes prodigalitatem. Ipse interim splendidus, Pipino Regi in delicijs fuit. Et, quod tem incipit, vxorem duxit ortus nobilitatem parem, morum diuortio aduersam, vtpote quæ rupta coniugij fide Clerico cuidam sacrilegè miscetetur. Quod facinus, velut Æneas à Venere, cassa nube principio obductum est; tum verò erumpens, stricturas aliquas sui ad Gangulphum emisit. Hic coniugem conuenire, admonere dati Sacramenti, sequioris notæ, iniecta etiam natalium memoria, quibus vtique par foret eam meliori industria respondere; non facilè personam sustineri, nec posse dari regalibus vnquam secretum vitijs, adeòque nitendum esse ei, vt quoniam deberet magnæ famæ esse, vellet esse bonæ. Illa ad hæc furorem furere, cœlum terræ miscere, velint nolint in testimonium honestatis suæ aduocanda, nullam matronarum sibi pudicitia parem, quàm vt eatenus sartam, tectamque seruauit, ita vellet ad manes, & busta perferre. Adeò nullæ pudicitiam contentius prædicant, quàm quæ minùs habent. Ita hæc luto lutulentior seipsam in fastos Sanctorum referebat. At enim retracta est ad volutabrum. Namque quum marito fidei seruatæ fidem facere vellet, in tepido fonte obriguit, & qua secumque aqua ei effudit, cutem abstraxit. Ita conuicta illa repudium à Sancto accepit, maiori interim damno, quàm dolore, nempè iugo subducta lasciua iuuenca, adultero conuixit. Quoniam autem scelera se seminant, & tarissimus est, qui errat semel, illi ex adulterio homicidium susceperunt. Summa Sancto necem machinati intulerunt, mæchus ferro, vxor imperio, quæ scilicet eum Clerici brachio interemit, at non impunè; nempe mali bibunt improbitatis fœcem. Clericus enim sublato obice lætus cum ventrem exoneraret, viscera in cloacam demisit, negataque mora resipiscendi infœlicem animam Tartaro mancipauit. Longè alio exito quàm Gangulphus, cuius sacræ exuuiæ quacumque ferebantur, pompam miraculorum circumferebant. Nota illa, agnita, & credita omnibus est; sola eius vxor adhuc ceruicosa, fidem suam negare, alienam demere studebat; perinde, inquiens, efficit virtutes corpus Gangulphi, atque aluus mea. Videte vindictam. Ea verba locuta, aluo crepitum dedit, & loqui pergens, perrexit etiam crepare; quin dum vixit, redeunte per hebdomadam die, quo hæc blasphemauit, fuit autem Veneris dies, quot ore voces, tot aluo crepitus dedit. Qua infamia cum vbique Burgundiæ laboraret, Pipino Regi risum monit, & pruritum hæc experiendi. Ergo illac peruadens, destinauit saltem exploratores, qui (quod etiam rideas) quoniam fœmina non sonabat quotidie, debuerunt diem Veneris pro crepitu audiendo præstolari. Præstolati autem audiuerunt, eam infernè, supernè vocalem, reciprocè spiritum ducere ad numerum vtrobique, quod vt Regi probarent, vltra aures, etiam nares in testimonium aduocarunt. Ex Petro de Natalibus *lib. 9. cap. 28.* & ex Surio *tom. 3. in S. Gangulpho.*

CONSVLTATIO LXXXII.

An & quatenus pignorationes, clarigationes, vulgò represaliæ indici possit? Et an contra Clericos?

AD iniurias vlciscendas pertinere videtur pignorationum, seu represaliㄧm ius, quo vtuntur Reges, ac Respublicæ aliquando ad emendandas iniurias regnicolis in alienis regnis illatas. Eæ inductæ sunt ad exemplum Androlepsiæ Græcorum, quæ erat ius quoddam pignorandorum hominum, quando cædes patrata erat, & auctor non reddebatur à ciuitate, in quam refugerat, vel vbi erat. Tunc enim licebat ex eius ciuitatis ciuibus tres capere, quousque reum redderent, Iul. Pollux *lib. 8. cap. 1.* Demosthen. *contra Aristocr.* & Suidas. 1

Androlepsia autem propria auctoritate fiebat eorum, qui vltionem necis postulabant, vt ex eodem Iulio Polluci patet, & Budæus fatetur *in annot. l. aut facta §. euentus ff. de pœn.* neque alio modo, quàm ob cædis iniuriam. Quare hæc non exprimit, quæ represaliæ dicuntur, quarum significatio est iterum aliud pro re sua accipere, & iniuriam in damno, & facto consistentem, postulare resarciri. Eòque nomine licere res capere, & retinere eorum, apud quos, qui damnum dederunt, sunt, cùm de iure reddundo, qui ibi imperant interpellati, nolunt statuere, donec satisfiat. Licere autem retinere & capere, non propria auctoritate, sed publica, Principis inquam, in cuius dominio est is, cui damnum iniustè datum, vel iniuria facta ab alieni regni hominibus, vel prædonibus. 2

Is enim Princeps Legatum, vocabant Romani patrem patratum, vel alterius conditionis hominem, mittit ad illius dictionis, vbi damnum datum, vel rei degunt, Principem, vel populum, vel Præsulem, vt iubeant ablata iniustè restitui, iniuriamue resarciri, clarè, & apertè protestando, ni fecerint, se bellum eis, vel represalias indicere, & hostili animo eorum bona in regno suo reperta, retenturum. Idque est clarigatio, rerum repetitio. Inijciunt enim signum Legati in ciuitatem illam, quæ nocet, vel in regnum, cuius se hostili more, comperta in regno, cuius est iniuria affectus, capienda iri prædicunt, donec satisfiat. 3

Sunt enim represaliorum iura, vt quicumque eorum, quibus indicuntur, territorium eius, qui indicit, intrauerit, possit retineri cum bonis vsque ad satisfactionem. Dubitat autem Bartolus *de represal.* num possint istæ clarigationes, & pignorationes bonorum hominum alterius prouinciæ, qui tamen damnum non dederunt, pro aliorum noxa fieri, aliasque annectit quæstiones, pro quarum breui conclusione sic accipe. 4

Permissas esse hominum, etiam liberorum, & rerum detentiones, & pignorationes, dummodò ob- 5

fer-

seruemus primùm iustam esse causam præcedentem,
demùm clarigationem rectè, & modo legitimo factam,
etsi in eos, in quos oportet, & per quos oportet, fuerit
executioni demandata. Causa legitima erit, si iniuriæ
præcedant, vel prædationes, quæ dum resarciri postulan-
tur, contemnuntur, Bartol. *in d.tr. represal.q.*1. Guid.
Pap. q.32. Latè Io.Andr. *in Mercurial. ad cap.non debet
de reg.iur.in 6.* Nam ob id legitimum bellum indici po-
test, *can. Dominus noster* 23.q.2. & D.Thom. 2.2. q.40.
*ar.*1. Sic Romani Illyricum bellum susceperunt, quod
Illyrij nauigantes, qui Romanæ ditionis erant, infesta-
rent, nec conquerentibus illis per Legatos, satisfacerent,
vt auctor Polybius *lib.2. hist.*

6 Iustum hoc bellum ob præceptum illud, alterum
non lædere, nemini nocere, quæ iuris naturalis sunt.
Pari modo quæ in regno, vel inter subditos iura obser-
uantur, eadem alienigenis reddi debent. *Quæ Magistra-
tum*, inquit lex, *l.*1. *quod quisque iuris ff. lib.2. tit.2. pote-
statemque habuerit, si quid in aliquem noui iuris statuerit, ipse
quoque postulante aduersario, eodem iure vti debet. Quod
iustum est*, ait Moyses Deuter. 1.& 16.Leuit.24. Iacob.2.
*iudicate, siue ciuis ille sit, siue peregrinus. Nulla enim erit di-
stantia personarum.* Et rursus: *peregrino non erit molestus*,
Exod.23.

7 Exigitur quoque pro causa legitima, vt primum de
iniuria, vel prædatione commissa constet, requisitumque
fuisse dominum loci, vel Principem, qui non agnoscit Su-
periorem, vel populum, seu Rempublicam, vbi commissa
hæc, vt iure statuant in suum regnicolam, vel ciuem, vel
subditum pro spoliato, vel iniuria affecto, qui postulat,
d.can. Dominus noster 23. q.1. desumptus ex D. Augusti-
no *lib.6.quæst.*10. Bartol. *loc.cit.q.*1. Guido Pap.*d.* q.32.
& 33. Io.Andr. *in cit.cap.non debet*, Bald. *in l.sed omnino
auth. vt non fiant pignorat. C.ne vxor pro marito col. pen.*
Io.de Lignan. *in tract. represal.* Quæ cognitio propte-
reà est saltem priùs summatim examinanda, vt per Bar-
tol. eodem *loco q.9. n.7.* Angel. *cons.*122. *n.*2. & *cons.*
196. *n.*1. vbi præter formam requirit pro substantia co-
gnitionem, & probationem iuris petentis, Coler. *de
proces. exec.cap.2.n.307.& seqq.& n.303.p.*1. vbi ait, quod
ratio denegandi represalias in Imperio est, ne in eo pax
publica ob priuati alicuius commodum turbetur. Re-
quiritur autem cognitio causæ, quia, non cognita iustitia
petentis represalias, & consequenter iustitiæ denegatio-
ni, represaliati soluentes non possent habere regressum
aduersus principalem debitorem, tanquam eum, qui so-
lùm tenetur in casu, quo represaliæ iustè fuerint conces-
sæ, Ruin. *cons.*107. *num.*11. *lib.*5. Minsynger. *centur.
6.obseru.*1.*in fin.* Cost. *de remed.subsid.remed.17.num.*16.
Seraph. *dec.*453. *n.*3.

8 Sic Romani priusquam Illyriis bellum indicerent,
Teugam Reginam interpellarunt per Legatos, vt emen-
dari iuberet illatum damnum. Vbicumque enim pro
iustitia obtinenda potest læsus Superiorem eorum, qui
deliquerunt, adire, non est concedenda hæc pignoratio,
Ioan.de Bellonic. *in §. vt non fiant pignorat.* Quare ante
concessionem, & fides facienda à creditore petente re-
presalias de debito, & de interpellatione, & diligentijs, vt
dicunt, iuris obtinendi, debetque debitum liquidò esse
sine exceptione, Bald. *in d.l.sed omninò*, & aduersarius
debitor potentissimus. Sed & Princeps superior, vel
populus si Respublica tantùm concedit represalias, non
Iudex solus sine eorum consensu, nisi ex forma statuti
haberet hanc auctoritatem concedendi, idem Bald. *loc.
alleg.* & Innoc. *in cap. Cum olim de restit.spoliat.* Io.de
Lignan. *in* 1.*p.represal.* & 2. *in princ.*

9 Post has obseruationes, nempè existente iusta causa,
denegata iustitia, & cum auctoritate Principis, qui bel-
lum solus ita & represalias inferre potest, cessant iura,
quibus prohibetur, ne alius pro alterius debito, & pœna
teneatur, nec pignorationes patiatur. *d. l. Sed omnino, C.
ne vxor pro mar. l. prouidendum C. de decur. cum simil.* &
tot.tit.vt non fiat pignorat.cap.1. de iniur. in 6. Nam tunc
agitur in conciues Reipublicæ, vel regnicolas domini
denegantis, vt in noxios, & debitores, & hostes, qui
patiuntur iniurias inter se ali, nutririue, & aliena re-
tinent. Et proinde quæ ab hostibus capiuntur, iure
retinentur, *l. hostes ff. de capt. & postlim. reuers.*

Sed & placuit in iure municipes quidem ex dolo non 10
teneri alicuius singularis personæ; verum si quid ex do-
lo eius, qui eis administrat, ad eos peruenerit, teneri
Vlpian. *in l.sed si ex dolo* 16.§.1.*ff.de dol.* Quia videntur
ratum habere, nisi reddant, *l.*1. *§.deiecisse ff. de vi, & vi
arm.* Deinde ex delicto domini, puniri posse subditos
nemo dubitat, *cap.si sententia* 16.*de sent. excom. in6.* &
l.si vero dominus temporalis C. de baron. Proinde domi-
nus, qui illicitè retenta restituere legitimè petita denegat,
vel iniurias patitur peregrinorum in sua ditione inultas,
rectè ad iustum, & ad restitutionem, vi, & manu militari
adigitur, *l.qui restituere ff. de rei vendic. can.petimus* 11.
q.1. Nec iuste alienigenæ in regno illo, cuius est is, qui
iniurias passus est, securitatem, seu tutum iter postulant,
quod ipsi apud se iniuriam passo non præstiterint, *l. Iulia-
nus, §.offerri, ff. de act. empt.* Proindè in eos hac pignora-
tione rectè agitur, vt priùs damno resarcito, ipsi quoque
tutum, quod violauerint, iter reddant peregrinantibus,
& negotiatoribus iuxta iuris regulas, *can. Si quis Romi-
petas, & can.illi, qui* 24 *q.3.cap.2.de tregu. & pac.l.2.§.1.ff.
ne quid in loco publ.l.1.§.1.ff.de ijs, qui deiec.*

Hoc tamen obseruatur in represaliis, vt creditor, qui 11
personam, vel bona alterius negotiatoris represalijs sup-
positi ceperit, non possit retinere, sed debeat in publicam
custodiam ducere, Bald. *in d. l. sed omnino in 3.col. & in
l.generalis in 2.not. C.de decur.* Io. de Lignan. *de repres.q.
5.q.*12. Paul.de Castr. *cons.*313. Et bona capta teneatur
eius loci Iudici exhibere, vbi capta sunt, qui consignabit
repertorio, & auctoritate publica vendi, & satisfieri cre-
ditori iubebit, vel creditoribus, ob quos dictæ sunt repre-
saliæ, quibusue satisfactis cessant represaliæ, Bald. *in d.l.
Sed omnino in fin. C.ne vx.pro mar.* Et si quid supra debi-
tum superest, domino reddendum erit, deductis impen-
sis iudicialibus, & captionis legitimis. Quod enim supe-
rerit, consignandum est publicè, & restituendum.

Sicuti igitur spoliari possunt bonis externis ij innocen- 12
tes, qui sunt partes Reipublicæ, cum qua geritur iustum
bellum, eaque retineri, vt docent Caiet. *in sum.v. bellum*,
Victor. *de iur.belli n.40.* Couar. *in reg. peccatum p.2.§.9.
n.4.* & alij, ea ratione, quia tota Respublica reputatur
hostis, ideòque fas est eam punire in omnibus suis mem-
bris, quatenus partes illius sunt quoad externa, & fortu-
næ bona. Qua etiam de causa fas est imponere tali Rei-
publicæ tributum ab omnibus suis partibus soluendum,
immò & ab omnibus successoribus, quatenus futuri sunt
partes eiusdem Reipublicæ, esto cooperati non fuerint
ad Reipublicæ delicta. Ita quoque licitæ sunt represaliæ,
quando aliquis, aut aliqui de aliena Republica damnum
intulerunt, & neque ipsi volunt satisfacere, neque Prin-
ceps, supremiue moderatores Reipublicæ admoniti co-
gunt illos satisfacere. Eo namque ipso Respublica in
suo Principe, aut moderatoribus culpam contrahit, fasque
proinde est Principi, cui subditus est is, qui iniuriam est
passus, concedere illi, aut alijs suis subditis, vt faciant re-
presalias in bonis subditorum alterius Reipublicæ vsque
ad debitam compensationem, esto illi, quorum bona oc-
cupantur, in culpa non fuerint. Quoniam in huiusmodi
subditis punitur ea Respublica, quæ, quod tenebatur vin-
dicare, neglexit. Adstipulatur D. Augustinus *in d.can.
Dominus noster* 23.*q.*2. dum ait, iusta bella definiuntur,
quæ vlciscuntur iniurias, si gens, aut ciuitas plectenda
est, quæ vindicare neglexit, quod à suis improbè factum
est, Victor. *loc.cit.num.*41. & Canonistæ *in cap. vn. de
iniur. & damn. dato in 6.* Quo loco aduertendum est,
Principem, aut supremos illius Reipublicæ moderatores,
qui in culpa fuerunt, vt represaliæ concederentur, teneri
restituere innocentibus suæ Reipublicæ bona, quibus
ita spoliati sunt. Hinc ad quem pertinet bellum moue-
re, ad eum solùm spectat concedere represalias, Couar.
in d.reg.peccatum p.2.§.9.num.9. Camil.Borell.ad Bellug.
in spec. rubr.11.§.iam plura col.vlt. Francisc.Marc. *dec.*
769. *num.6.vol.*1. Id est, si habet merum & mistum im-
perium, Menoch. *de arb.*527.*num.*22.

Excipi tamen debent ab hoc iure represaliarum aliquæ 13
personæ, quæ nec earum bona capi possunt. Primùm re-
presaliæ contra alicuius regni, vel ciuitatis, vel Reipubli-
cæ

cæ personas intelliguntur de ibi habitantibus, non autem si nati inde in regno, qui indixit, habitent, Bartol. *in l. 1. §. remouet ff. de postul. & in l. prouinciales ff. de verb. signif. & in tr. de repres. q. 7.* Bald. *in cap. 1. §. t. de for. fid. in feud. & in d. l. Sed omnino C. ne vx. pro mar.* Quia is non videtur eius prouinciæ, in qua non habitat, sceleris esse particeps, nisi post indictas represalias desijsset esse eius ciuitatis, contra quam indictæ, ciuis, Bald. *in l. quidam in fin. C. de fideic.*

14 Secundò non habet locum contra peregrinantes religionis causa, Bartol. *in 9. quæst. p. 7. represal.* vel studiorum, quales scholastici, *auth. habita C. ne filij pro patr.* ibique Bald. & Bartol. *d. q. 7. & in l. 2. §. legatis not. 4. ff. de iudic.* Io. de Lignan. *de repres. p. 7. q. a princip.* Et eorum bidelli, scriptores, seu librarij eorum, Bald. *in d. l. sed omnino*, nec etiam contra oratores, Legatos, mulieres, vel alias personas, de quibus vide disputantem Bartol. *in eod. tr. represal. q. 7.* & Bertach. *in dict. tr. v. represalia contra quos comedantur*, qui probat per alios interpretes duo singularia & quotidiana. Primum. Merces in fasciculos inuentas apud aliquem mercatorem alterius loci, quam eius contra quem represaliæ indictæ sunt, etsi negotiator eius loci sit, tamen non affici represalijs, Io. de Bellouic. *in disput. Dux in ducatu Spoletano.* Secundum. Non affici represalijs eum, qui soluit vectigal, seu pedagium, & gabellas, Odofred. *in auth. habita, C. ne fil. pro patr.* Pugnat tamen postremo eum casu Baldus *in cap. 1. §. t. quæ sunt regal.*

15 Tandem excipiuntur personæ Ecclesiasticæ, earumque bona. Quod expressè iure pontificio cautum est *in cap. vn. de iniur. in 6.* Vndè qui eas concedit, vel extendit ad dictas personas Ecclesiasticas, nisi eas reuocauerit intra mensem, vel nisi restituerit in pristinum, si intra mensem sunt executioni demandatæ, est ipso iure excommunicatus. Et si Vniuersitas id fecerit, ipso iure supponitur Ecclesiastico interdicto ex *d. cap. vn.* Et declarauit sæpius S. Congregatio Immunitatis, vt ex subiectis declarationibus. In Firmana die 29. Maij 1646. *lib. 3. decret.* Paulucij *fol. 28 t.* Sacra &c. Represalias non posse fieri contra bona Clericorum. In Spoletano die 28. Iulii 1648. *lib. 4. decret.* d. Paulucii *fol. 56.* Represaliæ relaxari non possunt contra personas Ecclesiasticas, neque contra earum bona, etiam pro debito Communitatis. Et in Perusina die 27. Septembris 1646. Patentati S. Officij eximuntur à represalijs.

16 Id autem aliqui, quoad personas Ecclesiasticas, intelligunt de represalijs admissis à dominis laicis. Nam si de Episcopis denegantibus iustitiam, vel Archiepiscopis, vel alijs agatur, dubitant. Hoc tamen certum, quod represaliæ sint illicitæ contra Ecclesiasticos, etiamsi offensa illa sit facta ab Ecclesiasticis, ratione cuius sunt concessæ. Nam alij Ecclesiastici non possunt grauari, vt de communi Canonistarum testatur Boss. *tit. de iniur. num. 36.* cum Io. de Lignan. *tr. de repres. cap. 37.* & tenent Archid. & Franch. *in d. cap. vn.* Et aduerto, quoad hæc excommunicatio, & interdictum non sunt reseruata Papæ, vt patet ex textu.

17 Bellum autem inferens, vel represalias concedens alicui Principi, seu populo nulla diffidatione, seu monitione præmissa infamiam iuris ipso facto incurrit ex Constitutione Imperiali, quam refert Guido Papæus *dec. 191.* & consequenter talis fit irregularis. Solùmque possint concedi represaliæ monitione præmissa cum comminatione de represalijs comedendis, Menoch. *de arb. cas. 529. num. 14.*

CONSVLTATIO LXXXIII.

An pœna mortis comminata Clericis à sacris Canonibus, intelligatur de morte naturali, vel de morte ciuili, nisi in Canone addatur vlterius, Clericorum, præuia degradatione, Curiæ seculari tradendum?

Intelligi generatim de morte ciuili, tradit *Clar. lib. 5. sent. q. 67.* testans de communi. Quod in Clericis certum omninò videtur, intelligi de depositione ab ordinibus, aut de degradatione in ergastulum, aut in monasterium detrusione, ac de perpetuo carcere, quæ pœna in liberas personas propria videtur Ecclesiæ, quæ, quia non nouit sanguinem, nec effundit, dum non vult tradere seculari Iudici Clericos reos capitalium criminum morti puniendos, vt facit *in cap. cum non ab homine de iudic. & in cap. nouimus de verb. signif.* commutat mortis pœnam in carcerem perpetuum, de pœnitentia eorum adhuc sperans, vt in relapsis hæreticis in *cap. penult. §. fin. de pæn.* in falsarijs *in d. cap. nouimus de verb. signif. & in cap. quamuis de pæn. in 6.* aliisque similibus. 1

CONSVLTATIO LXXXIV.

An spontè denunciantes in S. Officio tam contra alios, quàm contra complices, per turbam deponentes, aliquo modo afficiant eosdem complices, vel irritent totum processum?

An Fiscus examinando eosdem complices, nominatos à supradictis denunciatoribus, procedere valeat contra eos, qui in eodem processu per præuentionem, vel diminutionem se grauauerunt?

AD 1. respondeo, nullo modo huiusmodi denunciantes afficere suos complices, sed irritum reddere totum processum. Nam denunciatores in S. Officio habentur in numero testium. Testes autem per turbam examinati non probant per textum *in cap. Inquisitioni §. 1. de accus. & in l. nullam C. de test.* habeturque expressè *in cap. venerabilis 52.* ibi: *Examinare singillatim curetis cum ea diligentia, qua solet & debet in receptione testium adhiberi*, ibique Glos. *de testib.* cuius dispositionem sequuti sunt communiter Doctores, nominatim Fagnan. *num. 5.* & Io. Andr. exponens verbum *singillatim* hoc est, ait, quod non duo, vel plures simul, sed vnusquisque testis de per se secretò in examine audiatur. Estque exemplum *in cap. quia propter de elect.* vbi dicitur, assumantur tres de collegio, qui vota cunctorum secretò & singillatim diligenter exquirant. Idque ratione grauitatis rei, cùm pertineat ad solemnitatem examinis, cuius omissio reddit actum examinis nullum, Boss. *in prax. tit. de oppos. testi num.* 88. & per rationes adductas à Fagnano *d. n. 5.* à Fabro in suo *Cod. lib. 4. tit. 15. de test. defin. 3.* & à Carena *de S. Inquis. p. 3. de testib. tit. 7. §. 8.* 1

Non obstat Afflictus *in cap. 1. num. 136. ex quib. caus. feud. amit.* quod Iudex habet arbitrium examinandi testes singillatim, vel omnes simul; neque Paul. de Castr. *in l. minimè in fin. ff. de legib.* quod aliquando contrarium obseruatum fuerit, & quod hic modus examinandi testes per globum, siue per turbam seruetur in Gallia, vt testatur Papon. *arest. Franc. lib. 9. tit. 5. §. 20.* & in Sabaudia, vt per Fabrum *loco allegato*. 2

Nam respondetur cum Menochio *de arb. Iudic. q. 29.* opinionem Afflicti non procedere, quia daretur casus, quod non dignosceretur quis illorum veritatem dixerit vel ad commodum, vel ad damnum inquisiti, qui non posset postea suas defensiones facere, vt notat Glos. *in d. cap. venerabilis.* Cumque obstet textus *in d. cap. Venerabilis*, & communis omnium sententia, non videtur opinio Pauli de Castro vllo modo seruanda. Quod enim aliquando factum fuit, non idcircò semper faciendum est, 3

est, maximè cum eidem facto obstet iuris dispositio. Et quatenus factum sit non propterea validum dici potest. Nam non effugiet Fiscus, quin testes illi per eumdem, & præmeditatum sermonem deponant, in quo casu testibus sic deponentibus nullo modo est credendum, Roland. *cons.72.n.6.lib.2.* Alex. *cons.237.num.10. lib.6.* & præcipuè in criminalibus, Gabr. *concl.6. de testib.num.5.* Ponuius verò ait, hoc examen non fieri, nisi ex authoritate Parlamenti, & Faber addit, hoc in ciuilibus tantùm seruari, non autem in criminalibus, nisi ad probandum famam, & loco vnius testis, idque ex consuetudine potiùs, quàm ex iure. Quod sequitur Carena *loc.cit.* asserens, de iure huiusmodi examen haberi pro nullo.

4 Ad secundum. Consentaneè ad primum negatiuè respondendum videtur. Quia cum processus sit nullus, non potest Fiscus ex eo validè ad aliquem actum procedere.

5 At nihilominùs censeo, affirmatiuè respondendum. Quia id non est legitimatio primi processus per declarationem, sed nouum examen, atque adeò nouus processus, in quo casu potest Iudex denuò interrogare, ac denuò testes audire ad magis specificè deponendum per ea, quæ proportionabiliter dicit, Bald. *in l. vnum num.20.ff. si certum pet.* Quia culpa Iudicis fuit, illos sic insimul, ac turmatim recipere, ac proinde potest errorem corrigere non solùm in repetitione, illos denuò separatim audiendo *cap. Cum clamor de testib.* & præcipuè si materia, super qua deposuerunt denunciantes fuerit clara, secùs si fuerit ex se obscura, & non benè ab ipsis intellecta, vt per Baldum ibidem, sed multò magis in nouo examine & in nouo processu.

CONSVLTATIO LXXXV.

Multis in locis subditi valdè grauantur in rebus infrascriptis; ideò quæritur, an illa de iure fiant?

Et primò. An Dominus Oppidi, Pagi, vel Villæ possit in illius Oppidi, Pagi, vel villæ pascuis plura pecora pascere, quàm eius subditi?

Secundò. An idem Dominus Subditos suos, extra operas sibi debitas, cogere possit, vt pro consueta mercede ipsi præ alijs operentur? &

Tertiò. An idem Dominus habeat ius protomiseos in frumento, cibarijs, vel mercibus edilibus subditorum, quas venales ad forum deferunt?

1 AD primam quod attinet negatiuè respondendum est. Nam Dominus alicuius Ciuitatis, Oppidi, aut Villæ, quamuis in illis locis habeat iurisdictionem criminalem, & ciuilem, tamen ex hoc nullum habet dominium in pascuis publicis illius Territorij, intra quod iurisdictione vtitur per *l. In tantum §. vniuersitatis ff. de rer. diuis. l. omnes 2.C. de oper. publ. l. duumuirum C. de decur. l. omne Territorium C. de censibus.* Et pascua publica regulariter sunt Communitatum, non autem Dominorum habentium iurisdictionem, Couar. *pract. quæst. cap.37.* Tusch. *pract. concl. lit. P. conclus.112. num.4.* Et licèt Dominus iurisdictionis possit vti pascuis publicis, si vt habitator, & incola illius loci illic habitet, vti tamen debet moderato numero pecudum pro arbitrio boni viri iuxta Territorij, & pascuorum qualitatem ita, ne vicini, vel habitatores ibi hac in re lædantur, Couar. *loc.cit.* & Georg. Euerard. *vol.2. cons.34. num.78.*

2 Quare Hieronymus de Monte *in tr. fin. reg. cap.72. num.20. & seqq.* aduertendum iubet, quod vniuersitatis pascua inter vniuersitatis homines, & eorum Dominos diuidi debeant pro modo facultatum, & possessionum ita, vt Domini, & singuli homines debeant pro rata immittere eorum animalia in pascua, & taliter, quod nec ipsi Domini, neque incolæ totum absorbeant territorium, sed secundùm patrimonii qualitatem possideant ita, vt ille, qui habet minores possessiones, debeat etiam minùs vti pascuis.

3 Non ergo plura pecora in pascua publica ex iure sibi competente Dominus immittere potest, sed in pascuis idem ius, & non maius habet, quàm alij incolæ, & eius subditi; ideòque alij subditi, & incolæ pro lubitu in locis scilicet, vbi certus numerus non est definitus, quot modo voluerint pecora, etiam plura, quàm Dominus territorij habet, alere, & in pascua mittere possunt ex Berlich. *p.2. concl.49. de iur. pasc. num.5.* Couar. *d.c.37. num.1.* Tusch. *loc. cit. num.8.* vbi ait, quod debeat vti cum moderatione, & alios non impedire, ac ita ut non nisi iuxta modum à rusticis vsurpatum, admittatur, nec ei plura capita alere in publicis pasculationibus permittatur, Aluar. Valasc. *de iur. emphyt. q.8. num.42.* Vvenher. *in obser. pract. lit. V. §. Vnde*, vbi ait, quod de consuetudine certus soleat esse numerus pasculationis, ne Domino loci liceat plures habere oues, quàm incolis, & rusticis. Quod etiam refert Maxim. Faust. *in consil. pro ærar. clas.4. ordinat.444.* Qui ambo id quoque addunt, si Communitas (intellige vicina, & extranea) in alterius districtu ius compascui habeat, & abundet proprijs pratis, & pascuis, incolæ verò indigeant, illis interdici posse, quamuis in quasi possessione sint constituti, Couar. *1. var. resol.17. n.11.* Quod limitationis loco notandum est.

4 Non obstat primò, quod subditi peculiari homagio obstricti sint, suaque bona ab ipso recognoscere debeant, quæ sicuti à Populo Romano ad Imperatorem, ab Imperatore ad Principem, à Principe ad nobiles, ita quoque à nobilibus ab rusticos deuenerunt.

5 Secundò quod sit à parte rei pagi, oppidi, vel villæ Dominus; rustici autem, cæterique pagi, oppidi, vel villæ incolæ ipsius subditi.

6 Tertiò quia in genere loquendo Domini Terrarum debent habere aliquam prærogatiuam, quia suis consilijs diù, noctuque pro subditis laborant, *l. fin. in fin. C. de quadr. præscript.* & diù, noctuque de vtilitate subditorum cogitant, & solliciti sunt, *nouel.8. in princip.*

7 Quartò quia Doctores in specie scribunt, quod si pascua vtrique tàm Domino fundi, quàm illi, qui ius pascendi habet, non sufficiant, quod Dominus præferatur, vt Berlich. *p.2. concl.49. num.8.*

8 Et quintò, quia etiam in specie de Domino loci Doctores tradunt, quod possit habere tot animalia, quot duo alij incolæ, Tusch. *d. lit. P. concl.112. num.8.* etsi ipsa nemora non sufficerent Domino, ac eius hominibus quoad vsum, quod tunc Dominus præferatur, vt Hieronymus de Monte *loc. cit. num.22.*

9 Nam respondetur ad primum, quod Rusticis nobilibus iuramentum præstant, non quia mansum suum, & prædia ab ipsis recognoscunt, sed ideò quod domicilium suum sub eorum iurisdictione constituerunt, vt per Caspar. Zizgler. *in com. concl. §. nobiles ampl.1. num.2.* vbi plures allegat.

10 Ad secundum. Id intelligendum esse quoad iurisdictionem, non autem quoad dominium rerum priuatarum, seu proprietatem. Non enim valet argumentum à iurisdictione ad proprietatem. Habeo in hoc loco iurisdictionem, ergo & ius pascendi mihi competit, Mynsing. *decad.1. resp.11. n.18.* quia res sunt separatæ. A separatis autem mala fit illatio, *arg. l. inter stipulantem 83. §. Sacram ff. verb. oblig. l. Papinianus 20. in princ. ff. de minor.*

11 Ad Tertium respondetur, ad raro accidentia ius non accomodari, *l. nam ad ea 55. ff. de legibus.* Atqui rarò hoc tempore contingit, vt Domini diù, ac noctu de vtilitate subditorum suorum, sed multi potius de commodo proprio, & quomodo ipsos angarijs, operis multis, alijsque impositionibus grauent, cogitant, & solliciti sunt, vt quotidianæ querelæ testantur.

12 Ad quartum quoad Berlichium, ipse non loquitur de Domino iurisdictionis, sed proprietatis, cuius fundus alteri seruitutem pascendi, non priuatiuè, sed cumulatiuè debet, tunc enim si vtrisque non sufficiat, Dominus præfertur, *arg. l. præses 5. C. de seruit. & aqu.* Quamuis non desint, qui contrarium doceant, vt apud eumdem *ibidem* videre licet.

13 Ad quintum peti potest responsum ex ipso Montano eo *cap.73. num.5.* vbi ait, si ligna, vel pascua non sufficerent Domino, & alterius Castri hominibus, non obstante consuetudine, Dominus præfertur, *arg. cap. Suggestum*

gestum de decim.& c. quid per nouale de verb. signific. cum hac tamen restrictione, si nemorum, & pascuorum proprietas Domini existeret, vt declarat Afflict. *dec.290.num.7.* Ordinariè autem pascua dicuntur esse vniuersitatum de iure communi, licèt habeant particularem Superiorem. Quia particularis superior non habet plus iuris, quàm habeat Rex, vel Princeps vniuersalis, Tusch. *d.litt.P.conclus.115.num.1.* Atqui Princeps, ac Imperator ipse non habet dominium rerum priuatarum, sed Dominus vniuersalis dicitur quoad iurisdictionem, protectionem, & subiectionem, Menoch. *lib.2.præsumpt.14. num.3.& lib.3.præs.100.num.17.* Couar. *ad reg. peccatum §.9.* vbi distinguit inter tria dominia, dominium iurisdictionis, dominium rerum ad vniuersitatem spectantium iure vniuersitatis, & dominium particulare, quod pertinet ad personas priuatas. Ergo neque Domini Oppidorum, villarum &c. dominium rerum Communitatis, vel rerum priuatarum habent.

14 Quod autem Dominus possit tot habere, ac mittere animalia in pascua publica, quot licet mittere duobus incolis, id Couarruuias, & post eum Valascus *d. num.42.* tanquam auctoritate legis destitutum, improbant.

15 Ad secundam quæstionem pro negatiua, quod scilicet operarii, vel mercenarii non possint cogi, vt præ aliis domino suo seruiant, vel operas suas elocent, facit primò, quia non parum interest rusticorum, cur potius alteri, quam domino operas elocent. Nam seruitijs alteri locandis ad tempus destinare solent, quod ipsis magis est commodum, nec vllus timor subest, ne inuiti detineantur. At cum dominis operas suas elocant, sanè non leue periculum subest, ne illi pro imperio operis rusticorum abutantur. Quod facilè euenire posset, teste experientia, Carpzou. *p.2.const.51.defin.9.num.6.& 7.*

16 Secundò, quia locatio est contractus, qui solo consensu constat. Sicut ergo inuitus nemo cogitur alios contractus celebrare *l. Sicut 5.C.de O. & A. l.in commodato 17.§.sicut 3.ff.commodati*, emere, ac vendere *l. nec emere C.de iur.delib.l.Imper.71.ff.de contrah.empt.* ita neque locare, *l.inuitus 110. de locat.*

17 Tertiò, quia, vt eiusmodi operas inuitus aliquis alteri præstet, id speciem seruitutis præsefert aliqualis, saltem, qualem homines proprij suis dominis præstant, de qua multa Besold. *in thesaur.sua pract.v.leitagne.*

18 Quartò quia ne quidem debitores, qui aliàs soluere nequeunt, ad operas adstringi, & ad hoc adigi possunt, vt pecunias sibi creditas deseruiant, de quo latè scripsit *in patrocinio debitor.decad.1.q.8. & 9.* Caspar. Manzius. Immò dubitant Doctores, vtrùm aliquis pacto se se ad operas in euentum non soluti debiti obligare possit, vt videri potest apud Andr. Reitterum. *p.1. de alienat. sect. 10.per tot.*

19 Ex quibus concludendum videtur, rusticos, qui operas suas equis, vel manu præstandas elocare solent, Domino suo præ cæteris locare, ipsique pro eadem mercede inseruire regulariter cogi non posse, idque tam naturæ, quàm iuris rationibus consentaneum esse.

20 Verùm, licèt hæc hactenùs dicta inspecto iure procedant; nihilominùs tamen puto cum Carpzonio *loc. cit. num.8.* quod vinculum sacramenti, quo domino ad obedientiam, atque seruitia subditi obstringuntur, postulet, vt ei præ cæteris inseruiant, vel saltem etiam honestatis ratione, si ipsorum nihil interfit, cur non magis domino pro eadem mercede, quàm extraneis inseruire velint, cum his tamen conditionibus, nempè si rustici non proprijs operis detineantur, sed eas alij extraneo elocare velint, illasque alteri nondum elocauerint, vel promiserint. Quod domini à subditis vno eodemque tempore operas exigant, eamdemque mercedem promittant.

21 Ratio autem est; quia iniquum est, ad id aliquem compelli, vt suis neglectis aliena prouideat, *arg.l.si Filius 8 cum trib.legib.seqq.ff. de procur.* & ordinata charitas incipit à se ipso, *arg.l.præses 6.C.de seruit.& aqu.* & facta locatione, ac promissione alijs non tantùm de honestate, sed iuris vinculo, ac necessitate adstringitur, *arg.princ. instit.de oblig.* & omne promissum cadit in debitum. Et quia si alij prius conduxerunt, etiam hic potest locum habere regula, prior tempore, potior iure, & præuentioni locus est inter eos, qui æquale ius habent, de qua regula vide Tuschum. *lit.P.concl.646.* & Hieronym.de Monte *d.tr.fin.reg.cap.25.* & tandem quia iniquum esset, vt rustici operas alias consuetas vel gratis, vel certè minori mercede præstare deberent, & adhuc ad opera super erogationis, vt Theologi loquuntur, præstanda adigerentur.

22 His requisitis alij addendum iudicant primò, vt in potu, ac cibo ipsos æquè liberaliter tractent, quia sæpè à strenuis dominis lautiùs canes, quàm famuli, & operarij tractantur. Secundò, vt operæ illæ non per ministros publicos, & similes apparitores exigantur; sed per famulos, & domesticos, vt appareant non vi iurisdictionis, sed priuatæ conuentionis postulari. Tertiò, vt non ijsdem semper, sed distinctis temporibus petantur, ne in necessitatem quasi ex præscriptione trahantur. Quartò, vt iustæ excusationes quandoque admittantur. Concedendum enim est aliquid humanitati, iustis occupationibus, & impedimentis, *l.siue 3.§.7.ff.de excusat.tut.* Vuesembec. *in paratl.ff.in ius voc.vt eant.* Quintò, vt ille dominus non sit homo morosus, & rixosus, qui perpetuò adstet, ad opus laborantes impellat, ceruicibus operantium insistat, vrgeat, moneat, grunniat, conuitia iaceat, fulmina vibret, plagas, & verbera minetur. Quod multis domicellis familiare est, quibus cum viuere durius est, quàm cum basiliscis, & draconibus.

23 Ad tertiam quæstionem affirmatiuè respondendum videtur per ea, quæ tradit Bartolus *ad l.1.n.3.C.de metallar.& metal. lib.11.* vbi ait, colonum debere potiùs vendere fructus domino, quàm alij, iusto tamen pretio, cui accedunt Roman. *in l.1.ff.solut.matr.* Ias. *in l.fin.num.11.C.de iur.emphyt.* Socin. *in fallent.reg.435.* Rauen. *singul.104.* Vincent. Carot. *de locat. & conduct. p.2.tit. de empt.& vendit.* Marant. *in disp.8.num.32.* & alii, quos enarrat Aluar. Valasc. *de iur.emphyt. q.24.num.3.* Quod multò magis videtur obtinere in emphyteutis. Nam cum domino directo competat ius retractus in ipsis prædiis emphyteuticis *l.vlt. C. de iur. emphyt.* quidni & in fructibus?

24 His tamen non attentis, pro contraria sententia iudicandum, ac pronunciandum est, quippè quæ iustitiæ, ac æquitati in primis consentanea. Præter quam enim quod æquum non sit, inuitum quemquam vendere, vel emere *l.cogi 9. ff.rer.amot. l.non est æquum 9. l. nec emere 16.C.de iur. delib. l.13. C.de contr.empt.* Cuiac. *lib.17. obser.9.* vsque adeò, vt ne rescripto quidem Principis impetrari possit, quò minus inuitus rem suam alteri vendat, aut distrahat, *l.inuitum 11.C. eod.tit.* ius protomiseos hodie generaliter sublatum est, *l. dudum 14. C. de contr.empt.* exceptis quibusdam casibus specialibus, inter quos venditionem cibariorum à subditis factam nuspiam relatam reperies.

25 Neque obstant quæ supra in contrarium allata sunt. Quamuis enim Socin. *reg. vendere 530. fall.2.* & alii tradant, quod possim colonum meum, volentem portionem suorum fructuum vendere, ad hoc compellere, vt mihi vendat iusto pretio, textus tamen, quem allegant *in l.1.C.de metal.lib.11.* hoc non dicit, sed id solùm modo, quod metalla fisco præ aliis sint vendenda. Cùm itaque Doctorum dicta secundùm leges, quas allegant, exaudienda sint *c.5.d.9.* Mynsing. *cent.2.obs.61.num.6.* Tusch. *litt.D.concl.554.* & Iudicem non obligent, nisi quatenus legibus sunt consentanea, Harp. *ad 1.tit. de oblig.quæ ex delict.num.14.* Auctoritas Socini & aliorum non magni facienda, contrarium enim in colono, & emphyteuta tenet Aluar. Valasc. *q.24.num.3. de iur.emphyt.* vbi rectè dicit, id, quod singulari fauore fisci in metallis introductum est, non esse ad conductores trahendum.

26 Quare licèt cum aliis credam, si dominus iustum, id est, æquale pretium cum extraneis offerat, edilia ista ipsi præ aliis vendenda, id tamen existimo magis ex vrbanitate, quàm legis necessitate faciendum esse. Quod autem fieri solet, vel debet ex vrbanitate, honestate, vel ciuilitate, non est imponendum ex necessitate, *arg.l.solent 6.* vbi Bart. *in pr.ff.de offic.Procons.*

Quam-

27 Quamuis itaque putem æquum, & conueniens esse, vt si Dominus exempli gratia aliquod conuiuium instituat, & cibaria non absque molestia, & incommodo suo ex ciuitate, fortè non ita propinqua, sibi comparare debeat, vt subditi vna, alteraque vice ipsi gratificentur, si edilia illa aliis nondum obtulerunt, vel promiserunt. Non tamen exinde rectè infertur, subditos ad hoc constanter faciendum præter voluntatem suam adigendos esse. Non enim quidquid gratificationis est, idem etiam necessitatis, aut coactionis esse intelligitur, *arg. l. donari 29. ff. de donat. & l. donari 82. ff. de reg. iur.* Harp. *n.74. pr. instit. de fideiuss.*

28 Ad alteram respondet Carpzou. *p.2. iurispr. for. const. 51. defin. 10. n.8. & seqq.* Equidem non ignoro competere dominis ius protimiseos in rebus emphyteuticis *l. vlt. C. de iur. emphyt.* sed inde ad fructus, & merces ediles nihil prorsus est inferendum. In fundo siquidem emphyteutico Dominus ius protimiseos habet propter dominium directum sibi reseruatum, quod sanè cessat in fructibus, aliisque rebus edilibus, quia hæc pleno iure emphyteutæ acquiruntur; quid ergo mirum, vt domino in rebus hisce ius protomiseos denegetur? Couar. *lib.3. var. cap.14. n.6.*

29 Atque ita iudicatum esse, testatur Carpzou. *loc. cit.* & Rehbar. *p.2. q.22. in princ.* quod æquitas, & conformis ratio ad idem statuendum nos prouocare debet, quia ratio non clauditur, loco, post Bald. *in l. Nemo de sent. & interloc.* Casp. Roderic. *de ann. redit. lib.1. q.7. num.16.* vbi infert, quod sententia Senatus Parisiensis æquitate, & ratione digesta, vtique seruanda sit, quando eadem ratio viget.

CONSVLTATIO LXXXVI.

Moriens in carcere in quo detinetur custodiæ causa, in quanam Ecclesia Parochiali sit sepeliendus? Et an si elegerit sibi sepulturam extra Parochialem, debeatur Ecclesiæ suæ Parochiali quarta funeralis? Quidue de ijs, qui damnati sunt ad carcerem in pœnam, vt in ijs in perpetuum, vel ad tempus permaneant?

1 QVoad eum, qui detinetur custodiæ causa, videtur sepeliendus in Parochiali, intra cuius limites sunt carceres, vbi moritur. Nam cum ab ipsa receperit Sacramenta tempore mortis, videtur ei acquiri ius sepulturæ, atque adeò quartæ funeralis, si in alia Ecclesia sepeliretur iuxta ea, quæ tradunt Doctores *in cap. 1. de sepult. in 6.* Gratian. *discept. 94. num.74.* Marescot. *lib.2. var. cap.95. n.11.* & Barbos. *de iur. Eccles. lib.2. cap.10. num.10.*

2 Tenendum tamen est, quod sepeliendus sit in Ecclesia Parochiali, in qua defunctus habitabat, antequam carceribus manciparetur, & in qua adhuc retinet domicilium, eique deberi quartam funeralem, si elegerit alibi sepulturam. Desumitur ex eo, quod tradunt Doctores, dum volunt, quod non amittatur Parochia, dum quis discedit animo reuertendi. Ij sunt Abb. *in cap. de his de sepult.* Io. Andr. *in cap. is, qui eodem tit. in 6.* Spin. *in spec. testam. glos.15. num.41.* Molin. *de ritu nupt. lib.2. diffic.11. n.88.* Cened. *pract. q.30. num.45. lib.1.* Gratian. *discept.76. num.18.* Piasec. *in pr. Episc. p.2. cap.4. num.32.* Maresc. *d. cap.95. num.3.* Lauor. *var. lucubr. tit.2. c.17. & 38.* Barbos. *de paroch. p.3. cap.25. num.26.* Anan. *in l.7. n.96. C. de incol.* Henriq. *lib.11. sum.43. num.3.* Rodriq. *q. regul.36. tom.3.* Miranda *tom.2. man. Prel. q.48. ar.9. concl.2.* Villalob. *p.2. sum. tr.31. diff.7. num.3.* Syluest. *v. Canonica portio num.15.* Hurtad. *de Sacram. disp.15. de matr. diff.6. num.19.* Sanchez *lib.3. de matr. disp.23. num.14.* & firmauit Rota in Romana iurium parochialium die 4. Iulij 1653. coram Zatara.

3 Habetur autem ex *d. cap. Is, qui de sepult. in 6.* vbi similis casus deciditur, quod qui aliquando ad rus se confert, non debet ibi sepeliri, quia non acquirit ibi Parochiam, cum non accedat animo permanendi, vndè etiam qui carceri mancipatur, non amittit suam parochiam, & ideò si contingat mori in carcere, aut in alia Parochia, ad quam transfertur, vt commodiùs curari possit, debet in propria Parochia sepeliri.

4 Et hoc habet locum, etiamsi extaret statutum, quod ius Parochiæ non amittatur, nisi post duos menses, & qui moritur, vltra duos menses, detentus fuerit in carcere. Quia statutum procederet, quando cum absentia vltra duos menses coniungitur dimissio domus solitæ habitationis. Nam quamdiù retinetur domus, præsumitur animus redeundi, & est signum sufficiens retenti domicilii, atque adeò etiam Parochiæ, vt notant Glos. *in l.2. v. Constituerint. C. de incol. lib.10.* Bero. *cons.11. n.9. lib.3.* Menoch. *cons.329. num.36.* Rota *decis.473. num.3. p.4. recen.*

5 Estque ratio, quia talis, quantum est ex se, habet animum reuertendi ad propriam habitationem cùm primùm ei licebit, quod sufficit, vt non dicatur deseruisse proprium domicilium, & habitationem, vt docet Bartol. *in l.4. §. Prætor num.24. ff. de damn. infect.* Felin. *in cap. Quoniam num.2. de offic. ord.* Socin. Sen. *cons.35. lib.1.* Menoch. *d. cons.329. num.36.* Manetque in carcere, non tanquam in propria, sed tanquam in aliena domo, vel habitatione, ex qua est continuò absens animo, quod non videtur sufficere, ne quidem ad inducendam habitationem veram, quia hæc est libera.

6 Non obstat, quod ius sepulturæ acquiratur ministranti Sacramenta. Nam id procedit, quando de iure spectat administratio, non autem quando ex accidenti administrat, vt contingit, quando Parochianus extra propriam Parochiam infirmatur, & ibi moritur, recipiendo Sacramenta à Parochia viciniori. Quia cùm tunc non ministrentur ex officio, sed ad supplendam absentiam proprij Parochi, non confert administratio iuris aliquod ad sepulturam, aut quartam funeralem. Neque in hoc casu loquuntur Doctores citati, sed quando ministrantur ex officio.

7 Secùs autem dicendum est de eo, qui damnatus est in pœnam ad carcerem perpetuam. Tunc enim fit de Parochia, cui subsunt carceres, quia non potest habere animum figendi alibi domicilium, aut habitationem, aut reuertendi ad primum domicilium, seù primam habitationem, cum perpetuitas carceris id excludat, & domicilium, aut Parochia non potest retineri absque animo reuertendi. Ideòque relegatus habet necessarium domicilium in loco relegationis per *l. filii libertorum §. relegatus ff. ad municip.* quod intelligit Glossa *in l. Eius, qui §. fin. v. vnde arcetur, eodem tit.* de relegato in perpetuum.

8 Si verò damnatus est in pœnam ad tempus determinatum, non fit parochianus Parochiæ, cui carceres subsunt, sed retinebit propriam iuxta opinionem eorum, qui volunt, quod pro contrahenda Parochia requiritur domicilium, quam sequuntur Abb. *in cap. In nostra n.11. de sepult.* Spin. *in specul. testam. glos.15. num.41.* Triuis. *dec.23. lib.1.* Segur. *p.2. direct. iud. cap.15. num.48.* Ledesm. *de matr. q.45. ar.5. pun.3. post dub.4.* Henriq. *lib.11. de matr. cap.3. num.3.* Rodriq. *tom.1. sum. in 2. edit. cap.219. num.7.* Rot. *dec.643. num.2. in nouis. vol.1.* & alij, quos citat Sanchez. *lib.3. de matr. disp.23. vers. Tertio probatur.* Quia talis detinetur violenter in carcere, habetque animum reuertendi ad propriam habitationem, vt superiùs dictum est.

9 At nihilominus, quia probabilius est, & magis communiter receptum, quod ad acquirendum parochiam non requiratur domicilium, sed sufficiat habitatio pro aliquo tempore considerabili, vt tradunt Abb. *in repet. cap. extirpandæ §. qui vero num.11. de præb.* Petr. de Vbald. *de can. port. cap.7. num.2.* Cardin. *in cap.1. num.5. q.7. de sepult.* Federic. de Sen. *cons.254. vers. Ista iura,* Anchar. *in cap. de vxore num.7. de sepult.* Rosel. *v. confessio 3. n.4.* Angel. *v. excommunicatio 5. num.18.* Siluest. *eod. v.7. num.31.* Tabien. *v. item excommunicatio 5. n.5.* Rebuf. *in repet. d. cap. extirpandæ §. qui verò vers. contrariam opinionem de præb.* Sylua *de benef. p.3. q.42. num.7.* D. Anton. *3. p. tit.24. cap.54.* Gabr. *in 4. d.17. q.2. art.3. dub.2.* Sanchez qui alios adducit *d. disp.23. num.12.* vbi latè, Ceual. *com. contra com. q.458. num.36.* vbi alios refert,

Mo-

Molin. *de iust. disp.* 214. *vers. illi , qui* , Salzed. ad Diaz. *in pr. cap.* 73. *num.*14. Gutier. *de matr. cap.* 63. *num.* 19. Vbi plures congerit Gratian. *discept.* 94. *num.* 74. Lauor. *var. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 148. Marescot. *cap.*95. *num.*11. *lib.*2. Sperell. *decis.*87. *n.*5. *& seq.* Rot. coram Seraph. *decis.*1135. *num.* 1. & in d. Romana iurium funeralium coram Zarate.

10 Fundatur *in cap. fin. de paroch.* vbi habetur de parochianis confugientibus ad habitandum, ibi: *Cùm ad habitandum in ea quamplurimi se contulissent*, & *in l.* 2. *snit. C. vbi Senat.* in qua habetur, quod habitatio aliqua modo continua facit sortiri forum, vt notant Innoc. *in cap. ex parte num.*5. *de for. comp.* Abb. *in cap. quod Clericis n.* 5. *eod. tit.* Socin. *in cap. licet n.*26. pariter *eod.*

11 Ideò tenendum est, quod mancipatus carceri in pœnam per aliquod tempus, si ibi moriatur, debeat sepeliri in parochia carceris, aut si contingat alibi sepeliri, debeatur quarta funeralis eidem parochiæ. Quia quamuis, ibi contra suam voluntatem detineatur, adhuc tamen spectat ad curam parochiæ quoad Sacramenta recipienda, ideòque efficitur, quamuis inuitus, de illius parochia. Atque ita quod ad hoc obseruatur Romæ ex Statuto Cleri Romani, iussu Emin. Cardinalis Vicarii à me recognito, extatque decretum pro Ecclesia parochiali S. Mariæ Transpontinæ pro custoditis in pœnam in Castro S. Angeli, & pro Ecclesia parochiali S. Blasij in via Iulia pro captiuis pariter in pœnam in carceribus nouis. Quia, cùm sint serui pœnæ, contrahunt habitationem, vbi luunt pœnam per *d. l. filij libertorum* §. *relegatus ff. ad municip.*

CONSVLTATIO LXXXVII.

An Indulgentiæ Societati Corrigiatorum S. Monicæ à Summis Pontificibus concessæ, & à Paulo V. reuocatæ sint postea restitutæ?

1 QVod priuilegia, Indulgentiæ, ac facultates à Summis Pontificibus Gregorio XIII. & à Gregorio XIV. Societati Corrigiatorum S. Monicæ antea concessæ, ac deinde à Paulo V. sublatæ, postremò fuerint à Gregorio XV. restitutæ per eius Breue, quod incipit *Iniuncti nobis &c.* vbi hæc omnia confirmantur, ex sequentibus perspicuè demonstratur.

2 Et primò quidem ex clausula posita in dicto Breui Confirmationis §. 3. *in fine*, scilicet, *ac de nouo etiam concedimus.* Hæc enim satis indicat mentem Pontificis fuisse non solùm confirmare priuilegia, sed etiam sublata restituere. Quia non solùm præmiserat dictiones, *confirmamus*, *robor adiicimus*, sed etiam *innouamus*. Vndè cùm subdat clausulam *ac de nouo etiam concedimus*, oportet, quod voluerit concedere, quæ sublata erant reuocatione, aut quocumque alio modo. Nam huiusmodi clausulam reualidare priuilegia reuocata, aut aliàs nulla, tradunt Ruin. *cons.* 31. *num.* 6. *vol.* 1. Surd. *cons.* 419. *num.* 25. Lanar. *cons.* 21. *num.* 15. Panormit. *in cap. fin. de Decim.* ac prosequuntur Suar. *lib.*8. *de legib. cap.*19. *num.* 5. Rodriq. *q. regul.* 8. *art.*2. *tom.*1. & Donat. *in pr. rer. regular. p.*1. *tr.* 11. *q.* 7. *num.* 1. Quod à fortiori habet locum in hoc casu; quia cum clausula *de nouo concedimus* coniungitur dictio *etiam*, quæ est extensiua, & implicat, quod prius non erat dictum iuxta ea, quæ docent Ruin. *cons.* 43. *num.*19. *lib.*2. Gonzal. *ad reg.* 8. *cancel. glos.*36. *num.*25. Rot. *dec.*408. *num.*1. apud Farinac. *& dec.* 311. *num.*1. *p.*3. *recent.* Vndè cùm antea præmiserit Pontifex, *quod confirmat*, *adijcit robur Apostolicæ firmitatis*, *innouat*, dum subdit, *ac de nouo etiam concedimus*, oportet, quod aliquid diuersum à præmissis intenderit, quod aliud non potest esse, quàm vera concessio priuilegiorum, ac proindè quæ vim habeat concedendi, atque restituendi, quæ amplius non erant.

3 Deinde hoc ipsum ostenditur ex clausula: *quorum tenores*. Hæc enim operatur eamdem restitutionem priuilegiorum reuocatorum. Nam Pontifex, quando est ipsi impossibile tollere in specie omnia, & singula impedimenta, quæ impediunt effectuationem suæ voluntatis efficacis, adhibet hanc clausulam, & vult, quod sit talis efficaciæ, vt eodem modo operetur, ac si reuera tenores, de quibus loquuntur, essent in specie expressi. Et ita semper iudicauit Rota, & tradunt Butr. *con* 2. *num.*4. *& cons.*29. *num.*5. Dec. *cons.* 165. Gemin. *cons.*65. *num.*21. Crauet. *cons.*127. *num.*7. Sesse *decis.* 93. *num.*1. Sarnen. *ad regul. Cancel. in proem. q.* 6. *num.*6. Cassad. *dec.* 10. *num.* 3. *& decis.*38. *num.* 3. Seraph. *dec.* 510. Rot. *dec.*466. *num.* 5. *& dec.*506. *num.*5. *p.*1. *rec.* cum vulgò alijs. Quia, stante impossibilitate recensendi omnia, fingit Pontifex, quod omnia sunt expressa. Fictio autem habetur pro veritate, & operatur, sicut operatur veritas, *l.* 1. §. *hoc Senatus consulto ff. ad Trebel. cap. ad audientiam de Cler. non resid. & cap. cum dilectus eodem tit.* Vndè cùm ageretur de recensendis omnibus priuilegijs concessis dictæ Societati, non solùm immediatè, sed etiam per communicationem, ideò Pontifex vsus est hac clausula, atque adeò in hoc casu operatur, ac si omnia in specie essent expressa.

4 Præthereà quis cùm priuilegia non sint quid facti, quod omninò pertineat ad factum, sed potiùs ad ius, quia sunt leges priuatæ iuxta *can. priuilegia d.* 3. quæ emanarunt à Prædecessoribus confirmantis, debet in ipso præsumi, saltem aliqua cognitio, quod nimitùm singula concessa fuerint in beneficium Societatis, & quod si reuocata sunt, ideò sunt reuocata, quia expediebat, quod leges, quarum intuitu reuocata sunt, vniformiter obseruarentur. Quare potuit Pontifex Gregorius XV. moueri alia ratione, quod scilicet expediat communi bono, quod aliqui benemeriti eximantur à legibus, & quod illud motiuum, cuius intuitu fuerunt concessa, præualeat motiuo, cuius intuitu fuerunt reuocata, & iudicare, esse restituenda. Id, quod habetur ex dicto Breui confirmatorio §.3. Hæc autem scientia sufficit, vt possit prudenter deliberare de restitutione secundùm regulas rectæ rationis; quia non agitur de concedendo aliquid de nouo, vt proinde debeat cognoscere singula in specie, quæ concedit; sed agitur de restituendo, quod est ablatum, & ideò sufficit specifica cognitio de motiuo restitutionis, vt restitutio sit in forma specifica, atque adeò confirmatio, & concessio de nouo. Sicuti etiam quando agitur de restituendo spoliato, vt procedatur cum causæ cognitione, non est necessarium, quod in specie examinentur omnia, & singula, quibus spoliatus est, sed sufficit, si constet de ratione, siue motiuo, cur sit restituendus.

5 His accedit, quod in dicto Breui Confirmationis non adest clausula: *dummodò sub nullis reuocationibus sint comprehensa*. Si enim Confirmatio cum tali clausula non haberet vim restituendi priuilegia reuocata, excluderentur per dictam clausulam, & ideò, quando non adest, non remanent exclusa.

6 Quod quintò ex ijs maximè comprobatur, quæ tradit Felin. *in cap. Cùm inter de except.* vbi latè disputat, an necessaria sint in rescripto formalia verba: *Ex certa scientia*, vt dispositio censeatur esse ex certa scientia, & negatiuè concludit, atque sufficere ait, quod ex alijs verbis eiusdem Rescripti constet, Principem cum plena facti cognitione processisse. Quæ est sententia communis, præcipuè Panormitani *in d. cap. cùm inter de except.* & *in cap. nonnulli*, vbi etiam alij *eodem tit.* Ex quo concludunt, sufficere clausulam illi æquipollentem,

nimirùm *non obstantibus quibuscumque*, siue *non obstante lege disponente in contrarium*, vt disertè tradit idem Felin. *cit. cap. cùm inter in fin. & in d. cap. nonnullis col. 4.*

7 In allegato autem Breui confirmationis non solùm adsunt clausulæ iam adductæ, sed etiam in §. 6. ita legitur. *Non obstantibus Apostolicis, ac in Prouincialibus Concilijs editis generalibus, Constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis suspensionibus, reuocationibus, & restrictionibus, cæterisque contrarijs quibuscumque*. Vndè licèt in dicto Breui non sit apposita formalis, & expressa clausula ex certa scientia, cùm tamen constet ex alijs verbis, & clausulis Summum Pontificem cum plena facti cognitione processisse, sufficit, vt dicatur dicta confirmatio ex certa scientia, quia taciti, & expressi idem est iudicium, atque adeò dictum Breue confirmatorium dicendum est ex certa scientia emanasse. Confirmatio autem ex certa scientia habet vim nouæ concessionis, ac innouationis priuilegij abrogati, aut amissi, reddendo illud ex non valido, seu nullo validum, vt docent communiter Doctores cum Glossa *in cap. Quia diuersitatem de concess. præbend. & in cap. veniens de transact.* Felin. *in cap. inter dilectos num. 13. de fid. Instr.* Panorm. *ibidem*, Dec. *in rubr. de confirm. vtil. vel inutil. dub. 4.* Bald. *in tit. per quos fiat inuest. cap. 1. num. 2.* Bartol. *in l. more num. 3. de Iurisd. omn. Iudic.* Oldrad. *cons. 257. num. 12.* Natt. *cons. 636. num. 171.* Roland. *cons. 1. n. 58. vol. 3.* Vincent. Anna *allegat. 47. n. 15.* Et desumitur *ex cap. 1. & ex d. cap. veniens de transact. & cap. 2. de pact.* traditque Suar. *lib. 8. de legib. cap. 18. n. 14.* qui vult hanc clausulam habere suum effectum, etiamsi adsit ignorantia facti. Cùm enim concessio priuilegiorum dependeat à voluntate concedentis, eo ipso, quod habet certam scientiam de priuilegijs, & ea confirmat, vult, habere suum effectum, & ideò restituit si fuerint sublata.

8 Idipsum confirmatur ex traditis à Rodriquez *tom. 1. q. regular. 8. ar. 3. in fine*, quo in loco firmat ex sententia multorum, quod quando aliqua priuilegia innouantur, seu de nouo conceduntur cum clausula *non obstantibus reuocationibus Apostolicis*, intelliguntur viuificata, & de nouo concessa, etiam illa, quæ fuerunt reuocata, alioquin nihil operarentur dicta verba, cùm tamen in literis Apostolicis aliqui debeant operari. Quibus etiam adstipulatur Collect. *in comp. mendic. tit. priuilegia Fratrum num. 15.* & approbat Cordub. *in addit. ad compend.* ac tenet expressè Panorm. *in cap. cum super de caus. possess. & propriet.* post Io. de Lignan. & copiosè Rosel. *v. Absolutio 1. num. 122. cum seq.*

9 Ex quibus non obstant literæ S. Congregationis super Episcop. & Regul. Quia non fuit causa maturè discussa, vt par erat; cuius signum est, quod non emanauit aliqua declaratio, siue decretum, sed simplex Epistola ad tollendum forsan abusus, qui in huiusmodi priuilegiis in quibusdam tantùm Regni Neapolitani partibus irrepserant. Et cùm in abusu interueniat culpa, & delictum, nil mirum si priuilegium quoad illo abutentes, dicatur amissum, & reuocatum; at non idcircò in alijs partibus, siue Ciuitatibus amittitur. Quia præiudicans iuri proprio, quod est implicatum cum iure alieno, non illi nocet, *cap. cum tempore de arbitr. & cap. cùm olim §. nos igitur de præscript.* Priuilegium autem concessum Archiconfraternitati, & singulis ipsius, ita pertinet ad singulos, vt etiam pertineat ad totum corpus Societatis, & ideò qui illi præiudicat per abusum, non præiudicat Societati.

10 Ex illis verò Pontificis verbis: *decretis tamen Concilij Tridentini non repugnantia*, manifestè deducitur omnia alia contenta in Breuibus vtriusque Gregorij voluisse comprehendere in suo Breui. Quia exceptio posita in generali concessione firmat regulam in contrarium *l. Tribunus §. vltimo ff. de milit. testam.* quod etiam tradit Suarez *d. lib. 8. de legib. cap. 19. num. 6.* inquiens, quod licèt per confirmationem in forma communi non ratificentur priuilegia nulla, nihilominùs, si in tali confirmatione addatur exceptio vnius priuilegij, aliàs irriti, vel reuocati, eo ipso intelligitur, mentem confirmantis fuisse, cætera alia, etiam si essent amissa, vel irrita, confirmare, vt tradit Bald. *d. tit. per quos fiat inuest. cap. 1. num. 2.* & sumitur à simili ex eodem *in l. 1. §. sed excipiuntur ff. de ser.* ac sequitur Ias. *in l. vlt. ff. quod quisque iuris*. Cùm igitur in hoc casu Gregorius XV. referens se ad Bullas suorum Prædecessorum, omnia in eis contenta confirmat, exceptis ijs, quæ sunt contraria Concilio Tridentino, eo ipso de mente ipsius Summi Pontificis cætera alia confirmata esse, intelliguntur, etiamsi olim reuocata, aut nulla extitissent.

Minùs obstat, quod dictum Breue fuerit subrepti- 11
tium, cùm fuerit expositum per hæc verba: *Vt nempè Indulgentiæ imposterum firmiùs subsisterent*, quasi reuocatæ non fuissent à Paulo V. & subsisterent adhuc. Primò, quia non omnes Indulgentiæ fuerunt à Paulo V. reuocatæ. Deindè quia ideò petita fuit confirmatio, quia non subsistebant. Ac tertiò, quia non fuit expositum, quod in præsenti subsisterent, cùm non subsistebant, sed vt in posterum, in his maximè rebus, quæ conferunt ad salutem animarum, & consolationem spiritualem Sodalium dictæ Societatis, qui quotidiè querebantur, se priuatos esse tot, tantisque auxilijs, ac suffragijs spiritualibus Indulgentiarum. Vndè præsumitur informatio in Pontifice, vt latè tradit Alex. *cons. 15. num. 2. lib. 5.* & Rota apud Farinac. *dec. 180. num. 2. par. 1. recent.* quod si aliter diceremus, redderentur profectò incertæ omnes ferè confirmationes Pontificiæ, præcipuè priuilegiorum. Nam semper dubitari posset, an examen fuerit exactum, an fuerint cognitæ nullitates, & alia huiusmodi. Quod sanè dicendum
non est. Et ita consuluisse in hac specie
Indulgentiarum viros doctissimos Aca-
demiæ Salmanticensis, testis est
Hieronymus Rodriquez *resol.*
77. num. 45. in fine. Et
ex his meis ratio-
nibus declara-
uit S. Con-
gre-
gatio Indulgentiarum pro dicta Archiconfrater-
nitate Corrigiatorum S. Monicæ apud Ec-
clesiam Augustinianorum Vrbis, con-
firmationem huiusmodi fuisse, ac esse
validam, frustra reclamente
Michalle Angelo Riccio
Secretario S. Congre-
gationis Indulgen-
tiarum, posteà
S.R.E. Car-
dina-
li.

CON-

CONSVLTATIO LXXXVIII.

An qui aliquo modo, etiam disputandi, aut veritatis indagandæ gratia, impugnat, vel in dubium reuocat Sacrum Societatis Iesu Institutum, siue Constitutiones, incurrat pœnam aliquam Ecclesiasticam?

1 NVllo modo dubitaodum est, quin iste sit censendus manifestus transgressor Bullarum Apostolicarum. Primò quia, quidquid sit, an res, de qua disputatur, aut veritatis indagandæ causa impugnatur, licita sit, & an ab Apostolica Sede fuerit confirmata, certissimum est, illam fieri ex præscripto Constitutionum dictæ Societatis, & Gregorium XIII. & XIV. copientes prospicere paci, ac quieti dictæ Societatis, & ad coercendam contradicentium audaciam, qui non desistebant ab impugnatione huius instituti, præcepisse in virtute Sanctæ Obedientiæ sub grauissimis censuris, & pœnis, ne quis Institutum, Constitutiones, aut quemuis earum articulum quouis disputandi, etiam veritstis indagandæ quæsito colore io dubium reuocaret (multò minùs impugnaret) volentes, vt si quid dubij oriri contingetet, ad Sedem Apostolicam refertetur, ad quam tantùm in his spectat manum apponere.

2 Ex his euidenter sequitur, eum, qui obortum sibi dubium de re aliqua non retulerit ad Sedem Apostolicam, sed ipsam impugnauerit, ac damnauerit post visas Apostolicas Bullas, id interdicentes, facete contra expressam prohibitionem Summorum Pontificum, quæ est doctrina Eman. Rodriq. & Ludouic. Mirand. illius *in q. reg. tom. 1. quæst. 5. ar. 5.* huius *in manual. Prælat. tom. 1. par. 3.* & Bonacioæ *tom. 3. de censur. in part. d. 2. quæst. 3. pun. 35.* qui hoc dicunt in terminis, & ootant, mentem horum Pontificum fuisse obuiate iurgijs scandalosis, & præcludere viam linguis detractorum contra Religiones. Vndè licèt non sit malum ex se de huiusmodi quæstionibus disputare, est tamen malum, quia prohibitum, sicut de auxiliis diuinæ gratiæ post decretum Pauli V. & similibus.

3 Deinde quia Constitutiones Societatis Iesu sunt confirmatæ à Sede Apostolica, & confirmatio talis est, vt Sacra Rota expresè deciderit io Romana Legati coram Buratro *decis. 245. & in 4. p. rec.* per Farin. *p. 2. decis. 477. num. 12.* Constitutiones Societatis esse Constitutiones Papales, & tales censendas esse.

4 Vndè infertut, noo solùm impugnari Coostitutiones Societatis, sed Constitutionem Pontificiam. Quamuis eoim Gregotius XIII. & XIV. non prohibuissent impognari Constitutiones Societatis, quia tamen ex eo solùm, quod & ipsi, & alij Summi Pootifices Constitutiones dictæ Societatis confirmarunt tam amplè, illas fecerunt suas, & sic illas impugnans dupliciter est transgressor Apostolicarum Constitutionum. Primò quia, vt dictum fuit facit contra Bullam Gregorij XIII. & XIV. prohibentium impugnari Constitutiones Societatis, & quemlibet earum articulom. Secundò quia impugnat easdem Constitutiooes Societatis, factas iam Papales per supradictas Confirmationes.

Secundò infertur, omnia argumenta, quæ afferri possunt contra dictas Constitutiones Societatis esse infirma, quia sunt expresè contra Constitutiones, iam factas Pspales, quas affirmare, continere aliquid illicitum, non potest dici, nisi temerè, ac falsò, & de facto Gregorius XIII. quascumqoe assertiones contra dictæ Societatis Institutum, vel quomodolibet in illius præiudicium pronunciatas, aut scriptas *falsas omnino, & temerarias* esse definioit. 5

Tertiò infertut non solùm interesse Societatis, vt huiusmodi impngnatores puniantur, probibeanturque eorum scripta, cùm aliter iniuria ipsi illata resarciri, non possit, sed etiam Sedis Apostolicæ, cuius auctoritas in impugnatione huiusmodi Constitutioonm violatur dupliciter, vt probatum fuit. Et sanè si impunè abeaot qui contra expressum Pontificum præceptum, religiosa instituta, & Constitutinnes propositas à Sede Apostolica toti Ecclesiæ sequendas, libris vulgstis impognare, ac damnare audent, timendum est, ne alij fiant audaciores, & pax, & concordia inter Religiosss familias cum notabili scandalo fidelium pessundetur. Adi Eminentissimum Sfortiam Pallauicioum in vindicijs Societatis Iesu, vbi hanc impugnandi libidinem in Pasqualigum more suo; hoc est piè, ac sapienter, castigauit. 6

CONSVLTATIO LXXXIX.

OLim ex decreto Fabiani Papæ, & sub Decio martyris, citato *in can. & si non frequentius de consecrat. d. 2.* Deinde ex Concilij Agathensis *can. 18.* Christi fideles, non aliter impediti, adstringebantur Eucharistiam ter in anno sumere, in Natiuitate Domini, in Resurrectione, & in die Pentecostes. Denique ex Concilio Lateranensi 4. *can. 21.* relato *in cap. omnis de pœnit. & remis.* præcipitur communio diuinæ Eucharistiæ, saltem in Paschate.

Ideò quæritur,

An qui in Paschate non recipit in sua propria Parochiali Ecclesia Eucharistiam, sed in Sacrosancta Basilica Lateranensi, vel in Ecclesia Cathedrali suæ Diœcesis, satisfaciat Ecclesiæ præcepto de annua Communione?

Affirmatiuè videtur respondendum. Et primò quidem, quia de iure communi tota Ciuitas, ac diœcesis est vna Parochia communis, & Episcopus est communis Parochus; & Cathedralis est Parochia vniuersalis totius Ciuitatis, & Diœcesis *can. sicut alterius 7. quæst. 1. can. bona res 12. quæst. 2. cap. Apostolicæ de donat. & cap. 1. de rapt.* & notant Host. *in Sum. tit. de Paroch. num.* 3. Lap. cum Calderino, *alleg.* 62. *num.* 4 Vbald. *de can. port. cap.* 1. *num.* 5. *p.* 1. & Guttier. *can. quæst. cap.* 27. *num.* 24. Eiusque Cathedralis est mater, & caput aliarum Ecclesiarum *cap. venerabili de verb. signif.* Quæ communis Parochia est diuisa in Ecclesias inferiores. Parochia enim græcè idem est latinè, ac partitio, vel diuisio, qua etymologia retenta, cùm Ecclesiæ inferiores non diuidantur in alias, nomen Parochiæ propriè residet in Cathedrali, reliquæ verò Ecclesiæ inferiores ideò dicuntur parochiales, quia curam habent diuisam, suisque confinibus limitatam, & propterea omnes de Ciuitate, ac diœcesi sunt verè Parochiani Episcopi, Abb. *in cit. cap. Apostolicæ num.* 2. Archid. *in d. can. sicut alterius*, Vinc. & Hostien. ab eodem Archidiacono adducti. Atque adeò quilibet de Episcopatu potest Sacramenta recipere in Ecclesia Cathedrali, etiam inuito proprio Parocho, vt per Genuens. *in pr. cap.* 76. *num.* 23. quia Episcopus verè est omnium Pastor, parochi verò inferiores potius sunt Coadiutores, quàm pastores, Barbos. *de iur. Eccl. tit. de Offic. & pot. Episc. lib.* 1. *c.* 1. §. 1. *n.* 68. *& seqq. tom.* 1.

2 Quod multò magis, atque excellentiori modo dicendum est de Ecclesia Lateranensi, quæ à sua ædificatione fuit semper Sedes Summorum Pontificum, *can. Constantinus* 2. *d.* 96. & ab illis in suam Cathedralem electa, vt testantur diplomata, quæ superuacaneum est recensere; estque definitum per Sacras Constitutiones Gregorij XII. & Pij V. 49. Sacrosanctam Basilicam Lateranensem supremum locum obtinere super omnes Ecclesias Vrbis, & Orbis, eamque Romanorum Pontificum Patriarchium appellauit Sixtus V. *Const.* 19. Papa autem est Episcopus, & Parochus vniuersalis, habens pro Diœcesi, & Parochia totum mundum *can. cuncta per mundum, can. per principalem* 9. *q.* 3. Glos. *in cap. felicis §. fin. v. priuata de pœn. in* 6. Ac proinde omnes de Ciuitate, ac Diœcesi posse Sacramenta recipere in Cathedrali, tanquam in propria Parochia, tenet Glos. *in cap. officium de Offic. Archipr. v. à foris*, & cum ea concordant vigintiquinque Doctores, quos citat Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 27. *num.* 1. & in specie in die Paschatis, & pro satisfactione præcepti Ecclesiæ, tradit Barbos. *de Paroch. p.* 2. *cap.* 20. *num.* 12. Bonacin. *de Sacram. disp.* 4. *q.* 7. *pun.* 2. *num.* 11. Genuensis, Posseuinus, Sa, Piasecius, & Gesualdus, quos refert Diana *p.* 9. *tr.* 9. *resol.* 64. Francef. *de cathedr. cap.* 21. *num.* 89. qui dicit esse communem sententiam. Et, licèt Diana loco citato, & cum eo pauci aliqui afferant contrarium, quia inquiunt, non inuenitur textus aliquis, in quo decernitur, Cathedralem esse communem totius Diœcesis parochiam, sunt tamen in hoc excusatione digni, cùm textus superiùs allegatos non legerint, vel, si legerint, non ponderauerint. Nam de iure tota diœcesis est vna parochia communis, atque adeò cathedralis est communis.

3 Neque obstat, quod, quamuis quilibet de Diœcesi possit quidem in Paschate adimplere præceptum in Cathedrali, cùm sit parochia communis, administrari tamen debet Eucharistiam per aliquem ministrum, ad id speciatim ab Episcopo deputatum. Nam Parochus Cathedralis, vt particularis est, habens limites determinatos suæ parochiæ, vt alij Parochi, non est minister idoneus, nisi deputetur per specialem facultatem, & ideò Parochus Lateranensis habens suam Parochiam intra præscriptos terminos, vt cæteri, non potest huiusmodi munia exercere sine speciali facultate.

4 Huic namque obiectioni respondetur, Parochum Lateranensem, siue Ecclesiæ Cathedralis non solùm esse Parochum intra limites suæ parochiæ, sicut alij, sed etiam assumitur loco Vicarij perpetui, vt constat ex diplomatibus B. Pij V. Vrbani VIII. & ex decretis S. Congregationis visitationis Apostolicæ, estque Vicarius Papæ in cura animarum, & administratione Sacramentorum. Cùm enim Papa sit Episcopus, & parochus vniuersalis, & ob immensam negotiorum molem nequeat in sua Cathedrali Lateranensi munia Episcopalia, & parochialia exercere, duos Vicarios sibi constituit. Vnum quoad Pontificalia exercenda, alterum quoad Sacramenta ministranda, quibus suos terminos præscripsit. Vndè sicut Eminentissimus Cardinalis Vicarius neque per se, neque per suum Vicesgerentem exercet Pontificalia in alienis Diœcesibus, sed intra suos limites, ita Vicarius ad curam animarum non administrat Sacramenta extra suos fines, & in aliena Parochia, & quemadmodum ille in Cathedrali sua Lateranensi exercet Pontificalia omnibus confluentibus cuiuscumque Diœcesis solemniter baptizando, ordinando, & confirmando, ita & iste administrat Sacramenta in sua Cathedrali omnibus cuiusuis parochiæ concurrentibus, sine alia speciali facultate, cùm hoc eidem officio Vicariatus Papæ competat. Et in omni euentu cùm Illustrissimus D. Vicesgerens possit vnicuique dare facultatem suscipiendi Sacramenta in Paschate in aliena parochia, dum ipse Vicesgerens in Paschate administrat Eucharistiam omnibus ex quacumque Parochia confluentibus ad Ecclesiam Lateranensem, & Vicarius parochus per subsequentes dies munus administrandi Sacram communionem prosequatur, censetur illi dare facultatem illam administrandi, cùm taciti, & expressi idem sit iudicium. Et in specie de administrando Sacramento Eucharistiæ, quod sufficiat licentia tacita, & interpretatiua, docet præ alijs Eminentissimus Laurea *in* 4. *sent. tom.* 1. *disp.* 24. *ar.* 6. *n.* 78.

5 Secundò probatur, quia ex consuetudine parochiani aliarum parochiarum Diœcesis, qui percipiunt Eucharistiam in Cathedrali die Paschatis, satisfaciunt præcepto, vt tenet Diana *loc. cit. in fine*, & constat ex praxi multis in locis. Est autem consuetudo immemorabilis in vrbe recepta, sciente, ac consentiente ipso Papa, vt parochiani aliarum parochiarum Vrbis communicantes in Ecclesia Lateranensi satisfaciant præcepto, adeò vt nunquam Superiores coegerunt illos ad iterum communicandum in eorum parochijs pro satisfactione præcepti. Consuetudo autem cuiuslibet Ecclesiæ, ac Diœcesis debet seruari Glos. *fin. v. vicinis, & v. contraria verò in cap. super eo de censib.* & Rota *p.* 10. *rec. decis.* 153. *num.* 7. Quia consuetudo, quæ non est contra ius, facit legem, & vt lex seruari debet, *l.* 1. *&* 2. *ff. quæ sit long. consuet. l. de quibus §. constat ff. de legib.* In hoc autem casu consuetudo hæc non resistit iuri, vt ostendimus, & infra dicetur. Et cum non reperiatur in iure, quod parochiani cuiuscumque Parochiæ diœcesis non satisfaciant præcepto Paschatis in Cathedrali, ideò standum est consuetudini, vt tenet Rota *cit. p.* 10. *decis.* 232. *num.* 8.

6 Quod maximè dicendum est de consuetudine Cathedralis Papæ, quæ considerari debet

pro

pro interpretatione voluntatis illius , volentis , vt habeat vim legis , prout in ſimili de conſuetudine Cancellariæ Papæ docet Rota *p. 9. tom. 1. deciſ.* 1. *num.* 10. Quæ quidem conſuetudo cùm ſit conformis iuri , non indiget probatione , vel ad ſummum cùm ſit præter ius non habens cannnem contrarium expreſsè , ſufficit probari per decem annos Gloſ. *in cap. fin. in princ. v. conſuetudo de conſuet. in 6.* Rot. *cit. p.* 10. *deciſ.* 102. *num.* 10. Hac igitur conſuetudine retenta , iuncta iuribus allegatis , remanet plenè probatum , parochianos cuiuſcumque Parochiæ vrbis ſine licentia ſuorum Parochnrum ſatisfacere præcepto Paſchatis in Eccleſia Lateranenſi , prnut in hac ſpecie de hac Baſilica Cathedrali Papæ docet Franceſ. *cit. cap.* 21. *num.*119.

7 Nonobſtant *can. Eccleſias* 13. *q.* 1. de diuiſione Parochiarum , facta à Dionyſio Papa . Nam præter id, quod Vicarius Lateranenſis non inuadit terminos alterius Parochiæ , vt ibi dicitur, exigendo decimas, vel miniſtrando Sacramenta , ſed intra limites ſuos vtitur iure ſuo , adhuc etiam reſpondetur , erectionem Cathedralium , earumque priuilegia eſſe poſteriora illa diuiſione , vt latè oſtendit Franceſ. *d. cap.* 21. Et illa diuiſio ordinata fuit ad regimen particularium Eccleſiarum , ſalnis ſemper iuribus Epiſcopi , communis , & vniuerſalis totius diœceſis Parochi , cui pro communi Parochia , & ſponſa fuit erecta cathedralis. Lex antem poſterior derogat priori , *l. ſed & poſteriores ff. de legib.* cum vulgò alijs.

8 Pariter non obſtat *can. omnis vtriuſque de pœn. & remiſ.* vbi decernitur , communionem annuam ſuſcipiendam eſſe in Paſchate à proprio Sacerdote. Nam pro Sacerdote proprio exponunt Doctores pro Papa , Epiſcopo , & Parochn , eorumque Vicarijs , vel ab eis deputatis, Io. Andr. *in d. cap. omnis num.*12. Anchar. *num.* 8. Abb. *num.* 12. Henric. Boyc. *num.* 2. Alenſ. *in Sum. p.*4. *q.*19. *de confeſ. membr.* 1. *ar.* 3. Fagn. *num.* 56. alijque . Et ideò poſſunt parochiani cuiuſlibet parochiæ ſuſcipere Sacramenta in cathedrali pro, ſatisfaciendo præcepto Paſchali , & non indigere licentia parochorum , notat Abb. *loc. cit.*

9 Neque refragatur Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de reform.* Nam ſi ſtandum eſſet in rigore verborum Concilij , cùm ibi loquatur indiſtinctè , nullo Sacramento , ac tempore exceptn , parochiani in nullo vnquam tempore Sacramentum aliquod poſſent ab alio recipere , niſi à ſuo proprio Parocho , & tamen praxis vniuerſalis eſt , vt tantummodò Communionem in Paſchate à ſuo Parocho recipiant . Vndè deducitur , Concilium loqui in terminis prædictorum Canonum , quibns iam ſupra reſpondimus. Eſtque aduertendum , Concilium vti verbo *licitè* , non autem *validè* . Quare demptis etiam iuribus citatis , & ſola conſuetudine retenta , huiuſmodi communio ex conſuetudine in cathedrali remanet licita . Conſuetudo enim facit de non licito licitum , Barboſ. *axiom.* 56. *num.*3.

10 Quod verò ad abſurda , quæ ex hac libera Euchariſtiæ ſuſceptione pro præcepto Paſchali in Eccleſia Lateranenſi , ſiue Cathedrali euenire poſſunt , dicimus non ſolùm illa ex prohibitione huiuſmodi ſuſceptionis ceſſare non poſſe , ſed alia maiora inde ſequutura , ſi prohibeatur . Primum namque ſequeretur abſurdum priuare Eccleſiam Cathedralem iuribus ſuis . Secundum obuiam ire conſuetudini immemorabili Eccleſiæ Lateranenſis , & omnium Cathedralium orbis , quod fieri non poteſt ſine graui ſcandalo . Tertium , quia cum Roma ſit patria communis , & magna pars in illa habitantium ſit extera , adque Lateranenſem Baſilicam ob eius inſignem excellentiam , & primatum valdè ſint proni , eſſet profectò maximum abſurdum prædictos fideles hac ſua deuotione priuare , cùm id non ſolùm diminuat cultum ipſius Baſilicæ , quæ eſt mater , & caput omnium Eccleſiarum , ſed quodammodo redundaret in dedecus Pontificiæ maieſtatis , cuius dicta Baſilica eſt ſponſa . Quartum eſſet cogere quamplurimos parochianos aliquando acerrimè , & iniuſtè vexatos à ſuis parochis , vt ex illorum manibus Euchariſtiam recipiant . Quod eſſe poterit fomentum ſcandalorum .

Abſurdis verò , quæ contra abduci poſſunt , alio 11
modo obuiandum eſt . Nam ſi Parochi diligenter perquirant numerum perſonarum , quæ cum publico aliquo crimine viunnt , vti ſunt meretrices , concubinarii , & huiuſmodi , extaretque decretum ab ipſis die feſto publicandum , & ad valuas Eccleſiarum Parochialium affigendum , in quo prohibeatur , ne prædictæ perſonæ audeant ad Sacramenta in die Paſchatis in propria , neque in aliena Parochia , niſi prius conſtiterit proprijs earum Parochis de earum emendatione per teſtes idoneos probanda , idque ſub pœna in ſacrilegos, vtique abſurda tollerentur , & adhiberetur ſufficiens remedium, ac fortaſſis quamplures ad meliorem frugem redirent.

At nihilominùs tenendum eſt , eos non ſatisfa- 12
cere in rigore iuris præcepto Eccleſiæ de annua Communione , niſi in propria Eccleſia parochiali , vel niſi Summus Pontifex , vel eius Cardinalis Vicarius , ant Vicarij viceſgerens , vel Epiſcopus, vel ſaltem proprius eorum Parochus expreſsè conſentiat . Primò quia , præter poteſtatem ordinis in adminiſtratione Euchariſtiæ , requiritur etiam poteſtas iuriſdictionis , & ideò non eſt liberum cuilibet Sacerdoti hoc Sacramentum miniſtrare , ſed ſolam habenti iuriſdictionem reſpectu eius , cui illud adminiſtrat , vel facultatem ab eo , qui talem iuriſdictionem habet , vt colligitur ex *Clem. dudum de ſepult.* & in ſpecie de hoc Sacramento ſic legitur in Concilio Carthag. 1. *cap.* 7. *ſtatuat grauitas veſtra , vnuſquiſque Clericus , vel Laicus non communicet in aliena plebe literis Epiſcopi ſui . Et omnes Epiſcopi reſponderunt . In hoc & Clero , & laicis conuenientiſſimè prouideri* . Idem decernitur in Concilio Meleuitano *cap.* 18. quibus in locis licèt prohibitio fiat ex parte communicantium , ne ab alienis Euchariſtiam percipiant , tamen relatio hæc mutua eſt , & reciproca obligatio . Quæ etiam in ipſo naturali iure fundata eſt , ſuppoſita Chriſtianæ Reipublicæ inſtitutione , & debita gubernatione, vt nemo mittat falcem in meſſem alienam , nec ius alienam vſurpet , alioqnin nec iuſtitia , neque pax ſeruari poſſunt , nec diuina myſteria conuenienter diſpenſari , neque animabus fidelium pro earum captu , vel neceſſitate prouideri . Et ideò antiqua etiam conſuetudine ſeruatum eſt , vt qui præeſt , hoc Sacramentum populo diſpenſet , vt colligere licet ex Dionyſio *cap.* 3. *de Eccleſ. hierarch.* Iuſtino *apolog.* 2. *pro Chriſtian.* Tertulliano *lib. de cor. milit. cap.* 3. & ex *cap. omnis vtriuſq. ſexus de pœnit. & remiſ.*

Secundò quia , licèt Parochos Lateranenſis , vel 13
Cathedralis poſſit omnium confeſſiones audire , non ideò eſt omnium Parochus . Sicut nec Regulares, qui etiam in Paſchate audiunt omnium confeſſiones , dicuntur eorum Parochi , nec poſſint illis alia Sacramenta parochialia miniſtrare.

Deinde quia Parochus Lateranenſis , vel Cathe- 14
dralis non eſt Parochus omnium incolarum vrbis , vel Ciuitatis , vt, ſaltem loquendo de iure , & ex conſuetudine hodierna docet Sanchez *d. diſp.* 27. *num.*2. ex quo infert , non eſſe validum matrimonium celebratum coram Archipreſbytero Eccleſiæ Cathedralis ab incolis habitantibus in alia Parochia eiuſdem Ciuitatis . Quod etiam docet Pontius *lib.* 5. *de matr. cap.* 12. *num.* 7. Vndè ſicut Concilium Tridentinum exigit præſentiam proprij Parochi

ad valorem matrimonii, ita præceptum communionis paschalis *in d. cap. omnis* exigit, quod accipiatur à proprio Parocho, vel de eius licentia. Si ergo in Tridentino nomine proprij Sacerdotis non intelligitur Parochus Ecclesiæ Cathedralis, nisi in ordine ad incolas illius particularis parochiæ, quæ ipsius curæ assignata est, eodem modo in præcepto communionis paschalis nomine proprij sacerdotis *in d. cap. omnis* non debet intelligi Parochus Ecclesiæ Cathedralis, nisi in ordine ad incolas suæ peculiaris Parochiæ.

15 Ac postremò quia Ecclesia Cathedralis non habet de iure communi hoc priuilegium; nam nullibi id decernitur. Etenim *in can. sicut alterius 7. q. 1.* nil amplius habetur, quàm quod Ecclesia vnius Episcopi ab alio disponi non debet. *In can. Bonares 12. q. 2.* solùm decernitur, quod non vltra quinquagesimam partem rerum Ecclesiæ Monasterio, quod substituit, Episcopo licet conferre. Idem confirmatur *in cap. Apostolicæ de donat.* quibus in locis, licèt fiat mentio Parochiæ Episcopi, nullum tamen continetur verbum, quod qui in illa communionem recipiunt, satisfaciant præcepto Ecclesiæ, publicato *in d. cap. omnis de pœnit. & remiss.* In illo verò *cap. 1. de rapt.* tantùm sancitur, quod ratione rapinæ sortitur quis forum non sui Iudicis, & ab eo poterit puniri, proprio Iudice suffragante, ibique nomine pareciæ intelligitur Diœcesis, non autem Ecclesia Cathedralis. Vsitatum enim est nomen pareciæ in iure pro diœcesi Episcopali, *in cap. Excommunicamus §. adijcimus de hæret. in cap. 3. de paroch. & parochian. in can. obitum 6. d.* in Concilio Antiocheno *cap. 9.* ibi: *Vnusquisque Episcopus habeat in sua potestate suam porochiam*, & apud Burchardum *lib. 1. decret. cap. 83.* dicuntur ita & vniuersales, & singulares, seù particulares parochiæ *in cap. 1. de offic. Archid. & in cap. Cum nullus de temp. ordinat.* ac alibi, & ideò de iure communi omnes debeant communionem recipere in sua propria Ecclesia parochiali. Immò hoc ius non est concessum Ecclesiæ parochiali, sed proprio pastori per *d. cap. omnis de pœnit. & remiss.* & notat Host. in eumdem textum, vbi etiam aduertit, quod etiam si quis communionem reciperet in sua Ecclesia parochiali sine licentia sui pastoris, non satisfaceret præcepto, quia, vt dixi, hoc ius non est concessum Ecclesiæ parochiali, sed proprio Pastori, cuius expressa, & specialis licentia requiritur, vt ab alio quis recipiat communionem, etiam in sua propria Ecclesia parochiali.

16 Non obstant superiùs adducta. Quia præeminentia Ecclesiæ Lateranensis, vel Cathedralis supra alias Ecclesias non tollit, quin singulæ parochiales Ecclesiæ habeant iura propria curæ sibi commissæ, sicut præeminentia Archiepiscopi supra Episcopos suffraganeos non tollit iura singulorum Episcoporum, in quibus ne ipse quidem Metropolitanus potest se ingerere, nisi in quibusdam casibus à iure statutis. Sic etiam Parocho Ecclesiæ Lateranensis, vel cathedralis assignati sunt termini, intra quos deferre potest Sacrum Viaticum ægrotantibus, eosque oleo Sancto vngere, ac mortuos sepelire, eorumque quartam funeralem accipere, quando alibi sepeliuntur; extra illos verò terminos suæ propriæ parochiæ nihil horum exercet, quia non pertinet ad eum cura animarum, quæ sunt in alijs Parochiis. Quemadmodum ergo ijs non ministrat Viaticum, vel Extremam Vnctionem, ita non debet eis dare Communionem paschalem, quæ non minus spectat ad proprium Parochum, quàm spectant illa alia. Licèt ergo Ecclesia Lateranensis, siue Cathedralis sit parochia vniuersalis totius Ciuitatis, & diœcesis, relinquit tamen vnicuique Parochiæ propria iura ipsarum, nec ea sibi vsurpat, quia ab illa vniuersalitate Parochiæ seiuncta sunt. Et proinde debent singulis parochijs illæsa conseruari, ita exigente ipsarum institutione, cùm non sint confundenda iuxta *ca. 1. 6. q. 3. cap. nullus 9. q. 2. & d. can. Ecclesias 13. q. 1.*

17 Neque verum est, quod Parochus Lateranensis sit Vicarius Papæ in cura animarum totius vrbis, sed tantùm est Vicarius Capituli Lateranensis pro sola cura Parochiæ Lateranensis, vt loquuntur citatæ Constitutiones. Minùs obstat, quod non inuadit terminos alterius Parochiæ, nam sufficit, quod inuadat iura alterius, vt etiam loquitur textus *in d. can. Ecclesias* his verbis. Dionysij Papæ *Ecclesias singulas singulis Presbyteris dedimus. Parochias, & cœmeteria eis diuisimus, & vnicuique ius proprium habere statuimus, ita videlicet, vt nullus alterius Parochiæ terminos, aut ius inuadat, sed sit vnusquisque suis terminis contentus, & taliter Ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni Iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat.* Inter autem iura propria Parochi est ius recipiendi Eucharistiam in Paschate ab eius manibus. Nec loquitur canon de terminis tantùm materialibus, sed formalibus, nempè de iurisdictione, ac iuribus parochialibus. Et quoad consuetudinem illa non suffragatur, etiamsi esset immemorabilis, cum sit sublata à S. Concilio Tridentino *d. cap. 13. sess. 24.* Quod verò dicitur de Eminentissimo Cardinali Vicario, vel eius Illustrissimo Vicesgerente, quod possit conferre ordines in Ecclesia Lateranensi quibuscumque ad illam confluentibus, falsum est ex eodem Tridentino *sess. 23. c. 8. de reform.* ex quo requiruntur dimissoriæ, siue licentia ordinarij, sine quibus ordinatio ab alieno Episcopo prohibetur sub pœna suspensionis tàm in ordinantem, quàm in ordinatum.

Atque sæpiùs declarauit Sac. Congregatio Concilij, nominatim in Limana, in Sutrina, & in Perusina mense Septembris 1649. & Sanctissimus D. Noster Innocentius XI. Sacrorum Canonum custos religiosissimus sub die 5. Februarij anni 1682. in audientia Reuerendis Parochis Vrbis quotannis à Sanctitate sua publicè data, inter cætera suæ viuæ vocis oraculo decreuit, omnes vtriusque sexus fideles, qui in vrbe commorantur, teneri pro satisfactione præcepti annuæ Communionis paschalis sacram Communionem à suo proprio Pastore, ac Parocho in suis Ecclesijs Parochialibus, in quarum parochijs habitant, suscipere, nulloque modo dicto præcepto satisfacere per Communionem in Ecclesia Lateranensi, vel Vaticana, vel nationali cuiusuis nationis, vel in quacumque alia susceptam. Et ita in posterum omninò seruari mandauit præsentibus Eminentissimo Cardinali Vicario, Illustrissimo Vicesgerente, meque Cleri Romani Camerario, ac omnibus Parochis Vrbis, non obstantibus quouis decreto Congregationis Visitationis Apostolicæ, aliarumque Congregationum, ac priuilegijs, & consuetudinibus quibuscumque, etiam immemorabilibus. 18

Poterit verò Episcopus, si voluerit permittere, quod omnes sui subditi Communionem paschalem recipiant in Ecclesia Cathedrali, cùm ipse sit eorum omnium Parochus. Quandiu tamen Episcopus hanc licentiam non tribuit, singuli debent in suis propriis Ecclesijs Parochialibus Communionem recipere à suis pastoribus, vel de eorum licentia, vt præcepto Ecclesiastico satisfaciant. Si quis autem bona fide in Ecclesia Cathedrali absque huiusmodi licentia communionem sumpserit, ob hanc causam pro illa vice non erit molestandus. 19

CONSVLTATIO XC.

An Monasterijs Monialium licitum sit, an verò Simoniacum exigere aliquam Summam nomine dotis, ac de illa pacisci pro victu, alijsque necessarijs ad sustentationem puellæ volentis ingredi Monasterium? Vbi quid de alijs pactis?

1 HÆc controuersia olim ab antiquis Doctoribus diù agitata, variè resoluta, inter recentiores dubia, multorum conscientias adhuc perturbat ob metum committendi Simoniam. Etenim qui asserunt hoc esse Simoniacum his vtuntur rationibus,

2 Primò, quia siue consideretur ingressus Religionis per susceptionem habitus ad probationem, siue ad professionem, seù vota, per quæ verus status Religionis constituitur ex natura rei, & ex vi iuris diuini Simoniacum est recipere aliquam in Monialem, vendendo illi religiosum statum. Et hoc modo status, seù ingressus Religionis vera, ac propria materia Simoniæ existit; quia res illa maximè spiritualis est, tam ex parte principij, quod est Spiritus Sanctus, quàm ex fine proximo, & per se, qui est cultus Dei perfectus, & spiritualis profectus ingredientis. Quare iura in hac materia de vtroque ingressio indifferenter loquuntur, vt rectè notauit Nauarrus *cons.86. de Simon.* & patet ex *cap. Nullus 1. quæst.2. ex cap. Non satis, & cap. de Regularibus, cap. Veniens, cap. Quoniam, & cap. Audiuimus de Simon.* & ex *Extrauag. 1. de Simon.* quibus in locis prohibetur talis receptio ex parte Monasterij ex pacto.

3 Secundò, quia de Institutione Ecclesiæ est, quod puellæ, quæ volunt ingredi legitimè in Monasterium, habeant aliquam participationem iuris, quasi ad rem, vt de bonis Monasterij gratis sustententur; quod ius spirituale est. Petere igitur ab eis aliquid intuitu sustentationis, est vendere illis ius, quod ingrediendo Monasterium acquirere possunt, ac debent ad suam sustentationem ex bonis Ecclesiæ. Hoc autem est vera Simonia non solùm quia prohibita, sed per se, & ex natura rei. Sicut si Episcopus nollet ordinare habentem beneficium ad eius titulum, sed ad titulum patrimonij, cogendo illum ad applicandos fructus beneficij, vel patrimonij ad alia opera pia, vel ad sustentandos alios Clericos, committeret Simoniam. Ita in præsenti. Nam. quæ vult ingredi Monasterium, habet quasi beneficium ab Ecclesia, vt ad titulum bonorum Monasterij consecrari debeat moniali. Atque adeò exigere ab illa dotem, vt bona Monasterij ad alios vsus applicentur, vel certè vt dos ipsa in alios vsus expendatur, & quæ illam dedit, alatur ex bonis Monasterij, Simonia est, & iniustitia.

4 Tertiò, quia id deducitur in pactum; quod in hac specie reprobat, Gloss. *in d. cap. Non satis*, quam ibi Abb. Socinus, & alij sequuntur; deducere autem in pactum rem spiritualem pro temporali est Simonia.

Et hanc ob causam Doctores fatentur esse prohibitam talem exactionem, saltem de Iure Ecclesiastico; quia est prohibita omnis pactio in ingressu Religionis pro sustentatione necessaria, etiam in paupere Monasterio; ij sunt Innoc. *in cap. Tua nos de Simon.* Archid. *1. q.2. in princ.* Vgolin. *tab. 1. cap.4. §. 1. num.16.* qui etiam addit, prohibitionem illam nunc esse in suo vigore, & non esse consuetudine abrogatam; quæ prohibitio habetur *in can. nullus 1. q.2. in d. cap. Non satis de Simon. & in cap. In Ecclesia, & cap. Veniens eodem tit.* & clariùs *in d. cap. de Regularibus, & in cap. Audiuimus, & in specie in cap. Quoniam de Simon. & in Extrauag. 1. eodem tit.*

5 Quæ sanè præcipuum locum habent in casu, quo Monasterium est opulentum. Tunc enim est Simonia, saltem iuris Ecclesiastici, exigere aliquid pro sustentatione ingredientis. Docet hoc D. Thom. *in 4. d.25. q. 3. ar.2. ad 7.* vbi ait: *Si sine grauamine Monasterij possit recipi Nouitius, Simoniacum est aliquid exigere.* Idemque tradit Adrian. *quodlib.9. lit.V.* Victoria *relect. de Simon. p.2. num.12.* vbi dicit, omnes Doctores sentire hoc esse Simoniacum; quia ius viuendi de bonis Monasterii sic est annexum professionis sicut præbenda Officio Ecclesiastico. Sicuti ergo pro præbenda non potest quidquam exigi, ita neque pro iure sustentationis; quod tenet Nauarrus *com.2. de regular. num.29.65.* & alibi.

6 Quartò, quia vel exigitur aliquid pro ipso statu, vel pro iure alimentorum. Si pro statu, est expressa Simonia iuris diuini. Si pro Iure alimentorum, cùm hoc ius sit debitum ratione status, censetur velle vendere ipsum statum, ex quo hoc ius prouenit. Sustentatio enim ingredientis Religionem est essentialiter, & inseparabiliter annexa ipsi admissioni, & ingressui in Religionem; ideòque omne id, quod exigitur à petente, recipi ad habitum religiosum pro illius alimentis, dicitur exactum pro admissione ad Religionem.

7 Ac denique quia iura prohibent, ne recipiantur in Monasterio plures personæ, quàm ex redditibus Monasterii possint sustentari, vt patet ex *cap. vn. §.1. de Stat. Regul. in 6.* ex Sacr. Concil. Trid. *sess.25. cap.3. de ref. Regul.* & ex decretis Clementi VIII. de Regularibus, aliorumque Pontificum, quod locum etiam habet in Monasteriis puellarum ex Concil. Atelatensi *cap.8.* & ex *cap Non amplius de Instit.* Idque ne ad mensuram personarum quæramus possessiones, quod nimis auarum est, sed ex possessionibus, quæ sunt, metiamur expensas, vt in Auth. *vt determin. sit n. Cleric.* post *med. collat.1.* Io. Andr. *in d. cap. Non amplius n.3.* Card. *in 1. notab.* & Anchar. *num.2.* Ergo supponunt hæc iura, nihil posse recipi pro sustentatione ingredientis, sed debere ex redditibus Monasterii sustentari, atque adeò dotis exactio est illicita, & Simoniaca per textum *in cap. Quoniam de Simon.*

8 His tamen non obstantibus, tenendum omninò est, ad sustinenda onera temporalia, quæ Religio in se suscipit cum tali persona, non esse ex natura rei, & ex vi iuris diuini Simoniacum, aut illicitum exigere aliquid, quia non exigitur tanquam pretium, siue temporale pro spirituali, sed pro temporali. Sicut enim matrimonium & est Sacramentum, & humanus contractus, & quatenus est contractus habet annexa onera temporalia, & incommoda, quæ non possunt sine temporalibus bonis sustineri; & ideò licitum est, vt vterque coniugum aliquid ad hoc conferat; ita professio religiosa & est status quidem spiritualis, & oblatio, quæ fit Deo, quoddamque genus consecrationis talis personæ ad cultum Dei, & prætereà est contractus quidam humanus inter Religionem, & Religiosum; nam iste se illi tradit, illa istum recipit, seque obligat ad eum sustentandum, & ita in se suscipit omnia onera temporalia, quæ ad huiusmodi sustentationem sunt necessaria; quare licèt status Religiosus, quatenus spiritualis est, vendi non possit, nec aliqua re temporali compensari, tamen quatenus est contractus, onus illud indiget subsidio temporali, ac proinde non est contrarium, neque alienum à ratione naturali, vt puella, quæ Religionem ingreditur, temporale aliquod subsidium secum afferat, quo ad eam sustentandam Religio iuuetur, & proinde Caietanus *in 2. 2. q.100. ar.3.* ait, hoc esse ius naturale.

9 Neque hoc est iure Ecclesiastico simpliciter prohibitum, vt sentit D. Thom. *in cit. ar.3. ad 4.* vbi dixit, absolutè id esse licitum. Hoc autem non dixisset, si iure positiuo esset prohibitum; quod si tempore D. Thomæ non extabat talis prohibitio, neque modò extat. Nam, vt aduertit Nauarrus mox citandus, iura, quæ videri possunt hoc prohibere, iam eo tempore lata erant. Magis perspicuè idem D. Thomas id tradidit *in 4. d.25. quæst.3. art. 3. quæst.1. ad argum.* ibique Palud. *quæst. 5. num.20.* Caietan. *in cit. ar.3. & in Sum. v. Excommunicatio*

catio

*tatio cap.*73. D. Antonin. 2. *p. tit.* 1. *cap.*5. §.18. Syluest. *v. Simonia quaest.*15. Angel. *eodem num.*4. Tabien. *num.* 13. *& seqq.* Sot. *lib.*6. *de iust. quaest.*6. *art.*2. Nauat. *in man. cap.*27. *num.* 106. & de *reddit. Eccles. quaest.*1. *monit.*60. *num.*2. notauitque Surd. *de alim. tit.*9. *quaest.*27. *num.*5. Suarez *tom.*1. *de relig. lib.*4. *cap.*17. *num.*16. *& seqq.* Miraod. *de Monialib. quaest.*8. *ar.*6. *&* 7. Portel. *in addit. v. Moniales num.* 19. Hieronym. Rodriq. *resol.*54. *num.*1. Diana *p.*3. *tract.*2. *resol.*100. Layman. *lib.*4. *tract.*10. *cap. vlt. num.*39. Barthol. de Vecch. *in pr. nouit. disp.*1. *dub.*3. *num.*5. Tambur. *de Iur. Abbat. disp.*5. *quaest.*3. *num.*3. Pellizar. *de Monial. cap.*3. *sect.*2. *num.*40. alijque, vt proindè hanc seotentiam communem appellet Suarez *loc. cit. num.*7. quod etiam docet Glossa *in dd. cap. Non satis*, *& in cap. Quoniam de Simon.* quam ibi Abbas, & alij sequuntur, Turrecrem. *in can. de pracepto* 1. *quaest.*2. ibique Cardinalis, qui plures antiquiores adducit, & Anania *in rubr. de Simon.*

10 Rationem autem reddit Suarez *loco citato*; quia nullum extat decretum, quod talem prohibitionem generalem sufficienter ostendat. Vel si extat, cùm sit prohibitio merè humana, contraria coosuetudine abrogatum est. Constat autem, hanc consuetudinem de facto esse, ac seruari, essetque moraliter impossibile, vt plures puellæ in Monasterijs recipiantur, nisi possit ab eis recipi, vnde sustententur; oon est autem verisimile voluisse Ecclesiam præcludere viam tot puellis ad statum perfectionis, atque adeò non est verisimile id prohibuisse, sed solùm illod, quod contra spiritualem rationem status Religiosi, quatenus spiritualis est, committi potest. Atque adeò non potest dici corruptela, aut irrationabilis, sed potiùs laudabilis, quam seruandam esse decernit *cap. Ad Apostolicam de Simon.* Honestatur enim titulo sustentationis, & post *extrauag.* 1. *de Simon.* tolerata fuit, & contra illam præualuit, itaut omnia ad conuenientem sustentationem reduci possint.

11 Non obstat, quod intercedat pactum. Nam, stando in iure naturali, non est illicitum deducere in pactum, quod licitum est ita petere, vt oisi detur, opus non fiat, vt rectè sensit Caietaous *loco citato*, quem alij sequuntur. Si enim petitio, & acceptio pro sustentatione non est Simoniaca, pactum cadens supra talem rem, vt subsidium sustentationis, non cadit in materiam Simoniæ. Cumque ijdem Auctores, qui volunt, vt hoc pactum non intercedat, supponant, ius Canonicum oon prohibere petitionem sustentationis necessariæ, quam ius naturæ non prohibet, vtique nec pactum eam prohibebit, nec est cur prohibeat, cùm ex rei natura id noo est prohibitum, & aliàs constat, esse iustum.

12 Idemque dicendum est stando in iure Ecclesiastico, vt euidens est, explicando omnes textus, & Doctores, quos contra adduximus, & adduci possunt. Et quidem, licèt Innocent. *in cap. Tua nos de Simon.* referat hanc opinionem, non tamen in illa se firmaot, nam subiungit: *alij dicunt, quod talis acceptio non est Simoniaca arg. si quis* 1. *quaest.*2. nihilque ampliùs dicit. *In can. Nullus* 1. *eadem quaest.* non aliter prohibetur pretio vendi, & cum pacto ingressus Religionis, quàm ordinatio, & id genus alia. Vndè intelligitur ibi prohiberi id, quod iure diuino prohibitum est, venditionem scilicèt rei spiritualis. Similis omninò prohibitio est, quæ habetur in *cap. Non satis de Simon.* & quæ accipi potest *ex cap. Cùm in Ecclesia*, *cap. Veniens*, *cap. Dilectus* 2. *& ex cap. de Regularibus eodem*, in quo non explicatur in quo Simonia pro ingressu in Religionem posita sit, & ideò intelligendum est, illam consistere in venditione ipsius ingressus. Quare ibidem dicitur. *Cùm super hac*, idest super detestatioo em Simoniæ, *authoritates multa reperiantur expressa*, quæ non suot, nisi illæ, quæ habentur 1. *quaest.*1. vt ibi Glossa notat. Io illis autem præcipuè damnatur Simonia, quæ multa est de se, non verò fit specialis prohibitio circa hunc ingressum de re, quæ de se multa non est. *In cap. Audiuimus de Simon.* in quo prohiberi videntur omnes huiusmodi exactiones, non solùm quæ verè sunt malę, & contra ius diuinum, sed etiam illæ, quæ habent speciem mali, non agitur de dote, quæ postulatur tantùm pro sustentatione eius, quæ ingreditur Monasterium, sed de pitantiis, seù propinis, quæ solent exigi pro singulis Religiosis, & non videtur damnari tam contributio, quàm modus exigendi, quia *difficultates*, inquit Pontifex, *ingerunt, & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum.*

13 Minùs refragatur *d. cap. Quoniam de Simon.* vbi de Monialibus fit specialis prohibitio, ne pecunia pro eorum ingressu exigatur, etiam paupertatis prætextu. Sed ibi tantùm prohibetur venditio ipsius ingressus, quæ prætextu paupertatis fieri potest à Monasterijs, etiam verè pauperibus. Nam sub specie recipiendi aliquid ad sustentationem, multò plus exigunt ratione ipsius ingressus. Vndè rectè dixit Nauarrus *vbi supra*, ex pacto oihil posse recipi, nisi quod alendæ vni personæ est necessarium, & si aliquid vltra petatur, illicitè fit. Nam quando plus exigitur, quàm quod ad vnam personam sustentandam commodè iuxta exigentiam talis status sufficit, non apparet qua ratione, aut quo titulo id honestari possit, etiamsi fiat prætextu paupertatis. Esset enim titulus coloratus, & non verus. Et hoc est, quod videtur reprobari *in d. cap. Quoniam.*

14 Minùs etiam officit Vrbanus IV. *in Extrau.* 1. *de Simon.* quæ specialis item est in hac materia. Nam in ea nulla fit ooua prohibitio, sed tantùm renouatur antiqua, solùmque additur excommunicatio; quod expressè habetur in ipso textu sob initio his verbis: *detestabilis, & à Canonibus reprobata seruatur abusio*, & inferiùs: *Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, & alijs pœnis in talia præsumentes inflictis à Iure in suo robore duraturis pœnam adijcere grauiorem.* Et paulò post ait. *Quamuis sit à iure inhibitum.* Antiqua autem iura, vt ostendimus, noo prohibent sustentationem recipere, vel dare. Ergo neque hæc extrauagans id prohibet. Solùm igitur in illa prohibentur exactiones illæ, quæ sine vera necessitate fiunt, & onerosum reducit; & moraliter valdè difficilem Religionis ingressum, & occasiones sunt multorum scandalorum; quæ omnia in veram, & necessariam sustentationem non conueniunt. Quò planè spectant illa verba. *Quoscumque pastus, seù prandia, pecunias* (vtique per modum distributiuum) *iocalia, aut res alias, etiam ad vsum Ecclesiasticum, seu quemuis pium vsum deputata, vel deputanda &c.* hoc est munuscula, & dona, quæ pro sacristia, valetudinario, vel alijs huiusmodi vsibus extorqueri solent, quæque non pertinent ad personæ sustentationem. Hæc enim videntur reprobari, præsertim in illis *cap. audiuimus, cap. quoniam, cap. tua nos*, & maximè *in d. Extrauag.* 1. *de Simon.* Quapropter in his moderatio adhibenda esset, vt saltem si propter consuetudinem accipiuntur, non negarentur spiritualia, nisi illa darentur, at seruaretur modus illa petendi, præscriptus *in cap. ad Apostolicam de Simon.* Si qoi verò excessus in hoc committuntur, non sunt contra ius diuinum, & ex consuetudine tolerari possunt; præsertim quia possunt aliquo modo ad necessariam sustentationem reduci. Quod quidem non videtur carere scrupolo. Quia *in cit. Extrauag.* dicitur. *Ex statuto etiam, seu consuetudine, quæ corruptela est potius dicenda*; & postea in prohibitiooe dicitur: *directè, vel indirectè, vel quoquo modo.* Moderationem hanc instituit Alexander VII. Constitutione sua, & eius Em. Cardinalis Vicarius suis edictis, & in suis diœcesibus instituere debeant Episcopi.

15 Pariter non obstat *cap. vn.* §.1. *de stat. Regul. in* 6. & Sac. Concilium Trid. *sess.*25. *c.*3. *de ref. Regul.* in quibus prohibetur, ne recipiantur in monasterio plures personæ, quàm ex redditibus monasterij possint sustentari. Quia Concilium vel ampliauit, vel declarauit *d. cap. vn.* dum addit: *vel ex redditibus proprijs, vel ex consuetis eleemosynis.* Nam sub his redditibus, ac eleemosynis comprehendi possunt dotes, quas secum afferunt puellæ, cùm recipiuntur. Eo ipso enim, quo bona inferuntur in monasterium, hoc ipso fieri bona monasterij. Quare Nauar-

rus

rus *in cit. monit. vlt.* definiens, esse licitum recipere eum competente dote aliquam in Monialem vltra numerum, qui ex redditibus Monasterij susteotati potest, ait, tam ius antiquum, quàm nouum exponendum esse, ne plures recipiantur indotatæ, cum dotibus tamen recipi possint, ita vt noo grauetur Monasterium; quod confirmatur ex eodem Sacr. Concilio *d. sess. 25. cap. 16. de Regul.* in quo permittit aliquid recipere pro sustentatione io Nouitijs pro tempore probationis. Si enim pro sustentatione io Nouitiatu id licet, eadem ratione licebit pro sustentatione totius vitæ.

16 Solùm autem difficultatem ingerunt multi Auctores, qui moderationem hanc adhibent, vt scilicèt reuera Monasterium egeat, itaut non habeat redditus sufficientes ad sustentandum plures Moniales. Quidquid dixerit Sotus *d. lib. 9. de Iust. quæst. 6. art. 2. ad 4.* inferens oon solùm Monasterio egenti, sed etiam diuiti per se loquendo, & ex natura rei licitum esse petere aliquid ad sustentationem eius, qui vult ingredi Religionem; quia si id in egente non est Simonia, oeque in diuite erit. In vtraque enim idem pro eodem petitur: ergo est licitum, quia non est contra iustitiam, neque contra aliam virtutem. Nam licèt Monasterium sit diues, non tenetur bona sua expendere io susteotationem huius personæ, maximè si ipsa potest secum afferre, vnde alatur. Nulla ergo deformitas in tali actu apparet, immò videtur, hoc posse esse laudabile, vt aliqui pauperes sine vllo huiusmodi subsidio possiot in Religione recipi, vel vt Religionis bona conseruentur, & ad maiorem spiritualem profectum augeri possint. Quidquid enim dixerit Sotus, quod inspecta sola ratione verisimile apparet, considerando tamen dicta Doctorum, & Canonum decreta, quæ in re morali maioris sunt ponderis, difficile videtur. Nam D. Thomas *d. quæst. 100. ar. 3. ad 4.* cum limitatione dixit. *Si Monasterium sit tenue*, & iterum: *Si ad hoc non sufficiant Monastery opes*. Idemque tenet, ac declarat Caietanus, alijque ferè Doctores. Ac ipse D. Thomas *in 4. dicta d. 25. quæst. 3. art. 2. quæst. 2. ad 7.* post eamdem limitationem planiùs, & apertiùs addidit. *Si autem sine grauamine Ecclesiæ potest recipi, simoniacum est aliquid pro receptione exigere*. Præterea expendi ad hoc potest *d. can. quàm pio 1. quæst. 2.* quem D. Thomas adducit, vbi Pontifex omnes huiusmodi exactiones prohibet, *nisi quasi subsidy gratia*, & hoc ipsum subsidium vult subsequi potiùs, quàm præcedere, vt omnis præsumptio tollatur, vt ibi notat Glossa. Item *in dict. cap. Quoniam* prohibetur huiusmodi receptio, etiam *sub paupertatis prætextu*. Propriè autem dicitur prætextus paupertatis, quando reuera paupertas non subest, & allegatur. Vndè Glossa *ibi* ait: *Si Religiosi verè pauperes sint, ita vt non possint alium sustentare, posse illi dicere: Non habemus, quod demus tibi pro victu, nisi tu portes, vnde viuas, dummodò id non dicatur in fraudem*. Atque adeò secluso verò titulo paupertatis, hoc est prohibitum. Immò Glossa Bernardi *ibi* subdit (sed nimis religiosè) etiam interueniente paupertate, tutiùs esse, neminem admittere, quàm illo modo aliquid exigere. Præterea Syluestr. *v. Simonia num. 15.* latè hoc disputans dicit, esse communem senteotiam plurimorum, quos ibi refert, exigere aliquid pro sustentatione, in Monasterio tenui licitum esse, in opulenti Simoniacum. Ipse verò Syluester addit; *Sed intellige præsumptiuè, sicut semper fecerunt, & faciunt aliquæ moniales*. Præsumptiuè autem declarat, esse Simooiam, vel quantum ad forum contentiosum, vel io conscientia, si habeatur respectus noo ad victum, sed ad ipsum ingressum. Et ita sentit, hoc non esse illicitum, si debita intentione fiat.

17 Sed difficilis est hæc Syluestri interpretatio. Nam D. Thomas, & reliqui Doctores absolutè in conscientia loquuntur, & Sacri Canones non solùm puniunt vitium, quod præsumunt; sed absolutè prohibent, ne tale factum cum talibus circumstantijs fiat. Atque adeò non solùm præsumunt, sed constituunt tale factum verè prauum, & illicitum, etiamsi aliàs oon esset; quod apertè colligitur ex dicta *Extrauag. 1. de Simon.* quatenus districtiùs prohibet aliquid exigere quoquo modo à volentibus ingredi Religiooem quocumque titulo, etiam ad pios vsus; sed præcipit liberaliter eis dare omnia, quæ ad victum, & vestitum pertinent; Quare licèt ratio Soti, secluso iure positiuo, habeat efficaciam, illo tamen supposito, non habet, quia cùm bona Religionum Ecclesiastica siot, de eis disponere ad Summum Pontificem maximè pertinent. Summus autem Pontifex statuit, vt Religionum redditus liberaliter in sustentandis Religiosis expendantur, & vt cum eadem liberalitate, ac omninò gratis Religiosi recipiantur, vt ex eis susteoteotur, abstulitque consequenter ab huiusmodi Religionibus omne ius petendi aliquid ab ingredientibus Religionem ob sustentationem eorum; quia ipsa bona Religionum iam sunt ad hoc munus destinata.

18 Supposita igitur prohibitione Ecclesiæ, non solùm id est iniustum, sed etiam Simoniacum; quia Ecclesia prohibuit illam receptionem non tantùm ratione iniustitiæ, sed maximè intuitu Religionis, & ne Status ille adeò spiritualis, & Sanctus venundari videretur. Nam lex Ecclesiastica prohibendo præsumptam simoniam intuitu Religionis, facit illam esse veram. Et ita intelligunt multi decisionem textus *in dict. cap. Tua nos de Simon.* præsertim quoad illa verba. *Si Clerici, qui illum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri*. Exponunt enim Raymundus, Cardinalis, & alij, illam decretalem loqui, quando Ecclesia, seu Monasterium abundat, & tunc dicunt, committi Simoniam. Præ cæteris verò hæc conditio egestatis Monasterij valdè probatur Suarez *d. cap. 17. de Relig. num. 10. in fin.* vbi reprobat contrariam consuetudinem, si non possit aliquo iusto titulo reduci ad veram indigentiam Monasterij; quia, inquit, non est Consuetudo rationabilis, sed corruptela reprobata in ipsis iuribus. Idemque docet Lessius *de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 12. num. 68.* & alii, quos ipse adducit, ac Rodriquez *tom. 2. quæst. regul. 84. art. 7.*

19 At nihilominùs, admissis etiam Constitutionibus Apostolicis *in d. cap. vn. de Stat. Regul. cap. Non amplius de instit.* ac decretis Clementis VIII. Pauli V, & Vrbani VIII. ac iosuper Sac. Concilii Tridentini *d. sess. 25. cap. 3. de reform. regul.* & denique Coostitutio Innocentii Decimi in quibus iniungitur, vt in singulis Monasteriis, & domibus Regularium tantùm oumerus constituatur, & in posterum conseruetur, qui vel redditibus proprijs Monasteriorum, vel consuetis eleemosyois commodè possit sustentari, dicimus in specie pro Monasteriis Sanctimonialium vbique locorum fundandis, quod S. Congregatio super Episcopis, & Regularibus non consueuit fundationes admittere, nisi pro numero duodecim monialium constituatur dos perpetua non minoris summæ, quàm annuorum scutorum trecentorum, non in censibus, sed in boois stabilibus, & frugiferis consisteotium; ac præterea requirit, vt Moniales secum deferant eleemosynam dotalem post professionem in bonis stabilibus, vel in Censibus perpetuis, ac tutis inuestiendam, non obstante *d. cap. Quoniam de Simon. & d. Extrauag. 1. eod. tit.*

20 Et quamuis Sacr. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum olim consulta, an Monasteriis Mooialium, in quibus iuxta decretum *cap. 3. sess. 25. de regul.* Episcopus certum numerum constituit, liceat Abbatissæ in locum Monialium deficientium aliàs recipere, pacta certa eleemosyoa pro dote. Et quatenus non liceat, quæ prouisio sit per Episcopum adhibenda? respondit, *si ex redditibus Monaste-*

nasterij, vel ex consuetis eleemosynis tantùm suppetat Monialibus, vt ad ipsarum victum, & ad fabricam Ecclesiæ, aliasque necessitates commode sufficiat, minimè licere. Cùm autem huiusmodi theorica ad praxim difficulter deduci possit, referendum Sanctissimo, qui probauit sententiam Congregationis, confirmans, augendum numerum, si dos, recipienda sit.

21 Eadem tamen Sacr. Congregatio super Episcopis, & Regularibus hanc difficultatem sustulit. Animaduertens enim Sanctimonialium Monasteria sine dotium subsidio diù sustineri non posse, & propter ingruentes necessitates, & casus inopinatos plerumque ad inopiam redigi, Summis Pontificibus approbantibus, prudenter sanxit, vt dotales eleemosynæ à Monialibus numerarijs persoluerentur, tametsi numerus esset taxatus ad mensuram reddituum Monasterij. Ex penuria enim multa proueniunt mala, præsertim in Monasterijs dominarum, vt inquit Host. *in dict. cap. Non amplius de inst. in fin.* facitque *can. Si quis obiuerit 1. quæst.3.* Quare expedit, Monasteria Monialium habere sufficientes redditus, ne alioqui ipsi præbeatur ansa vagandi, & communicandi cum secularibus. Præsertim existente de hoc diuturna consuetudine, idque vt sic securiores sint de sufficientia reddituum, & plures recipere possint, quàm alioqui deberent, notatque Laym. *d. lib. 4. tract. 10. cap. vlt. num. 39.* consuetudinem diuturnam in huiusmodi rebus faciliùs cohonestare, quàm statutum; quia Statutum, vt aliquid detur in ingressu Religionis in prima sua origine exactionem quamdam contineat, consuetudo verò originem trahere potuerit voluntariam, ipsis scilicèt ingredientibus in talem consuetudinem spontè consentientibus, sicque diuturni temporis progressu firmari. Atque ita tenent præ omnibus noster Fagnan. *in dict. cap. Non amplius num. 24.* Syuester *d. num. 15.* Sot. *loco citato*. Miranda *d. art. 7. concl. 2.* Em. Rodriquez se retractans *in addit. ad sum. tom. 3. cap. 144. num. 8.* Diana *tract. 2. par. 3. resol. 97.* Hieronym. Rodriq. *d. resol. 54. num. 3.* Peliz. *de Monal. d. cap. 3. num. 42.* Layman. *vbi suprà*, & alij, ac denique id declarauit eadem Sacr. Congregatio Concilij Tridentini in vnà Belgii subsidiorum dotalium *ad cap. 16. sess. 25. de Regul.* Cùm enim in eadem S. Congregatione proponeretur, quod *Monasteria Monialium, præsertim mendicantium in Belgio, semper consueuerunt exigere aliquam summam pro sustentatione puellarum petentium admitti ad habitum Religiosum, & nihilominùs à multis annis non pauci tùm priuatim, tùm publicè docere cæperunt, Simoniacum esse hac de causa dotem recipere, & de illa pacisci; quia vero hæc doctrina multorum in quibusdam partibus conscientias perturbat ob metum committendi Simoniam, & è conuerso Monasteria non possunt sine dote sustentare puellas, supplicantur proinde Eminentissimi Patres declarare, an licitum sit pacisci de congrua dote soluenda pro victo, amictu, alijsque necessarijs ad sustentationem puellæ volentis ingredi Monasterium? S. Congregatio die 18. Septembris 1683. censuit non esse Simoniacum.*

22 Quod verò spectat ad censuram latam *in d. Extrauag. 1. de Simon.* iam non habet locum in receptione Monialium, etiamsi contingat indebito modo fieri. Refert enim D. Antonin. *3. part. tit. 24. cap. 67.* se audiuisse à fide dignis Martinum V. dixisse, se nolle, vt moniales incurrant aliquam censuram propter ea, quæ in ingressu dant, vel recipiunt; quod etiam ait Felin. *in d. cap. Quoniam de Simon.* & Nauarrus refert, Innocentium VIII. declarasse, Moniales incurrere tantùm hanc censuram, si paciscantur expresè de aliquo dando, vel soluendo pro ingressu, vel si recipiatur inhabilis propter spem habendi aliquid: Clementem autem VII. concessisse, vt Moniales nullam Simoniæ pœnam incurrerent propter pacta, & conuentiones de dotibus Monialium in commodum earum victus, vt habetur apud Compend. Mendic. *tit. Monialis §. vlt.* & referunt vtetque Rodriquez *locis allegatis*, Tamburinus, ac Pelizarius *vbi suprà*, de quibus omnibus euersa remanent, quæ initio pro contraria sententia adduximus, & euulsus est ex aliquorum animis scrupulus, quieos stimulabat.

23 Huic quæstioni aliam subiungo, quæ cum priore magnam habet connexionem, & affinitatem. *An scilicet pacta, seù conuentiones, quibus Moniales aliquam pecuniæ summam petunt à parentibus Nouitiæ conuiuij causa, dum Nouitia habitum suscipit, vel profitetur, sint sublata d. cap. 16. vers. Sed neque sess. 25. de Regul.* Affirmat Villalob. *in Summ. tom. 2. tract. 35. diff. 19. num. 5.* inquiens: *Mirado el decreto del Concilio no pueden lleuar las Monjas propinas, cera, y otras cosas, que suelen lleuar el dia del habito de los bienes de la Nouicia, ni selas pueden dar por las palabras que dice. Quocumque prætextu aliquid ex bonis eiusdem minimè tribuatur, que son palabras, que incluyen todo esto. Massya el dice de oy tienen costumbre legitimamente prescripta en muchos Monasterios de lleuar propinas de entrada, y cera, y donde la huuiere, podranlo hazer, porque la costumbre tien fuerza de ley, mas con todo esto verdaderamente es contra el Concilio, y era muy justo, que los superiores lo remediaran, y que las religiosas non recibiran cosa alguna en la entrada.* Sacra tamen Congregatio censuit, decretum *cap. 16.* ad hunc casum non pertinere, sed id prohiberi Constitutione Vrbani IV. quæ incipit *sane*. Cæterùm, quia ex consuetudine Mediolanensi recepta, & à b. mem. Cardinalis S. Praxedis tolerata passim huiusmodi conuiuia exhibentur, consultiùs putauit, nihil responderi. Constitutio Vrbani habetur *in dict. Extrauag. 1. de Simon.* Sacra verò Congregatio super Episcop. & Regul. 2. Iulij 1589. & in Lusitana 6. Iunii 1615. ad 2. propinarum, seù munerum largitionem Monialibus faciendam tam in ingressu, seù in habitum regularem suscipiendo, quam in professione emittenda, tanquam abusum omninò abrogari mandauit, ac prohibuit sub pœnis etiam Censurarum. Verùm id vel non fuit vsu receptum vel, vt refert Portellus, auctor Lusitanus *in dub. Regular. vers. Monasterium num. 11.* in ea declaratione excipiebatur refectio communis ientaculi moderati. Immò Sanchez in opuscul. *lib. 2. cap. 3. dub. 23. num. 6.* ait, quod possit excusari consuetudo, quæ reperitur in Monasteriis Monialium accipiendi præter dotem Nouitiæ quasdam portiones pecuniæ, quas propinas vocant, verb. gr. singulis Monialibus dantur quatuor argentei, & vna candela, idque præter dotem Nouitiæ, quæ datur ipsi Monasterio. Hæc autem consuetudo nulla alia ratione mihi videtur posse à Simonia excusari, nisi asserendo dotem, quæ exigitur ad sustentationem Monialis non consistere in indiuisibili, sed sicut taxari potest sexcentis ducatis, ita etiam taxari potest sexcentis, & quinquaginta, distributis hoc modo, vt sexcenta applicentur communitati, seù Monasterio, & alia quinquaginta distribuantur inter Moniales, singulis dandos illos quatuor argenteos, & candelam, vt suis necessitatibus subueniant.

24 Vides is mi lector, quàm sit arduum hoc definire; Quare puto, quod in hac re vti oportet aurea illa moderatione, quàm pro Monasteriis Vrbis instituit Eminentissimus Cardinalis Vicarius in sua Congregatione particulari pro eadem re habita, in qua & ego interfui, estque typis Cameralibus edita.

25 Porrò ab excommunicatione lata *in dict. Extrauag. 1. de Simon.* poterit Episcopus, vel Prælatus absoluere in occultis delictis ex Trident. *sess. 24. cap. 6. de reform.* Eademque Extrauagans procedit, siue detur, & accipiatur pretium pro admissione ad professionem, siue ad habitum, vt Filliucius *tract. 45. cap. 13. num. 11.* Bonacin. *de Simon. quæst. 7. §. 4. num. 11.* Immò etiam si pro admissione professi ad tale Monasterium, seù domum, vt probatur *ex dict. Extrauag.*

Quam-

Quamuis alij puteot, solùm procedere de datione pro admissione ad professionem, vt Barbos. *in dict. Extrauag. num.* 5. Suarez *de Censur. disp.* 22. *sect.* 5. *num.* 7. Layman. *lib.* 4. *tract. de Simon. num.* 71. Eius tamen pœnæ non procedunt, nisi Simonia realiter vtrinque contracta fuerit, seu impleta, Suarez, Layman, & Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 104. *num.* 30. Mioùsque procedunt quando aliquid recipitur absque pacto, vel ob consuetudinem, vel ob antiqua Iura id concedentia, vel absque præsumptione ac bono animo, quia bis repetit d. Extrauagans illa verba: *eos, qui præsumunt*, vt per Nauarr. in omnibus Summis *cap.* 27. *num.* 106. Caiet. *v. Excommunicatio cap.* 73. Sanch. *d. num.* 50. Nec procedunt in ingressu io Confraternitatem, Sanchez *d. cap.* 3. *dub.* 23. *num.* 8. Neque secundùm aliquos pro ingressu in Religionem militarem, excepta Religione Hierosolymitana, quia illa militia censetur tuoe non quatenus est res spiritualis, sed quatenus est honor humaous, Diana *ref. fol.* 64. *tom.* 2. *p.* 2. cum Villalobo contra Azorium *tom.* 3. *lib.* 12. *cap.* 16. *quæst.* 5. Neque pro ingressu Monialis, si detur causa sustentationis, seù dotis, vt probauimus supra, & traditur ex decreto Martini V. apud Sanchez *d. num.* 50. & alios apud ipsum. Illa verò suspensio contra Capitula, & Conuentus non intelligitur ab officio, & beneficio, sed ab officio tantùm Capitulari, seù administratione, vt per Alterium, Suarez, & Filiucium, quos sequitur Barbos. *d. num.* 5. Tandem hodiè secundùm multos non procedit *d. Extrauagans* etiam in ingressu Virorum, si detur aliquid causa sustentationis, Sanchez *ibidem*, Barbos. *num.* 3. Miranda *tom.* 3. *quæst.* 8. *ar.* 7. Sà *v. Simonia num.* 2. Suarez *de Simon. cap.* 59. *nu.* 7. Restitutio autem datorum facienda est danti aote professionem *cap. Veniens de Simon.* Sanchez *dub.* 141. *num. vlt.* & post professionem restituenda, seù relinquenda eidem Monasterio ad vsum communem *Ex d. Extrauaganti*.

CONSVLTATIO XCI.

An & quomodo constare possint miracula Seruorum Dei? Vbi iterùm de ijs, qui sine cibo, ac potu diù, mensibus, atque annis vixerunt ad effectum cauonizationis.

1 Constare quidem possunt huiusmodi miracula per crebram famam, quæ iuxta sapientum sententiam est multorum narratio de aliquo per seosum perceptibili in præsenti tempore constituto, siue in præteritis successiuis, ac non interruptis, quorum multitudinem impossibile est, secundùm consuetudinem ad coofringendum tale quid, imperceptibiliter conuenire.

2 Rerum autem, quæ per crebram habentur famam, duo sunt genera. Primum quidem est, vt narrent, qui crebram faciunt famam, aliquid, quod ipsi vel visu, vel aliqoo alio sensu perceperunt. Huiusmodi autem narratio tunc veram præbet scientiam, cùm duo concurrunt. Vnum est, vt narrantium multitudo ad eum perueniat numerum, vt impossibile sit, secundùm consuetudinem, multitudinem illam ad mendacium confingendum, perceptibiliter conoenire, vt si verbi causa videamus homines diuersarum, distantiumque regionum, ac linguarum conueoientes, affirmantesque in mondo vrbem esse, quæ Roma dicitur, nobis pro certo constabit, hanc Vrbem in mundo esse. Alterùm verò est, vt narratum sensibus possit esse subiectum. Nam si orientales omnes, atque occidentales mundum initium habuisse, aut æternum fuisse narrarent, mundique effectorem vnom, aut plures extitisse dicerent, eorum certè narratio scientiam non præstaret, sed fidem, cùm eiusmodi narrata sensibus nequeant subiacere. Si verò exempli gratia narrarent, quod in regiooe aliqua, puta in Belgica, vel Laudensi ad ignem glebis pro lignis vtantur, eorum narratio scientiam faceret, cùm id, quod narrant, sensibus apprehendi possit. Et hoc modo Iacob filium suum Ioseph, quem mortuum credebat, viuere sciuit.

Secundum autem rerum genus, quæ per crebram famam habentur, est, cùm narrantes ita quidem se habent, vt dictum est, verùm rem, quam narrant, se non vidisse aiunt, afferunt tamen multitudinem talem, qualem diximus, se vidisse, & audiuisse dicebat. Hoc autem genus tunc certam præbet scientiam, cùm in eo duo illa concurrunt, quæ in primo genere concurrere diximus. 3

Et tertium hoc aliud, vt si narrantium catena longiùs se exteoderit, nunquam tameo sit ioterrupta, neque omninò extenuata, sed semper finis, ac media in quantitate, & qualitate principio correspondeant. Per hunc modum hodiè Alexandrum, Platonem, Cæsarem, quos antiqua tradit vetustas, fuisse scimus. Ad hunc sciendi modum Moyses Iudaicum populum mittebat, dum Deuteron. *cap.* 32. dixit: *Memento dierum seculi, aduerte annos generationis. Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi*. Hunc etiam sciendi modum Dauid ponit *Psal.* 77. *v.* 8. 4

Obijcio. Hic sciendi modus per crebram famam, secundùm Aristotelis doctrinam, valdè debilis videtur. Tom quia de singularibus sensibilibus procul factis à sensu, non habetur sensatio, nec per consequens scientia. Tum quia non propter hoc sumus simpliciter expertes fidei, & credulitatis. Nam ad hoc suot propositiones probabiles, quæ ponuntur ab Aristotele *in lib. maior. Rhet.* Tum quia famosum, secundùm Aristotelem, idem est, quod probabile, vt patet in quinque probabilium modis, ab ipso io primo libro Topicorum positis. 5

Ad hanc obiectionem respondeo, inter Sapientes controuersiam esse, vtrum scientia, quæ per crebram habetur famam, necessaria sit, an probabilis. Circa quod, dictis pro vtraque parte plurimis, electio tandem omnium est, ipsam necessariam esse. Necessarium siquidem est, quod dubium nobis fieri, tentantes nos ipsos, nolumus, neque valemus. Porrò cùm, auditis omnibus, quæ contra crebram obijciuntur famam, tentemus nos ipsos, inueoimus animas nostras præcisè iudicantes, quod Moyses exempli gratia fuit, & dixit se Dei nuncium ad fides Israel missum. Nec inuenimus aliquid de obiectis, hoc transfigens, sic neque illa, quæ necessaria sunt. Nullam ergo, quod contra crebram famam est, meretur responsionem. Responsio namque oportet esse probabilis. Retinere autem necessarium cum probabili circulationem inducit, ac impossibile est. 6

Atque hinc patefacta remanebit iodubitata veritas huiusmodi ieiunij, adeòque plenè ac concludenter comprobata redditur antiquissima traditio de miraculosa abstinentia Seruorum Dei, vt tam ex istis, quàm ex historicis appareat, nihil æquè stabilitum, nihil venerabilius hominum animis infedisse, ac nemine vnquam id negasse, aut de eo dubitasse. 7

Et primò quidem cum agatur de facto antiquissimo, ac rebus vetustissima maiorum traditione communiter receptis, in quibus fidelissimæ antiquitatis mos est retinendus, scriptoribus, atqoe historicis id recentibus. 8

Primò ex Sacris scriptis Exod. *cap.* 17. *vers.* 24. ibi: *Dixit autem Dominus ad Mosem, scribe hoc ad monimentum, & trade auribus Iosue*. Deuteron. *cap.* 31. *vers.* 9. *Scripsit itaque Moses legem hanc, & tradidit eam Sacerdotibus filijs Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis senioribus Israel*. Hierem. *cap.* 36. *v.* 2. & 28. *Cui Dominus iussit, vt tolleret volumen libri, & scriberet in eo verba, quæ locutus erat ei*. Esther. *cap.* 2. *in fine*: *Mandatumque est historicis, & annalibus traditum coram Rege*. Et *cap.* 6. *v.* 1. vbi *Assuerus iussit sibi afferri historias, & annales priorum temporum, quæ cùm, illo præsente, legerentur, & cap.* 17. *lib.* 1. *cap.* 4. vbi in literis per ministros regios scriptis Artaxersi habe- 9

17 Ex Hispanis Balluga in specul. Princip. rubr. 14. §. restat prope finem, Auiles in proem. ad cap. Prætor, glos. Rayna num. 9. Gutier. pract. quæst. lib. 3. quæst. 82. num. 30. Garz. de nobilit. Hispan. glos. 7. num. 18. & glos. 18. num. 10. Messia in l. regia Toletana in 24. fundam. par. 2. num. 19. Lassart. de decim. vend. in præf. num. 33. ibique addit. num. 22. Zerol. in pr. Episc. par. 1. v. arma, Baraona in addit. ad Lup. in rubric. de donat. inter vir. & vxor. in introduction. num. 2. litt. A. Palaez de maior. tom. 1. par. 1. quæst. 20. num. 341. & Ferdinand. Loazes in alleg. pro Marchione de los Velez, dub. 1. fundament. 3. numer. 73. & 79.

18 Ex Germanis Leopoldus Bambergensis Episcopus de iure Regni, & Imperij Romani cap. 5. Andr. Kninchen in Comment. ad ius Saxon. v. Electorum cap. 1. numer. 297. ac seqq. & in Epopesi numer. 407. Burger Roland. part. 1. lib. 1. cap. 48. num. 1. Bernard. Greuen. pract. conclus. lib. 2. obseru. 149. num. 5. Euerard. Spekan. centur. 3. clas. 2. quæst. 41. numer. 9. Dominic. Arumeus tom. 1. de iure publ. discurs. 12. de Consiliar. thes. 8. Parthen. litig. lib. 2. cap. 3. num. 10. & seqq. Ludouic. Ghilaussin. de arbitr. Iudic. cap. 6. par. 3. num. 24. Martin. Niger de aduoc. annat. cap. 18. numer. 40. & 193. Martin. Dobenin. in repert. verb. de probat. per Scripturas fol. 426. Melchior Goldast. in replicat. pro Imper. cap. 34. fol. 346. & cap. 11. §. Sed multa pag. 108.

Ex Gallis Gulielm. de Benedict. in tract. de Ducat. Normand. impres. post repet. cap. Raynucius de testament. numer. 72. Ioan. le Cuier. de primog. lib. 2. quæst. 12. num. 8.

19 In Consiliis ex Italis Academia Patauina cons. 2. num. 27. post cons. Cardin. Zabarella Alex. cons. 6. num. 6. volum. 1. cons. 15. num. 2. volum. 5. & cons. 187. num. 2. volum. 7. Aym. cons. 107. num. 4. & cons. 158. num. 4. & seqq. Dec. cons. 445. num. 16. & 17. Ias. cons. 65. num. 14. & 18. ac seq. volum. 2. dicens communem, Socin. Sen. cons. 266. num. 28. volum. 2. Socin. Iun. cons. 75. n. 64. volum. 1. Natt. cons. 636. num. 41. & 91. & cons. 471. num. 6. Paris. cons. 1. numer. 50. & cons. 23. num. 133. & seqq. ac 252. volum. 1. Roland. cons. 2. num. 60. volum. 1. Gratian. cons. 9. num. 5. & seqq. lib. 1. Neuizan. inter consil. Alberti Bruni cons. 10. numer. 50. lib. 1. Decian. cons. 21. num. 29. volum. 1. cons. 7. num. 31. & cons. 19. num. 8. volum. 3. Purpurat. cons. 401. num. 29. ac seqq. & num. 80. volum. 2. Menoch. cons. 1. num. 274. volum. 1. cons. 112. num. 63. volum. 2. cons. 378. num. 8. volum. 4. cons. 512. num. 15. volum. 6. cons. 701. num. 8. volum. 8. cons. 816. num. 48. & seqq. volum. 9. Et in causa Finariensi resp. 2. num. 125. impresso post tract. de recuper. posses. Bursat. cons. 124. num. 49. lib. 1. Alban. cons. 64. num. 27. & 28. Port. cons. 164. num. 48. & cons. 167. numer. 3. Federic. Scott. resp. 28. num. 113. & seqq. tom. 1. lib. 6. Panzitol. cons. 6. num. 67. Flamin. de Rub. cons. 65. num. 94. l. b. 2. Pacian. cons. 20. num. 8. Pereg. cons. 161. num. 2. lib. 1. Guid. Turrian. cons. 8. num. 40. & Ioseph Altograd. cons. 45. numer. 122. lib. 3.

20 Ex Hispanis Rodericus Suarez alleg. 6. num. 11. ibique Iacob. Valdes in addit. num. 11. & alleg. 8. num. 21. & 22. Ioan. Baptista Valenzuola cons. 33. num. 84. & seq. lib. 1.

21 Ex Germanis Nicol. Euerard. iun. cons. 81. num. 8. lib. 1. Gregor. Euerard. cons. 27. n. 1. cum binis seqq. lib. 1. Thomingen. cons. 26. n. 22.

22 Et ex Gallis Guidopap. cons. 88. n. 2. & Papon. cons. 244. num. 3.

23 Ac in decisionibus ex Italis Roland. Cauagnol. dec. 53. n. 6. lib. 2. Ric. var. resol. 102. n. 30.

24 Ex Hispanis Gama dec. Lusit. 335. n. 4. & Ioseph Sesse dec. Aragon. 162. n. 4.

25 Ex Germanis Compilator Simph. tom. 1. par. 1. tit. 2. de reconuentione num. 110. & par. 2. tit. 8. vot. 8. num. 18. Adrian. Gilman. dec. Camer. lib. 1. dec. 11. num. 7. & seqq. Tyleman de Benign. synthagm. 1. decad. 2. vot. 1. num. 12. & 13.

Ex Gallis Boer. dec. 288. n. 2. Guidopap. dec. 193. in fine. 26

Ac Rota Romana apud Bellam. dec. 70. num. 3. & co- 27
ram Caputaq. dec. 190. par. 2. coram Lancellotto dec. 717. num. 2. par. 4. diu. coram Pegna dec. 439. num. 4. & dec. 560. num. 11. coram Vbaldo dec. 480. num. 14. par. 4. tom. 2. rec. coram Coccino dec. 132. sub num. 4. inter eius impressas dec. 93. num. 15. & seq. & dec. 353. num. 23. ac seqq. par. 5. coram Pirouano dec. 212. n. 8. par. 7. rec. ac dec. 290. num. 7. par. 2. volum. cons. Farinacij, & coram Merlino dec. 803. num. 4. & seqq. & coram Eminentiss. Cardinali Otthobono dec. 234. num. 5. ac dec. 253. num. 21. coram Tarraconensi in Calaguritana primatus 14. Iunij 1638. coram Carillo in Corduben decimarum de Lucerna 5. Iulij 1638. coram Ghislerio in Gerunden iurisdictionis 17. Iunij 1647. §. Tandem.

Quæ fortiùs procedunt si inter Scriptores, & Hi- 28
storicos adsint multi Ecclesiastici, Rota dec. 718. num. 2. par. 4. diu. & d. dec. 353. num. 27. par. 5. rec. Si plures ex historicis vixerint, ac floruerint, viuentibus adhuc Seruis Dei, plures ue alij proximiores fuerint tempori, quo miracula fuerunt patrata, Rota coram Merlino dec. 807. num. 9. ac seq. & in terminis Scacch. de not. & sign. Sanct. sect. 11. cap. 6. §. Cum vero. Si ferè omnes rei seriem ex professò tractauerint, pluresque vniuersam historiam vitæ Seruorum Dei peculiari tractatu suscipientes, de eadem re egerint, aliiue in regione dictorum Seruorum Dei nati, seu versati, sicque meliùs edocti de rei ibi gestæ veritate, eadem certiùs scribere potuerint, sicut ex Baronio, Pineda, Marsilio Lesbio, & Didaco de Castillo notauit Ioan. de la Puente in conuenientia vtriusque Monarchiæ lib. 1. cap. 6. §. 1. ex eòque Fontanel. alleg. fiscal. par. 1. alleg. 49. num. 52. ac dec. Granaten. par. 1. dec. 7. num. 29. Si accesserit propria confessio multorum ex nouatoribus, ac sectariis, qua nulla potest esse maior probatio, & præualet mille testibus, vtpote prouenient à Catholicæ fidei aduersariis, quos notoriæ, ac patentis veritatis vis adegit ad credendum excellentiam vitæ, admirabilemque abstinentiam Seruorum Dei ad textum in l. cum te de transact. Aym. cons. 161. numer. 3. & 170. num. 4. Gabr. tit. de testib. concl. 4. num. 75. Rota coram Caputaq. dec. 283. num. 5. Gregor. XV. 143. num. 3. et 357. num. 3. ac Burat. dec. 101. num. 1. & 147. num. 18. et 317. num. 8 et 378. numer. 3. Si denique attestationes, ac dicta historicorum adminiculentur, nedum ex vetustissima, communique recepta maiorum traditione, in qua fidelissimæ antiquitatis mos est retinendus, sed & comprobentur per testes idem deponentes de auditu toto tempore vitæ suæ, ac suæ recordationis, nec non de publica voce, & fama, ac perpetua, & successiua maiorum, ac seniorum traditione, nec aliquid vnquam dictum, vel auditum fuisse in contrarium, vt per Innoc. in cap. veniens num. 6. de verb. signif. Abb. in cap. inter dilectos num. 6. de fid. instr. Felin in cap. veniens 1. num. 6. de testib. et in cap. Cum causam num. 9. de prob. Rota coram Bellam. dec. 70. per totam, Cassad. dec. 2. de prob. Caputaq. dec. 349. num. 3. et dec. 347. num. 4. par. 3. Post. dec. 74. num. 2. lib. . Coccin. dec. 93. num. 16. et dec. 353. num. 28. par. 5. rec.

Certum quippè est, quod in factis antiquissimis 29
supra centum annos, hominum memoriam excedentibus, in quibus, cùm probatio directa sit impossibilis, quia nemo tantùm viuit, vt reddere queat causam scientiæ de tanto tempore per proprium sensum corporis, præsumptiua per publicam vocem, & famam sufficit, & ratione difficultatis obtinet locum plenæ probationis, etiamsi agatur de graui præiudicio, potissimè autem concurrentibus adminiculis iuxta theoricam Baldi in auth. quas actiones num. 7. & 18. C. de Sacros. Eccl. & in l. Conuenticula 185. n. . de Episc. & cler. & in l. proprietatis n. 2. C. de probat. quam probarunt Angel. in l. antiqui 19. §. cum me absente num. 2. ff. de negoc. gest. & alii à nobis alibi adducti, Rota dec. 1659. n. 3. coram Pegna, & dec. 330. n. 9. & dec. 449. n. 4. coram. Seraphino.

30 Et in terminis causarum Beatificationum, & Canonizationum, quod iuxta veterem, & assiduè obseruatum vniuersalis Ecclesiæ vsum, concurrentibus depositionibus de publica voce, & fama, & antiqua traditione, credendum sit historicis, & chronicis ab antiquo receptis, longo tempore approbatis, firmant Castellan. *de canoniz. Sanct. q.7. §. quæro an in Canonizatione*, Contilnr. *eod. tract. cap.* 14. *n.7. & seqq.* Molses. *cons.46.n.51.* Panuin. *in relat. S. Bonauentura q.2.ar.8.in princ.* ac pluties censuit Rota in suis relationibus, signate S. Raymundi *p.1.ar.5.& cap.2. ar.2. cum duobus seqq.* S. Hiacynthi *cap.3.* S. Leopoldi ab Austria *in 10. fundamento §.4.* S. Andreæ Corsini *p.4.§.1.* apud Lezanam *consult. 1.n.237.* S. Franciscæ Romanæ *p.2. art.* 12. S. Ignatij *p.2. rubr. de charit.* S. Francisci Xauerij *par. 2. rubr. de publ. fama Sanctitatis*, S. Isidori *art.2.* S. Elisabethæ *p.2. rubr. de Sanctit. vita in genere §. Et cum versemur*, B. Philippi Benitij *rubr. de fama Sanctit.* B. Iacobi de Marchia *rubr. de fama Sanctit. §. auctores, & scriptores*, & aliàs sæpè.

31 Ac ita pertractatum legitur, tàm in Sacra Scriptura, nam Ecclesiasticus, qui *cap. 44. & seqq.* scripsit vitas Henoc, Noe, Abraham, aliorumque Sanctorum veteris Testamenti, inquit. *Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua, multam gloriam fecit Dominus, magnificentia sua à sæculo*. Et Lucas Euangelista scripsit acta, & heroica gesta Apostolorum, quàm ab Apostolica Sede, & Sanctis Patribus.

32 Nam S. Clemens, huius nominis primus, anno ab incarnatione 93. septem Vrbis regiones totidem Notarijs diuisit, vt gesta martyrum vnusquisque per regionem suam sollicitè perquireret, & in Codicem distinctè referret, sicuti ex Damaso, Platina, Anastasio Bibliothecario, & aliis notat Baron. *in prælud. ad martyrolog. Roman. cap.1.*

33 S. Paulinus D. Ambrosij notarius vitam eius scripsit, teste Baronio *d. cap.1.*

34 Apud Eusebium plures extant epistolæ, in quibus acta martyrum referuntur, vt legitur *lib.4.cap.14.lib.5.cap. 2. & 3.lib.3.cap.33.ac seq.& lib.7.cap.3.*

35 In Ecclesia etiam Carthaginensi S. Ciprianum fuisse sollicitum, vt dies, quibus martyres essent martyrio coronati, exactè annotarentur, vt ex eius epistolis 16. 23. 34. 35. & 37.

36 Athanasium, Episcopum Alexandrinum, S. Antonij Abbatis vitam conscripsisse, & secundum detulisse, dum pulsus ab Arrianis Romam venit, narrat D. Hieronymus *cap.* 10. ad Principiam, *& ep.* 27. ad Eustochiam.

37 Diuus Gregorius Nazianzenus egregia facta S. Cæsaris fratris, & S. Gorgoniæ sororis, clarissimis, ac disertissimis orationibus posteritati mandauit.

38 Diuus Ioannes Chrysostomus Meletij martyris, S. Hieronymus Paulæ, & Eustochij, Seuerus Sulpitius S. Martini Episcopi Turonensij, D. Bernardus S. Malachiæ res gesta, & facta egregia conscripserunt.

39 Vitas Patrum Antonij, Pauli, Hilarionis, & Eremitarum, quas idem beatissimus scripsit Hieronymus cum omni honore suscipiendas esse, decreuit Gelasius Papa *in can. Sancta Romana Ecclesia d.15.*

40 Hinc legitur plures canonizationes Sanctorum ab Apostolica Sede factas fuisse ex sola lectione earundem vitarum, vt testantur Panuin. *in relat.* S. Bonauenturę *par. 3. art.* 8. Rota in dictis relationibus S. Raymundi *par. 2. §. 3.* S. Hiacynthi *d. cap.* 3. S. Andreæ Corsini *p. 4. §.1.* S. Franciscæ Romanæ *p.2. ar.* 11. ac Molphes. *cons. 45. n.22. & seqq.*

41 Vt enim alibi dixi, Leo Tertius in Germaniam profectus anno 803. ad instantiam Caroli Imperatoris, ac Hildebaldi Archiepiscopi Coloniensis, vita B. Suiberti, Vuerdensis Episcopi, quam Marcellinus eius socius, & conterraneus conscripserat, lecta, dictum Suibertum in Sanctorum numerum retulit, vt S. Lugderus, Episcopus Monasteriensis scribit epistola ad Reyfridum, Episcopum Traiectensem *cap.9.* quam integram referunt Surius *tom. 3. die* 1. Martij, & Azorius *instit. moral. p.2. lib.5.cap.6.quæst.2.* ac meminerunt Beda, Ado, Vsuardus, Baronius *annal. tom.* 8. ad annum 804. *num.* 8. & Bellarmin. *controu. tom. 1. lib.1. de Sanct. beatitud. cap.8.*

42 Ioannes XV. anno 993. S. Vldaricum, Augustæ Episcopum in Sanctorum numerum retulit, libello de vita, & miraculis eiusdem per Luitprandum Augustæ Episcopum exhibito, ac perlecto in Consistorio, habito in Laterano, quemadmodum ex actis eiusdem, à Bermone Abbate conscriptis, testantur Surius *tom.4.* ad diem 4. Iulij, Trithemius *de vir. illustrib.* S. Benedicti *lib. 3. cap.* 223. *& lib. 4. cap.* 222. & Baronius *annal. tom.* 10. *ad d. annum 993. num. 1. & seqq.* ac legitur in Canonizatione eiusdem *tom. 1.* Bullarij noui *constit.* 1. d. Ioannis XV. *§.1. & 2.*

43 Et Alexander Tertius anno 1161. die septima Februarij Pontificatus secundo S. Eduardum Angliæ Regem, in catalogum Sanctorum retulit, libro miraculorum inspecto, quæ dum in carne viueret, & postquam de præsenti sęculo est assumptus, omnipotens Deus per suam misericordiam declarauit, Bullar. *nou. constit.* 1. eiusdem Pontificis §. 2. & apud Baron. *annal. tom.* 12. *ad annum* 1161. *num.* 1. ac Surius *tom. 1. ad diem 5. January*, & nos etiam alibi. Hodie verò in solemni canonizatione obseruanda sunt iura, & decreta Vrbani VIII.

44 Constito itaque ex predictis de perenni, aut longa abstinentia Seruorum Dei ab omni cibo, & potu, & corporali alimento, dubitari nequit, quin fuerit supernaturalis, ideòque firmanda, & declaranda sit miraculosa, quemadmodum communiter ab omnibus semper, & vbique reputatam fuisse, asserere debent testes, & comprobare scriptores, & historici, inter quos magni faciendum est iudicium Sennerti, vti in arte peritissimi, qui *tom.* 2. medicinæ practicæ *lib. 3. par. 1. sect. 2. cap.* 2. rationibus hinc inde ponderatis, ieiunium eorum, qui vitæ sanctimonia excelluerunt, miraculo adscribit.

45 Et sanè vitæ, quæ, teste Scaligero *exercit.* 101. *sect.* 5. est actus animæ in corpore, quatuor genera actionum tribuuntur ab Aristotele 2. *de anima text.* 12. Primum scilicet intelligere. Alterum sentire. Tertium moueri, & quiescere in loco. Quartum nutriri, & augeri, ac diminui. Ex quibus triplex assignatur à Philosophis animæ diuisio, in vegetatiuam, sensitiuam, & intellectualem; harum autem actionum pręcipuam esse vegetatiuam, seu nutritiuam animam, & cęteris viuentibus inesse primam, & maximè communem, ac necessariam in animę potentia, secundùm quam est viuere omnibus, cuius sunt opera generare, & alimento vti. Idem docet Alex. *text.* 14. adeò, vt ibidem *text.* 3. dixerit, quod tamdiù viuit homo, quandiù nutritur. Quia vita nihil aliud est, quàm consistentia per alimentum, ac perinde est dicere, habere vitam, ac nutriri, augeri, ac diminui. Vndè non solùm docet *text.* 14. quod omne, quod nutritur, necessariò viuit, & non viuit, nisi dum potest nutrimentum accipere, & *text.* 37. nihil decrementum patitur, neque augumentatur physicè, nisi alatur; alitur autem nihil, quod non communicet cum vita; sed etiam nutrimentum essentialiter, non accidentaliter attribui animę vegetatiuę, docet *text.* 46. Quoniam nihil alitur non participans vita, animatum vtique erit corpus, quod alitur in quantum animatum, quare & alimentum ad animatum est, non secundùm accidens, & *text.* 47. ait: Secundùm autem quod hoc aliquid, & substantia alimentum; conseruat enim substantiam, vt eousque est, quousque alitur, Vndè infert *text.* 48. quod priuatum alimento, esse non potest.

46 Hoc ipsum repetit *lib. 3. text.* 59. vbi ait: Nutritiuam igitur animam necesse est habere omne, quodcunque viuit, & animam habet à generatione vsque ad corruptionem. Necesse est enim, quod genitum est, augumentum habere, statum, & decrementum. Hoc autem sine alimento est impossibile. Necesse est igitur inesse nutritiuam potentiam in omnibus, quæ

augn-

augumentantur, & minuuntur. Quod vbique in fuis Commentarijs repeor Auerroes. Quin etiam Galen. 3. *de fimpt. cap.* 3. naturalinm, inquit, actionum prima eft, ac propemodum omnium maximè oeceffaria, nutritio eft. & D. Thom. *par.* 1. *quæft.* 79. *art.* 3. *in corp.* ait primum principium vitæ in iftis inferioribus effe animam vegetabilem, cuius opera funt alimento vti, & generare, & augeri, vt latiffimè explicat Ludouic. Mercatus *oper. medic. tom.* 1. *lib.* 1. *p.* 5. *claf.* 1. *de anima, & eius potent. quæft.* 131. *in* 6. *arg.* concludens, quod anima vegetatiua eft prima omnium, & fundamentum aliarum. Nam viuentia omnia habent animam vegetatiuam, quę feparabilis eft à fenfitiua, & rationali, & per fe fumpta conftituit quemdam gradum viuentium, inferens propterea *q.* 141. oufritionem adeò præcifè neceffariam effe viueotibus, vt fi deficiat, proculdubiò calor, cuius minifterio vtitur innata fubftantia, diffipetur.

47 Sicut ergo ex fententia Ariftotelis certum eft, nihil viuere, quod oon nutriatur, inde etiam planum eft, & experientiæ confonum, nutritionem io viuente nunquam ceffare poffe, nec hominem à nutritione vacare, vita falua; quia cùm facultates, & actiones animales fint ad inuicem fubordinatæ, proculdubiò prima nutritionis fublata, cęteras quoque corruere, & com ipfa fuccumbere, ficque vitam ceffare omninò neceffarium eft. Neque enim anima, vt ab alijs actionibus, quæ liberæ funt, à nutritione ceffare poteft, cùm neceffitati naturæ hæc actio adftricta fit, ficut reprobara contraria fententia Fortunij Liceti communiter adftrui traduot Sannert. *medic. pract. tom.* 2. *lib.* 3. *p.* 1. *fect.* 2. *cap.* 2. & Zach. *quæft. medicoleg. lib.* 4. *tit.* 1. *quæft.* 7. *fub num.* 28. *& feq. & fub num.* 40. Vndè rectè dicitur, *Venter caret auribus*.

48 Corporis fiquidem noftri, ac cęterorum animalium fubftantiam in perpetuo fluxu effe, affiduèqoe eius aliquid cęca faltem per poros exhalatione efflari, diffipari, & abfumi, humidumque radicale à calore quoque depafci ex Hippocrate, & Galeno præ cęteris docent Io. Laogius *epift. medic. lib.* 2. *epift.* 27. ac Sannert. *d. cap.* 2. *in princip.* referentes propterea, nemioi ignotum effe, quin indigeat alimento aliquo, quo vires corporis affiduo difflatu abfumptę, ac diffipatæ, affidua quoque nutritione reftaurentur; alioquin, nifi hæc vitæ fomeota alimentis affiduè reficiantur, tandem de vita hominem periclitari, vitamqoe non magis, quàm ardeos in lampade ellychoium abfque oleo, fubfiftere poffe.

49 Et quidem quatuor caufas præcifa neceffitatis continuationis actionis nutricatiuæ communiter affignari à Phyficis, icciròconcludentibus, quod, fi ceffatio illius etiam ioftantanea fuerit, proculdubiò calor, cuius minifterio vtitur, innatam fubftantiam difcipabit, & corrumpet, docet idem Mercat. *d. quæft.* 141. *in* 2. *argum.* Primam fcilicet, continuam actiooem calidi in humidum. Secundam, reactionem cibi, & excrementorum. Tertiam, actionem medii contrarij circumftantis. Quartam affiduum laborem inde excitatum. Quod etiam cenfeot Sanoert. *d. cap.* 2. & Zach. *d. quæft.* 7. *num.* 30. Quod antea docuerat Ariftoteles *de longitud. & breuit. vit. cap.* 2. vbi ait, impoffibile effe mareriam habenti non exiftere aliqualiter contrarium; nam omninò quoque quidem ineffe calidum, aut rectum contingit. Quodcunque autem effe impoffibile, aut calidum, aut rectum, aut album; erunt enim paffiones feparatæ. Si igitur quando fueriot actiuum, & paffibile, hoc quidem femper agit, hoc autem patitur, impoffibile oon transfioutari. Præterea neceffe eft excrementum facere. Excrementum autem contrarium. Ex contratio enim femper tranfmutatio. Excrementum autem reliquiæ prioris. Si autem omne expellitur, quod actu contrarium, & hoc incorruptibile vtique erit, an non; fed à continente corrumpitur. Contioens autem, &c.

50 Quin etiam *ibidem* Mercatus, & in refponfione *ad* 1. *& ad* 4. *argument.* addit, adeò neceffariam effe nutritionem ad reftaurationem diffipatioois, & conferuationem viuentis, vt feclufo etiam quocunque agente extrinfeco calor natiuus fit fufficiens principium mortis, eo quia deficiente alimento partes viueotes aguot in alias, ac ita fenfiffe nedum Ariftotelem, vbi fupra, fed etiam Platonem *in Tim. & in dial. de natur.* & D. Thomam, qui *part.* 1. *quæft.* 97. *art.* 3. *& 4. in corp.* ampliat, quod homo etiam in ftatu innocentiæ indigebar cibis, cum haberet vitam animalem, cuius primum principium in iftis inferioribus eft anima vegetabilis, ponderando in id, quæ de primo parente ait D. Augoftio. *tom.* 5. *lib.* 14. *de Ciuit. Dei cap.* 6. quod cibus aderat homini, ne efuriret, potus, ne fitiret, & lignum vitæ, ne fenectus eum diffolueret. Quæ D. Thomę auctoritas cęteris omnibus vfu pręponitur; eius namque diuiniffimæ Summę duę funt pręcipuę laudes: Inconcuffa dogmatum firmitas, & perfectio adeò abfoluta, vt nullum opus iure illi comparare audeam. Ex quibus fit, vt adeò veritatis lux iu ea refulgeat, vt hac fola in arduis quæftionibus videantur poffe à falfo verum difcernere, qui Thomam habent familiarem. Pluraque alia fcripfit, maiori quidem fubtilitate, qua veritas limatur, fed minùs vtilia.

51 Ex quibus ftatuendum eft cum Mercato *d.* 2. *argument.* nutritionem quoad omnes fui parte abfolutè neceffariam effe, eiufque continuationem, nifi pauciffimo interpofito tempote. Nam cum calor is fit, vt vbique exiftat, femper ageret deficiente alimento in proprium pabulum, & fubiectum, oeceffariò aget potiùs diffipando nutritum, quàm nutriendo, ficque indigere materia, ne in propriam agat, & actione, ne corpus contabefcat. Sicque concludendum cum Fernelio *de abdit. morb. cauf. lib.* 1. *cap.* 14. *prope finem*, ac Vizan. *text.* 9. quod perpetuam, fiue immoderatam feruantes inediam, illa tandem perimuotur. Quod Hippocrates *lib. de carnib. num.* 21. fcribit in homine fieri feptimo die, nec tamen vlterius naturaliter protrahi poffe, fed inediam, quæ feptimum diem inceſſerit, effe lethalem, addens, quod licet aliqui terminum huiufmodi exceſſerint, mox tamen inde moriuntur, eo quod noo poffoot etiam volentes cibis fubueniri, quia venter non amplius fufcipir. Ieiunium enim inteftioum in his diebus concreuit, moriunturque etiam illi. Cuius fententię fubfcribit Macrob. *de fomn. Scipion. lib.* 1. *cap.* 6. ac repetunt Turrebl. *in epit. delict. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. & Zach. *d. q.* 7. *n.* 2. Plinius verò *hift. nat. l.* 1. *cap. vlt.* homini non vtique feptimo die lethalem effe inediam, fed plerumque ad vndecimum diem duraffe, refert.

52 Et quamuis à Liceto, atque aliis plura recenfeantur exempla nonnullorum, qui diutiùs fioe alimento vixiffe fupponantur, de quibus nos *tom.* 4. Nihilominùs diftinguendo cum Zachia *d. quæft.* 7. *num.* 58. *& feq.* Turrebl. *d. cap.* 21. *num.* 9. & Sannert. *d. cap.* 2. certum eft tam in Sacris Scripturis, quàm ab Ecclefia, & Apoftolica Sede in ijs, qui vitę fanctimonia excelluerunt, fupernaturale, ac miraculofum iudicatum fuiffe ieiunium vltra terminum naturalem feptem, aut nouem, vel ad fummum vndecim dierum toleratum, vt paret in exemplis relatis io Sacris Scripturis.

53 Primò tale fuit ieiunium Moyfis, qui fuit in monte Sinai cum Domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & non comedit, nec bibit. Primò fcilicet cùm Dominus dedit illi tabulas lapideas, ac legem, & mandata, quæ fcripferat *Exod.* 24. ibi: *Ingreffufq; Moyfes medium nebulæ, afcendit in Montem, & fuit ibi* 40. *diebus, &* 40. *noctibus*. Deinde verò, cum prioribus tabulis ad radicem Montis coofractis, iuffu Domini iterùm afcendit in montem, inque duabus alijs tabulis fcripfit verba fœderis decem *Exod.* 34. ibi: *fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes, panem non comedit, & aquam non bibit*. Et *Deut.* 9. *v.* 6. *Et perfcrauit in Monte* 40. *diebus & 40. noctibus panem non comedens, & aquam non bibens*, & v. 18. *Et procidi ante Dominum ficut prius* 40. *diebus, & noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens*. Vbi ab Expofitoribus communiter panis pro omni genere ciborum,

rum, aqua pro omni genere potus accipitur, teste Zachia *d.q.7.n.*1

54 Totidem etiam diebus ieiunasse Eliam pergentem ad Montem Dei Oreb legitur 3.*Reg.c.*19. *Qui, cùm surrexisset, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad Montem Dei Oreb.*

55 Taleque profectò ieiunium Christi Domini, de quo Matth. *cap.*4. *Et cum ieiunasset 40. diebus, & 40. noctibus, postea esuriit*, ac Luc. *cap.*4. *Et agebatur à Spiritu in desertum diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo, & nihil manducauit in diebus illis, & consumatis illis esuriit.*

56 De D. Ioanne Baptista habetur Matth. *cap.*11.*v.*18. *Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens.*

57 De Anna filia Phanuel Prophetissa Luc. 2. *v.* 36. quod *non discedebat de Templo ieiunijs, & obsecrationibus seruiens nocte, & die.*

58 Miraculosum insuper, ac supernaturale ieiunium à Sanctis Patribus, & Ecclesiasticis scriptoribus commemoratur, immò ab Ecclesia receptum, & approbatum legitur in pluribus Anachoretis, alijsque sanctitate, ac pietate conspicuis, qui sola Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti sumptione, diuinorumque contemplatione absque alio corporali alimento diuturnam abstinentiam vita incolumi seruarunt, vt ex Baptista Fulgos. *lib.*1.*c.vlt.* tradit Turrebl. *d.cap.*9.*n.*10.

59 Mariam Magdalenam annos triginta, nulli hominum visam, nulli cognitam, vixisse in deserto non humano cibo, sed assiduis fomentis assiduè sustentatam, obitusque sui die imminente Sacram Communionem de manu Maximi Episcopi accepisse, referunt Marul. *lib.* 1. *cap.* 9. Sabel. *lib.*2.*cap.*2. Sur. *in eius vita die* 22. *Iulij*, ac Turrebl. *d.cap.*21.*n.*9.*ac* 10.

60 Cùm Maria Ægyptiaca Alexandria Hierosolymam venisset, vique inuisibili ab ingresso Templi inhibita fuisset, in pœnitentiam pristinæ turpitudinis, transmisso Iordane, reliquum vitæ in deserto consumpsit, totumque corpus assiduitate orationum sollicitauit, nuditate deuenustauit, laboribus fatigauit, oppressit inopia, ac ieiunijs extenuauit, & tandem cum per decem, ac septem annos in perpetuo ieiunio fuisset, suscepto Zosima ministrante Eucharistiæ Sacramento, migrauit ad Dominum, sicut ex Sophronio, & Paolo Diacono tradunt idem Marul. *d. cap.* 9. Sabel. *cap.* 2. Turrebl. *d. cap.* 21. *n.* 9. & Sur. *ad diem* 2. *Aprilis.*

61 Ioannes Rectus celeber inter Ægypti anachoretas, cùm primùm secessisset in Thebaidis eremum, ac speluncam Oppido Lyco adiacentem, quam à quadragesimo ad nonagesimum ætatis suæ annum habitauit, tribus continuis annis sub prærupti saxi rupe stans semper orauit, nunquam resedit, nullumque corporalem cibum gustauit, sed Dominicis duntaxat diebus Sacræ Eucharistiæ Sacramentum ad animæ suæ salutem à Sacerdote ministrante sumpsit, quod subsidium ineffabili iucunditate mentem perfundens tantam ei corpori firmitatem afferebat, vt vitam toto triennio diuinitùs sustentauerit, sicut ex Sozomeno *lib.*6.*cap.*29. & Nicephoro *lib.* 15. *cap.* 35. tradunt Marul. & Iacob. Cauac. *in illustr. Anachor. elogijs in vita eiusdem Ioannis.*

62 Sancto Liberali Altiniensi Episcopo, cuius ossa Taruisij coluntur, cęlesti gratia concessum fuit, vt dominico quoque die spirituali alimonia Corporis, & Sanguinis, ac sine vllo alio cibo reliquum vitæ tempus transigeret, vt referunt Petr. de Natal. *lib.* 4. *catal. Sanct. cap.* 93. Marul. *lib.* 4. *cap.* 1. *&* 12. & Andr. Ebor. *exemplor. memorab. tom.* 2. *rubr. de corpor. castigat. de Sancto Liberali.*

63 Ludouicus Pius Imperator in supremo, ex quo decessit morbo, totos quadragesimæ dies ieiunus transegit, Eucharistiam solam quotidie sumens, vt testatur Ludouic. Bosius, *tom.*2.*lib.*15.*de not.cap.*2.

64 In annalibus Galliæ editum est, in agro Tullensi iuxta villam Comerciacum anno salutis 1322. puellam annorum duodecim, post Sacram Communionem, quam de manu Sacerdotis recepit, miraculosè absque omni prorsus victus desiderio, integrum biennium compleuisse, nullumque prorsus corporale alimentum percepisse, & post id tempus ad consuetam viuendi normam redijsse, ceù narrant Vincent. Beluac. *lib.* 24. *cap.* 27. Turrebl. *d. cap.*21. *num.*10. & Ab. Vusperg. *in chron. an.* 803.

65 Sanctum Euuelphum Abbatem octuagenarium quadraginta dies vixisse, nullo alio cibo, ac potu sumpto, præter aquam solam, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & tamen velut benè saturatum non reliquisse fratribus verbum Dei prædicare, narrat Surius in eius vita *tom.*6.

66 Seuerus Abbas natione Syrus dominico quoque die mane Sacram Communionem, vesperi panem vnicum sumebat, reliquis autem diebus cibo pariter, ac potu vacuus perdurabat, Marul. *lib.* 4. Andr. Ebor. *exempl. memorab. tom.* 2. *rub. cit. de Suero Abbate.*

67 In Thiberiadis monasterio Euphrasiam virginem, vitæ ac virtutum splendore conspicuam, nedum biduo, triduoque, sed tota interdum hebdomada inedia absque vllo corporali alimento protraxit, spiritualibus cibis animam reficiendo, tradunt Marul. *d. lib.* 4. & Andr. Ebor. *vbi supra de Euphrasia.*

68 Mariam Deognien ex oppido Niuellæ, Leodiensis diœcesis ortam, à festo exaltationis S. Crucis vsque ad Pascha ieiunium cum sola panis, & aquæ refectione per annos tres obseruasse, eamdemque diuinorum Contemplatione nonnunquam per triginta quinque dies absque cibo perseuerasse, præter cęleste Viaticum Corporis Christi, memorant Marul. *lib.*4. Ebor. *ead. rub.*

69 Maria Ognaciensis, etsi in sua infirmitate nihil penitus edere, immò nec panis odorem ferre posset, sæpè tamen, & facilè Sanctissimam Eucharistiam sumebat, qua illicò in infirmitate subleuata recreabatur, & corporis vires confirmabantur ex Ioan. de Vitriac. *in histor. occid. cap.* 38. & Surio *in eius vita ad diem* 23. *Iunij.*

70 Catharinæ Senensis virginis sanctissimæ tanta fuit abstinentia, vt nonnullas quadragesimas nihil comedens, sed solam Eucharistiam sumens traduxerit, sicut in eius canonizatione declarauit Pius Secundus *tom.* 1. *Bullar. const.* 6. §. ibi: *Summa huius Virginis abstinentia fuit, & admirabilis vitæ austeritas. Nam cùm vini, & carnium vsum prorsus abiecisset, nec pulmentarijs vllis vteretur, ad extremum eo deducta est, vt nec legumina ederet, nec pane vteretur, nisi cœlesti, quem verus christianus in Sacramento sumit altaris. Inuenta est aliquando à die cinerum vsque ad Ascensionem Domini ieiunium perduxisse sola Eucharistiæ Communione contenta. Per annos circiter octo minimo herbarum succo, & Communione Sacra sustentata est. Ad cibum, quasi ad supplicium pergebat, ad communionem Altaris, quasi ad cœlestes nuptias inuitata esset, summa cum alacritate proficiscebatur.* Quod etiam tradit Sur. *die* 29. *Aprilis*, & Turrebl. *d.c.*21.*n.*9.

70 Palumbam Interamnensem annos natam 20. sola Sacrę Eucharistiæ sumptione absque alio cibo septem annis vixisse, idque Innocentium Octauum Pontificem exquisita diligentia inspexisse, testatur Ebor. *d. tom.* 2. *mirac. rubr. de his, qui sine cibo vixer.* §. *his quoque.*

71 Et virginem quamdam Felicem ex Oppido Barbarani Romæ sanctissimè vixisse, & quinque totas quadragesimas sola Eucharistia absque vllo corporali alimento transegisse, scripsit Bonsignor. Cacciaguer. & Bos. *tom.*2. *lib.* 18. *cap.*2.

73 Perenne, ac prodigiosum serui Dei Nicolai de Flue, Eremitæ Heluetici ieiunium per annos 19. cum dimidio sola Eucharistiæ sumptione protractum sine vllo corporali alimento, & absque vlla Sanctitatis iactura, viriumque diminutione communiter æstimatum fuisse miraculosum, tradunt præ cęteris Baptista Fulgos. *lib.* 1. *cap.*6. *de mirac. rubr. de his, qui diu sine cibo vix.* Ebor. *exemplor. memorab. tom.* 2. §. *fin.* Canis. *in libel. de eius vita n.* 14.

74 Plura autem euincere possunt, ieiunium Seruorum Dei fuisse supernaturale. Primum quia sola Eucharistiæ sumptione refecti nec esuriebant, nec sitiebant, sed saturi ambrosia corporis Christi, passionisque dominicæ meditatio-

tatione confortati, communis vitæ nutrimento nullatenus indigebant, vt legitur in allatis, alijsque exemplis.

75 Deinde quia licèt cibi, potusue nihil sumerent, viribus tamen corporis nullatenus deficientibus constabant, eundo, redeundo, itinera sat longa perficiendo, solita pietatis, pœnitentiæ, & austeritatis exercitia nunquam intermittendo, mente alacri, vultuque sereno, prospera semper, & iucunda valetudine, quemadmodum etiam legitur in adductis exemplis eorum, qui sola Sanctissimæ Eucharistiæ sumptione refecti, seu vitæ sanctimonia clari, supernaturalem inediam tolerarunt.

76 Tum prætereà quia insolita, ac perennis Seruorum Dei inedia comprobata fuit pluribus experimentis, custodijs, Sanctissima, ac Religiosissima vita indesinenter acta, ac plurimarum virtutum heroicitate, quas ieiunio appositè coniunxerunt.

77 Primò scilicet, vt virtutibus ipsis solidum pararent fundamentum iuxta monitum D. Hieronymi *epist. ad Demetr.* Ieiunium quippè in Paradiso institutum esse, vnguentum, spirituale alimentum animæ, & animarum tranquillitatem arma ministrare contra diabolum, tradit Chrysostomus *in homil. super Gen. & ad popul. Antiochen.*

78 Secundò, vt cor nudum ab omni vitiorum labe custodirent. Nam, vt D. Augustin. *in serm. de ieiun.* ait, ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit. D. Ambrosius *de Elia & ieiunio*, ieiunium, ait, mors est culpæ, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum castitatis, & D. Bernard. *serm. 181.* Bonum & salutare ieiunium, quo redimuntur æterna supplicia, dum remittuntur peccato. Non solùm autem ablatio est peccatorum, sed etiam extirpatio vitiorum, non solùm obtinet veniam, sed meretur gratiam, non solùm delet peccata, quæ commisimus, sed etiam repellit futura, quæ committere poteramus, ac Petrus de Rau in quodam sermone, ieiunium, inquit, est arx Dei, Christi castrum, murus Spiritus Sancti, vexillum fidei, castitatis signum, Sanctitatis trophæum.

79 Tertiò, vt orationem, in qua assidui erant, ieiunio roborarent, ac sanctificarent. Nam Angelus Tobiæ 9. & 12. dixit. *Bona est oratio cum ieiunio.* Ex quo Bernardus *d. serm.* 38. infert, ieiunium orationem, deuotionem, & fiduciam donat, oratio virtutem imperat ieiunandi, & ieiunium meretur gratiam orandi. Ieiunium orationem roborat, oratio sanctificat, &c. Ac Tertullianus *de pœnit. cap. 9.* ieiunium orationis cibum esse, ac preces alere.

80 Quartò, vt Christum imitarentur iuxta monitum S. Maximi *homil. in Letan.* dicentis: Deus ipse misericors, ieiunus, & sanctus est, atque ideò qui vult proximus Deo esse, debet imitari hoc esse, quod Deus est, Deumque quærere, monente D. Bernardo *serm. 5. in fest. omn. Sanct.* in ieiunio, fletu, & planctu quærendum esse Dominum, ac Paradisum consequi, vitamque æternam possidere iuxta illud Basilij *in hexamer.* Paradisi vita est ieiunij imago; Chrysostomi *de ieiun. serm.* 1. ieiunium immortalitatem conciliat, Deique sententiam reuocat. Quia, vt ait Gregorius *in homil.* à Paradisi gaudijs per cibum cecidimus, ad hæc in quantum possumus per abstinentiam resurgamus, ac Bernardi *d. serm.* 38. scriptum inquientis: in diebus ieiuniorum vestrorum voluntates vestræ inueniuntur.

81 His accedit profunda Seruorum Dei humilitas, qui plerumque interrogati de causis suæ abstinentiæ, pauca loquuntur, & naturæ, non miraculo tribuunt. Nam, vt ait Augustinus *serm. de ieiunio*: Ieiunium verbositatem non amat, superbiam spernit, humilitatem commendat, præstat homini seipsum intelligere, quod est infirmum, & fragile. Et rationem reddit *epist.* 176. quia ieiunium est humilitatis signum. Quapropter Hieronymus *epist. ad Celant.* monet, nil prodesse corpus abstinentia tenuari, si animus intumescit superbia.

82 Prætereà Altissimus quamplurimis miraculis, ac signis solet Seruorum Dei ieiunium sanctificare, maxime verò donoscientiæ infusæ, quia licèt plures sint homines rudes, ac literarum ferè imperiti, nihilominùs de rebus diuinis, præcipuè de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento disserunt. Ieiunium enim purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subijcit, & vt dixit Chrysostomus *d. homil. 1. in Genes. & de ieiun. ser. 9.* sensus internos & externos acuit, atque intellectum serenat, consumptis noxijs humoribus, caput & cerebrum obtundentibus, ac Cyprian. *serm. de ieiun.* animum præparat ad diuinas illustrationes, aliaque Sancti Spiritus charismata. Quod ponderatum fuit in Canonizatione S. Catharinę Senensis *cit. constit. 6. Pij II.* §. 11. ibi: *Doctrina eius infusa, non acquisita fuit.*

Item quia Deus sæpè spiritu prophetico illuminat hos suos Seruos, eum pluribus futura prædicant, quibus fides euentus non deficit. Quod etiam in eadem canonizatione S. Catharinæ Senensis vnà cum singulari eius abstinentia ponderatum fuit *d.* §. 11. ibi: *fuit enim in ea spiritus prophetia, & multa prædixit antequam fierent, & occultissima reuelauit.* 83

Ex quibus, atque alijs heroicis operibus omni ex parte sanctificatum dici poterit supernaturale, ac miraculosum ieiunium Seruorum Dei, cùm adimpleuerint omnia, quæ pro sanctificatione ieiunij præscribuntur à S. Petro Chrysologo *serm. 42. de ieiun.* dicente: Ieiunium lucet innocentia, radiat castitate, fulget actu, pingitur moribus, incessu micat, sanctitatis toto magnificatur ornatu. A Diuo Maximo *homil. 1. de ieiun.* Quid est aliud sanctificare ieiunium, nisi ieiunij causa sancta velle, iusta facere, iniqua vitare? Sanctificat ille ieiunium, cuius cor adulatio potentum, amicorum, parentumque gratia, clientum etiam parua, magnaue munuscula à recti tramite non auertunt. Sanctificat ieiunium suum, cuius iustitia pretio non vilescit. Sanctificat ille ieiunium, qui flammas sæuientis iracundiæ, mansuetæ mentis placabilitate restinguit. Sanctificat ieiunium, qui lasciuientes oculos turpi ab aspectu habenis castitatis auertit. Sanctificat ieiunium, qui conuitiorum iacula scuto patientiæ repercussa dispergit. Sanctificat ieiunium, qui litigantum tumultus pacifici sanitate sermonis, & linguæ prudentioris arte compescit. Sanctificat ieiunium, qui consurgentes in semetipso variarum cogitationum spinas, euangelico sulcante vomere, velut quidam pectoris sui arator, excidit. Sanctificat ieiunium, qui inopias egenorum pro quantitate substantiæ suæ miserantis manus humanitate solatur. Apprimè sanctificat ille ieiunium, qui per omnia præcepta diuinæ legis intentus, diabolica à corde suo respuit tentamenta. Et D. Gregorio *homil. 6. in Euang.* Ieiunium sanctificare est adiunctis bonis alijs dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. 84

Hæc verò aliaque huiusmodi, licèt admittantur, sequentia tamen in hac re animaduertenda monen. In admirandis operibus duo potissimùm consideranda monuit D. Thomas, an scilicet sint miracula, hoc est naturali causa penitus destituta, & an verè facta fuerint. Horum prius in hoc casu citra omnem controuersiam affirmarem. Hominem quippè alimento egere, & ad natiuum calorem conseruandum, & ad resarciendas ab hoc sibi illatas clades, omnes consentiunt, ac proinde alimento destitutum animal, necessariò interire affirmant, & hoc idem frequentibus in dies euincitur experimentis, vt ideò inane ducam Liceti sententiæ inhærere, qui ferias altrici animæ assignare non contentus, easdem non ad dies, vel menses, sed ad olympiades protendit. In his enim rationem quærere, & dimittere sensum est infirmitas intellectus, iuxta Philosophi monitum. Non diffiteor equidem per plurimos dies, & fortè menses hominum plerosque sine alimento extrinsecus sumpto, viuere posse, vt hinc nihil extra hominum opus in ieiunio quadragesimali Christum Dominum egisse, referat D. Augustinus, & considerata plurima pituita, eaque viscida, & lenta, qua nedum sexus, sed proprij etiam temperamenti ratione pleręque mulieres abundabant, eas diutiùs sine alimento extrinsecus accepto, solis naturæ viribus vixisse à Paulo III. consultus summus philosophus Simon Portius responderit, idemque affirmauerint celeberrimi eius æui philosophi, ac medici, quorum sententias eleganter congessit Thuanus, & allegatis Thelephij, ac semperuiui inter plantas, ac glirum, ac serpentum inter animalia exemplis, nouissimè tradidit non nemo. 85

Alte-

86 Alterum verò, an ſcilicet vicennalis, vel longior hæc à quibuslibet cibis abſtinentia, vera fuerit, affirmare non audete, ſaltem ad effectum canonizationis. Qua enim ratione vniuerſa Eccleſia credenda proponere poreſt, veluti euidenter ſcita, cum eius tantùm euidens notitia habeatur, quod aliter non contingit ſe haberi, & hi abſtinentes cibum ab ijs, qui illum in dies mittebant, vel etiam ab eremitis vicinis, cum quibus ſermones fortè quotidie habebant, facillimè conſequi potuerint, vel etiam ſolis herbarum radicibus contenti, eaſque conquiſitas in futuram hyemem potuerint comedere? Poterant nutriri è cœli rore; nam ex rore manna fit, qua populus hæbreus nutritus eſt in deſerto. Et tunc etiam nutriri homines manna perſpicuum eſt.

87 Plurimi ſanè abſtinentiam hanc affirmantes, proponuntur hiſtorici, recenſentur prætereà adhibitæ cuſtodiæ per aliquot menſes, ne cibaria Seruis Dei deſerrentur, & quod non leuis momenti eſt, referentibus eorum Confeſſarijs, aliàs viris integerrimis, afferuntur teſtimonia. Non ea tamen profanorum hiſtoricorum eſt anctoritas, qnod ſolùm eorum teſtimonio in declarandis miraculis contenta debeat eſſe Eccleſia. Nam & mathematicum ſuaſionibus vtentem approbare, & ab oratore demonſtrationes exigere ſimile vitium dicebat Philoſophus. Verum eſt & in hac materia vigeat omnium ore tritum illud Iuriſconſulti axioma, quod hiſtoricorum libris fides eſt adhibenda, congrua tamen probatione. Vt enim hiſtoricorum teſtimonio miracula cenſeantur probata, duo poriſſimùm requiri monebat Petrus Galatinus, vir clariſſimus, patruus maior Honuphrij Mongionis, patritij Sanctipetrinatis, mei Comprouincialis, mihique ex animo amici, verèque beneuoli omni litterarum genere perpoliti, omnique virtutum genere decorati, in libro, cui titulus *de arcanis catholicæ fidei*, quod ſcilicet moraliter, vt aiunt, impoſſibile ſit narrantium multitudinem alio quàm facti cogniti impulſu in eam narrationem conſenſiſſe. Et quod hi præterea de re, quæ poſſet ſenſibus percipi, differant, eamque ſenſibus proprijs ſe percepiſſe teſtentur. His conditionibus tertiam addebat, quando de re ſuperioribus ſæculis facta ſit ſermo, quod ſcilicet nullus ſubſequentium temporum decurſu inter hiſtoricos de ea narratione rationabilis emerſerit diſſenſus. Quæ ſingula ſanè in his caſibus obſeruari debent, dum ab ijs abſtinentibus, vel ſaltem eorum Confeſſariorum narratione ortum facilè potuerit ducere hiſtoricorum tunc temporis viuentium, quotqnot hi fuerint, conſenſus, proprijs oculis eorum nullus abſtinentiam illam cognouerit, minùſue noſſe potuerit, nec fortaſsè defuerint, qui tunc etiam illam negarent.

88 Minùs fidem aſſerto miraculo conciliant adhibitæ cuſtodiæ, cùm omnia loca, per quæ pareret aditus ad hos abſtinentes, ac omni tempore eis inſediſſe, concludenter probandum eſſet, quam formam in probanda negatiua, veluti neceſſariam nobis cum Iuſtiniano præſcripſerunt Doctores, plena manu congeſti ab Herculano aliàs à me producto.

89 Et licèt negari non poſſit, quin hi Serui Dei dederint admirandum heroicæ temperantiæ ſpecimen, cùm ex inſigni eorum abſtinentia adeò magna, & vehemens increbuerit fama, vt adhibitæ fuerint cuſtodiæ per multum tempus, vt obſeruaretur, an cibaria ipſis deferrentur, plurimorum aſſertione comprobata, atque ex dictis multorum teſtium deponentium de publica voce, & fama, deque auditu à maioribus, ac plurimorum hiſtoricorum, qui ferè omnes affirmant longiſſimam abſtinentiam Seruorum Dei.

90 Nihilominùs quia agitur de miraculo tam ingenti, deque re adeò admirabili, non eſt proponenda Eccleſiæ vniuerſali huiuſmodi abſtinentia, niſi euidenter illa conſtet, & talis euidentia moraliter probari nequit, cùm teſtes vix noctu, diuque vigiles, inſomnes, & cum Seruis Dei aſſiduè toto abſtinentiæ tempore commorari potuerint.

91 Nec minùs releuarent cuſtodiæ adhibitæ, ſi non probaretur cuſtodiſſe omnia loca, per quæ ad ipſos patere poterat aditus, ac ſemper vigilantes fuiſſe.

92 Neque, vt dixi, hiſtoricorum tanti facienda eſt auctoritas, vt eorum teſtimonium ſufficiat Eccleſiæ Dei in declarandis miraculis; præcipuè ſi nemo ipſorum referat de viſu, & teſtimonia Confeſſariorum ſint ſingularia, & non iurata.

93 Quare, attenta huiuſmodi magnitudine miraculi, cenſeo, differendam eſſe eius approbationem, donec videatur, an reliquæ virtutes in his Seruis Dei fuerint in gradu heroico, & miraculorum gratia claruerint. Tunc enim coadiuuari ex illis probationes huius tam inſignis abſtinentiæ miraculi. Argumentum enim in hoc caſu ſumendum videtur à Sanctitate, ſcilicet eſt Sanctus, ergo miraculosè abſtinuit, non autem è contra: Abſtinuit, ergo eſt Sanctus.

CONSVLTATIO XCII.

IN aliqnibus Prouincijs Regni Neapolitani viget perpetua conſuetudo, quod hæredes defunctorum Baronum ſoluant Epiſcopis, intra quorum diœceſes habent Baronias, quaſdam Regalias, etiamſi extra diœceſes moriantur, nempè lectum, equum, pileum, enſem, annulum, calcaria, de qua conſuetudine Lauor. *tom. 1. var. lucubr. tit. 2. cap. 3. n. 204.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 86. ſub n.* 32. Quæritur modò,

An Baro, ſeu Princeps, qui habet nouas, & diuerſas Baronias in diuerſis diœceſibus, ſiue Principatus acceſſorias, ſiue non, pro quibus Barones fuerunt ſoliti ſoluere Regalias, teneatur pro dictis Baronijs, Epiſcopis, in quorum diœceſibus illas habet, Regalias ſoluere?

1 ET affirmatiuè reſpondendum cenſeo. Tum ex conſuetudine. Tum ex iure ipſo Regaliarum. Atque ita deciſum fuiſſe ſemel, ac iterùm à S. Congregatione ſuper Epiſcopis, teſtantur Lauorius, & Barboſa locis allegatis, ac Nicol. *in floſc. v. Canonica portio n. 5.* per hæc verba. *Declarauit aliàs ſacra Epiſcoporum, & Regularium Congregatio, quod quando Barones, & aliæ ſimiles perſonæ moriuntur extra diœceſim, vbi habent feudum, & baroniam, Regalia nihilominùs dari debeant Epiſcopo, in cuius diœceſi ſitum eſt feudum, licet Baro haberet domicilium alibi, niſi de conſuetudine alicubi ſeruaretur contrarium*, vt in *Licienſi* 26. Iulij 1599. 17. Ianuarij 1600. 17. Martij 1606. 29. Aprilis, & 23. Septembris 1624. in *Neritonenſi*. Ratio autem eſt, quia iſtæ Regaliæ non dantur ratione ſepulturæ, ſed Baroniæ, neque deſeruntur poſt funus, ſed pro funeralibus certa portio exigitur ratione ſubiectionis.

2 Neque obſtat, quod noua Baronia cenſeatur iam acquiſita priori, vel Principatui annexa, & proinde tranſire cum ipſis. Reſpondetur enim, quod huiuſmodi Baroniæ, tanqnam ſubiectæ proprijs diœceſibus ex conſuetudine prouinciæ ſequuntur earum Epiſcopos ita, vt Baro ſecum ipſas non deferat, quando tranſit de vna ad aliam Baroniam, neque poſterior cenſetur acquiſita priori ſecundùm terminos huius conſuetudinis, atque adeò non poſſunt transferri ad alias. Ea autem, quæ Epiſcopo debentur à Baronia ratione ſubiectionis, ſequuntur eius Baronem de vna ad aliam Baroniam, & ita interpretationem accipit dominium, ac poſſeſſio quoad huiuſmodi Regalias, quæ non debentur à Barone, ſed à Baronia, non ratione funeris, ſed ſubiectionis. Ita quoque Regaliæ, hoc eſt ius Regis, quæ enumerantur à Friderico *in cap. vn. quæ ſint Regal. lib. 2. feud. tit. 56.* debentur Principi ratione dominij, & poteſtatis à populo in eum translatæ. Quod firmat Pomponius *in l. 2. §. poſt deinde de orig. iur. lib. 2. pand. tit. 2.* Cùm igitur auctoritate, vetuſtate, conſuetudine id defendatur, ac etiam ratione quadam, ideò ſeruandum eſt.

CON-

CONSVLTATIO XCIII.

De cognatione spirituali iuxta decretum S. Concilij Tridentini sess. 24. de reform. matrim. vbi multa, quæ vsui esse possunt, & obuia omnibus non sunt.

1 DE hac materia pertractatur 3. q. 1. *& toto tit. ac in 6. de cognat. spirit.* In citato autem decreto Tridentino statuitur, quod vnus tantùm, vel ad summum vnus, & vna baptizatum de sacro fonte suscipere possint. Huc spectare videtur, quod dicitur in catechismo Romano *de Sacram. bapt.* disciplinæ oempè, atque iostitutionis ordo à multitudine magistrorum perturbari. Videnda est Constitutio B. Pij V. vbi per regulam declarauit, cognationem spiritualem contractam ante Concilium, & matrimooium contractum, vel contrahendum post Concilium.

2 Qui igitur contraxit matrimoninm ante Concilium indigebat dispensatione. Quia matrimonium iam contractum, & consumatum tempore probibito, efficit inhabiles contrabentes, quia prohibitum. Et sic licèt nunc sublatis gradibus à Coocilio, cesset impedimentum affioitatis, non tamen cessat impedimentum incestus Glos. *in cap. non debet, de consang. & affin.* Vndè valet matrimonium inter filiam suscipientis, & baptizatum absque dispensatione contractum, etiam post publicationem Concilij, & Gregorius XIII. dubitantibus respondit, non esse reuocata hæc per regulam Pij V. cùm sit magis declaratoria, quam regula. Et cùm Concilium Leodiense Prouinciale duos viros, vel duas mulieres in patrinos admisisset, idem Gregorius non approbauit. Cumque Tridentinum loquatur alternatiuè, siue vir, siue mulier, permittit virum simul cum muliere, sed non duos viros, vel duas mulieres.

3 Is verò, qui procuratorio nomine suscepit de Sacro fonte puellam, cum inde nulla sit contracta spiritualis cognatio iuxta Canonistarum & Theologorum communem seorentiam, noo impeditur, quo minùs eam possit in vxorem ducere. Et aduertendum vnum, itemque alterum, qui sint procuratores mulieris baptizatum à Sacro fonte posse suscipere, sed non duo viri, neque duo mulieres, vt dictum est, vnusquisque tamen proprio nomine, vir loco mulieris, & mulier loco viri. Præmonitiones autem, quæ pertinent ad illos, qui per procuratorem, syndicum, aut nuncium aliquos in Sacro fonte baptismi suscipere faciuot, Gregorius XIII. respondit, omittendas esse, & consuetudi oem, quæ in huiusmodi susceptionibus seruatur, relinquendam esse in eo statu, quo reperitur.

4 In secunda parte decreti Concilij declarantur gradus affinitatis in cognatione spirituali, cęteris impedimentis sublatis. Mulier mortuo marito duos peperit filios, qui cum in magno discrimine vitæ essent, in propria domo à quodam Curato, emissis catechismi solemnitatibus, baptizati fuerunt, nullo eos de Sacro fonte leuaote; posteà verò ad Ecclesiam transportati rursus solemniter baptizati fuerunt, & quidam eorum de Sacro fonte leuauit, dubitatum fuit, an inter matrem præfatam puerorum, & leuantem orta esset inde spiritualis cognatio, ob quam in simul matrimonium contrahere impedireotur. Coogregatio censuit committendum Ordinario, qui si legitimis probatiooibus compererit dictos infantes prius in domo fuisse verè baptizatos, declaret nullum inter matrem infaotium, & dictum maritum, adesse impedimentum cognatioois spiritualis, & si pariter compererit presbyterum Curatum baptizantem, non adhibita ea diligentia, & forma, quæ in catechismo Romano expressa est, baptismum repetijsse, in eum, prout iuris erit, animaduertat.

5 Io eodem decreto etiam agitur de officio Parochi, quale in contractu cognationis spiritualis esse debeat, & cùm tractatum fuisset de corrigendo decreto decimo Concilij Mediolanensis secundi, quo illos, qui imperiti erant, nec fidei rudimenta nouerant, neque symbolum, vel ea, quæ in ipso continentur, leuare iofantes de Sacro fonte Parochi prohibere poterant, censuit addendum, quando in ipso actu baptismi commodè haberi possit copia presbyterorum, his rationibus, quia compatres docere tenentur infantes fidei rudimenta, vnusquisque enim est obligatus, munus, ad quod obligatur, exercere *can. vos ante omnia de consecr. d. 4.* Huius enim Sacræ tutelæ administratio non est committenda ijs, qui eam gerere aut fideliter non valeant, aut sedulò, aut accuratè non quærant. Leuatio enim, si non est de necessitate sacramenti, est tamen de rationabili admodum conuenientia, sed cùm baptizati nutriantur inter fideles, vbi ea, quæ pertioent ad christianam fidem, publicè, ac omnibus nota sunt, ideò excusaotur compatres. Præsumitur enim eorum parentes hæc diligentiùs pueros suos docere, ac instruere, & ideò huiusmodi pædagogia non indigemus, Turrecrem. *in d. can. vos ante omnia d. 4.*

6 Ex eodem decreto patet numerum supradictum compatrum esse præfixum. Vnde licèt alij tetigerint infantem, oulla tamen cognatio spiritualis contrahitur. Et cùm quidam ante confirmationem Concilij Tridentini plures compatres ex vno folio, & in libro descripsisset Caium sextum in numero, qui minimè baptizatum tetigit, quoniam Tridentina synodus plures vno, & vna baptizatum de baptismo suscipere non debere disponit, & successiuè B. Pius V. declarauit eos, qui aote confirmationem dicti Concilij cognationem spiritualem contraxerunt, dummodò non sint ex personis in decreto Concilij enunciatis, matrimooij vinculo inter se absque dispensatione Apostolica liberè, ac licitè copulari posse, dubitatum fuit, ao Caius, qui nec baptizatum tetigit, & est vltra numerum à Concilio præscriptum, & fortè esset tantùm descriptus in libro patris baptizati, possit absque dispeosatione Apostolica matrimonium contrahere cum matre baptizati? Et censuit S. Congregatio, si post Conclium huiusmodi casus euenit, & duo tantùm compatres fuerant designati, illos tantùm contraxisse cognationem, & si incertum, qui fuetiot, omnes.

7 Sed quid si duo viri, & vnica mulier in patrinos infantis baptizati admittantur, & vnus eorum in actu catechismi, & baptismi iofantem tetigerit, alter verò astiterit sine tactu, poterit ne hic, qui non tetigit cum matre infantis matrimooium contrahere? Posse dixit S. Congregatio, cùm qui non tetigit, cogoationem spiritualem non contraxerit, & cùm negligentia Parochi factum esset, vt tres designareotur, & in libro scriberentur de Sacro fonte fœminam susceptari, nempè Titius, Titia, & Semptooius, qui omoes leuauerunt baptizatum, & tetigerunt, fuit dubitatum, an omnes cognationem spiritualem cum baptizata cootraxerint, an verò tantùm duo, qui priores fuerunt? S. Congregatio censuit, omoes contrahere, si oon appareat qui primi siot designati, *cap. fin. de cognat. spirit.* Et licèt vnus tantùm, & vna suscipere debeant baptizatum, tamen si omnes susceperiot, omnes contrahere. Ita Glossa ibi, quæ dicit, quod tameo peccent, ibique Probus post alios. Licèt eoim Concilium prohibeat plures, quàm duo, tamen non annullat actum; ex quibus sequitur, vt tertius, qui tantùm tetigit, & non est designatus, oon contrahat, sicut is, qui est designatus, secùs si esset designatus, & tetigisset.

8 Si autem Parochi culpa hic ordo non obseruaretur, sui Ordinarij arbitrio puniendus est. Idem in Sacramento Confirmationis, ac in illius cognatione sancitur. Et cùm dubitetur, an matrimonium pueri, qui vix attingens annum nooum, puellam annorum septem in Sacramento chrismatis tenuerat, & posteà huius rei immemor, eam in matrimonium duxit, sit validum? Esse validum, opinio esse potest per auctoritatem Abb. *in cap. debitum n. 3. de baptism.* vbi ait, neminem effici posse patrem spiritualem, nisi sit constitutus in tali ætate, vt liberos procreare possit, & eum, quem in filium spiritualem suscepit plena potestate, idest 18. annis præcedat, vt hæc paternitas spiritualis exemplo adoptiuæ naturam imitetur.

9 At nihilominùs censeo contra opinionem Abbatis, & An-

Ancharani, nempè contractam esse cognationem spiritualem, quæ impediat matrimonium contrahendum, & dirimat contractum, Concil. Coloniense. Licèt enim Canones dixerint, non adhibendos pueros, non ideò dicunt, cognationem non contrahi. Et argumentum Abbatis de cognatione temporali ad Spiritualem non procedit, nisi in ætate vtriusque tam leuati, quàm leuantis. Tum quia nullus canon, nullum Concilium, nullusque Doctor decidit contrarium. Tum quia, sicut ætas leuati non impedit, quando leuans esset maior 24. annis, ita neque impedit, quando leuans esset maior 14 annis. Tum quia, licèt minor 14. annis, potest tamen instruere minorem se. Tum quia reperiuntur Canones, qui repellunt à susceptione in baptismo Abbates, & Monachos, *can. non licet de consecr. d. 4.* alij non repelluntur. Ergo etiam infantes, & impotentes admitti censebuntur.

10 Sed non ideò tamen aliqua lex generalis facienda est, quæ præscribat ætatem tenentibus in baptismo, vel chrismate. Is verò, qui in Sacramento tenuit puellam, quæ iam Sacramentum confirmationis, vel baptismi susceperat, potest eam in vxorem accipere, quia confirmatio, & baptismus non possunt iterari. In hanc rem has habeo declarationes Sacræ Congregationis Concilij.

11 In Tergestensi. Non obstante quacumque consuetudine, siue potius corruptela, numquam tertius patrinus est adhibendus.

12 In Veronensi. Duo viri possunt suscipere puerum de baptismo, vnus pro se, alter, vt procurator mulieris.

13 In Cremonensi. Si post publicationem Concilij duo viri fuerunt designati ad suscipiendum baptizatum, & vnus assisterit, & non tetigerit, cum tangente tantùm est spiritualis cognatio contracta, quamuis ambo reperiantur pro patrinis.

14 In Mediolanensi. Si constiterit ligitimè, quod pueri fuerint in domo baptizati, & pro alijs cæremonijs fuerint ad Ecclesiam allati, quibus pro patrinis astiterit Caius, inter ipsum, & matrem leuatorum nullum adest cognationis spiritualis vinculum, & possunt inuicem matrimonium contrahere.

15 In Nouariensi. Spiritualis cognatio inter eas tantùm personas, quæ in hoc decreto nominantur contrahitur. Item matrimonium inter omnes alias personas, de quibus in hoc decreto nominatim mentio facta non sit, liberè, ac sine vlla dispensatione contrahi poterit. Item ex his sequitur, Antonium posse Liuiam in vxorem ducere, cuius pater eam de Sacro baptismatis fonte susceperat, quæ causa non impedit, nec dirimit ad præscriptum huius decreti 4. Iunij 1569.

16 In Abulensi. Congregatio Concilij censuit, mulierem, quæ astiterit tantùm, & non tetigerit infantem, non contrahere cognationem spiritualem, quamuis tales mulieres ex consuetudine loci vocentur commatres 1. Septembris 1588.

17 Sancti Marci. Dubitatum fuit in S. Congregatione super Episcopis, an ex quo Laura de Ferdinando adduxit ad Ecclesiam filium Fabricij ad baptizandum, & inde ad domum iterum reportauit, sit propterea orta inter eos cognatio spiritualis adeò, vt non possit contrahi inter illos matrimonium, stante consuetudine illius loci, in quo tales mulieres asportantes filios ad Ecclesias, commatres vocantur, & à Parocho in libro baptizatorum describantur, vt tales, etiam quod dictos filios non teneant. Vndè ex hoc intrare videbatur impedimentum cognationis spiritualis? Sacra Congregatio, re maturè discussa, & Clementi VIII. relata, decreuit, eisdem concedendam esse dispensationem; sed quod Episcopus declarare debeat, quod in posterum ex hoc nullum oriatur impedimentum per *cap. 1. & cap. super eo de cognat. spir.* ibique Glos. die 9. Nouembris 1592.

Cætera ad rem vide apud Theologos morales, & Canonistas *in caus. 3. q. 1. & in tit. ac in lib. 6. de cognat. spirit.*

Finis Septimi Tomi.